




~~1771~~  
S. 11

Dv. 2573

UNIVERSITÄTS- und  
Landesbibliothek  
Düsseldorf  
V 2728



FABRICA RECEPTARVM ,

*Id est:*

METHODVS

BREVIS, PERSPI-  
CVA AC FACILIS, IN

QVA QVÆ SINT REMEDIORVM

compositorum formæ, quæ earundem dif-  
ferentiæ, quæ componendi & præscribendi

ratio, quæ denique utilitas, atq; quis v-

tendi modus, planissimè

edocetur ,

*Conscripta*

*Operâ & Studio*

MARCI BANZERI Augu.

stani in patria Medici.

•§(o)•

AVGVSTÆ VINDELICORVM,

Ex Officina Typographica AN-  
DREÆ APERGERI.

---

ANNO MDC XXII.

*Sumptibus, Sebastiani Mylij Bibliopola  
Augustani.*

AMERICA BREVIA

METROPOLITANA

REPERTORIUM

GEOMATHEMATICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM

PHYSICUM

MATHESICUM



VIRIS  
MAGNIFICIS,  
NOBILISSIMIS, SENA.

toribus Inclytæ Reipublicę Augu-  
stane prudentif-  
simis.

Dn. LVDOVICO RHEM,  
Dn. LEONHARDO CHRI-  
STOPHORO RECHLINGER,  
Dn. IOH. BAPTISTÆ SCHEL-  
LENBERG, Consuli dignissimo.

DEDICATIO.



UENADMODVM iure  
merito, VIRI MAGNI-  
FICI, iustissimo ab omnibus  
odio digni habentur illi, qui,  
aut velut inutilia terra pon-  
dera, desidia ac otio inhonesto prorsus dedi-

(:) 2 ti; AUC

DEDICATIO.

ti; aut, vt Epicuri de grege porci, obscoenarum voluptatum blanditiis delinuti atque corrupti, totum suæ vitæ curriculum turpissimè traducendo, nihil quicquam laudabile aut utile ad communem hominum utilitatem promouendam, in medium unquam afferunt: Sic profectò nec illi magnam mihi laudem mereri videntur, qui etsi ab otio inerti ac desidiioso, fugiendisq; voluptatibus, prorsus sunt alieni, vt proindè eos semper occupatos inuenire liceat; rebus tamen & studiis vel inutilibus, vel perniciosis & prorsus impiis vacantes, tēpus nihilominus inutiliter consumunt, omnemq; suam operã & laborem quàm pessimè collocant. Vt igitur horū omnium V. M. vitæ institutū minimè approbandū; sic è contrariò certè, ij potissimū maximis offerendi laudibus, qui per omnem suam vitam nihil prius neq; antiquius habent, quàm vt in studia atq; artes honestas, & ad salutē

minuere



## DEDICATIO.

hominum inuentas, quàm diligentissimè incumbant, iisq; quò mortalium genus adiuuent, omnes ingenij & industriae nervos intendunt. Hoc ergò, V. M. & ego singulari animi studio euoluens atq; perpendens, cum otiosam planè sine vlllo labore aut contentione etatem traducere, voluptatesuè impias ac detestandas sectari, multò verò minùs artes vel inutiles vel illiberales excolere vnquam placuerit: totum me arti Asclepiadeæ, quæ, omnium rectè sentientium calculo, ars est, tum dignitate, tum vtilitate præstantissima, (ut potè, ad tuendam recuperandamq; hominum valetudinem, sine qua nulla rerum ceterarum voluptas atq; vtilitas esse potest, instituta;) totum, inquam, arti huic me deuouere, atq; eâ, quantum quidem per DEI OPT. MAX. gratiam poterò, aliorum commodis inseruire, animum induxi meum. Sed cum ab eo tempore, V. M. quo quidem in pa-

DEDICATIO.

tria mea Medicus vivo, ob raritatem egro-  
rum qui sese curæ meæ committunt, non ita  
multum atq; frequenter, prout quidem mea  
fert voluntas, curando artem Medicam ex-  
ercere, atq; hinc de aliis animum meum be-  
nè promerendi cupidum, satis demonstrare  
queam: contemplando & scribendo interim,  
dum à visitandis egrotis, quotcunq; etiam  
illi tandem sint, vacat, & ab aliis studiis  
meis privatis, animi relaxandi gratiâ, pau-  
lulum abscedere placet, ocij cuiusdam nomi-  
ne, aliquam Medicinæ partem, pro ingenij  
mei modulo excolere, atq; aliorum, inprimis  
verò artis Apollineæ tyronum studiis gra-  
tificari, & vel obulum interea, cum iam  
plus non liceat, in sacrum Medicinæ ararium  
depromere constitui. Neq; verò cuiquam mi-  
rum videri debet, in vrbe etiam amplissima  
& populosissima, qualis quidem nostra est  
Augusta, non omnes nos Medicos, præsertim  
etate

## DEDICATIO.

*etate adhuc iuniores, in curandis egrotis  
 adeo esse districtos, tanta cum copia, ne dicam  
 abundantia, Medicorum hic reperiatur, tam  
 ex numero civium, quam extraneorum, qui  
 undiq; huc conuolant, ut ferè tot Medicos,  
 quot egros numerare possis. Ut interim ta-  
 ceam aniculas superstitiosas, agyras & cir-  
 cumforaneos mendaces, incantatores scelera-  
 tos, barbitonfores imperitos. empiricos teme-  
 rarios, & eiusdem generis alios quam plu-  
 rimos: ita ut vix domum reperias, que non  
 proprium talem Medicum egregium, si Diis  
 placet, intra priuatos parietes alat. Atque hi  
 omnes non sine multorum sanitatis cum di-  
 spendio, & Medicorum opprobrio maximo,  
 Medicinam factitandi jus; quam tamen sa-  
 cratissimam artem ne primis quidem labris  
 eos degustasse constat, arroganter & nefariè  
 sibi assumunt, surreptâque alienâ messe sa-  
 ginantur ac ditescunt. Id verò quam benè*

DEDICATIO.

ac rectè ipsis concedatur, ij viderint, penes  
quos est, huic inuenire malo remedium. Ac-  
cedit & illud, quod Nostri in redimendâ suâ  
sanitate adeò sint tenaces, ut nihil supra.  
Hinc etiam non nisi ferè desperatis remedia  
adhibere consueuere: parùm illud Poëta ob-  
seruantes; ———uenienti occurrite morbo.

Sed sanè frequens & vetus hæc Medi-  
corum est querela, eâ igitur dimissâ, ne quem  
laceffere velle videamur, ad vos iterùm,  
V. M. à quibus paululùm longiùs digressa  
est, hæc reuertatur oratio. Intelligitis jam,  
ut spero, quid causæ fuerit, quod ego Medi-  
cus iuuenis, doctrinâ & experienciâ Medi-  
ca minùs adhuc instructus aleam hanc subi-  
re, scribendiq; munus in me suscipere ausus  
fuerim: quæ causa, quin & tum vobis, tum  
aliis quibusuè candidè iudicantibus abundè  
sit satisfactura, meq; ab omni ambitionis cri-  
mine liberatura, planè nullus dubito: ut  
proin-

DEDICATIO.

proinde, plura ad hanc rem facientia addere,  
 omninò superuacaneum videatur. Quod  
 verò sub vestro imprimis nomine Magnifico  
 Medica hæc studiorum meorum tyrocinita,  
 V. M. apparere voluerim, ratio est: tum,  
 quod ab Ampliſſimo Inclytæ huius Reipub-  
 licæ Senatu, venerando collegio Medico tan-  
 quam patroni & defensores sitis præſecti;  
 tum, quod artem noſtram Medicam magni-  
 facere, eiusq; studio non parùm vos delectari,  
 animaduertirim. Vnicum iam hoc ſupereſt,  
 V. M. ut vos, memores legis olim ab Athe-  
 niensibus lata, qua cauerunt, ut nulla qua  
 primùm exhibebatur fabula, exploderetur,  
 quod primo conatui fauendum cenſerent:  
 ita inquam & vos, illorum exemplo, primùm  
 hunc noſtrum factum, à candido proſectum  
 pectore, Reipublicæq; literaria iuanda ſtu-  
 dio enatum, benigno ſuſcipiatis animo, à  
 cenſoria maleuolorum animaduerſione ſtre-

(:) s nuè

DEDICATIO.

*nuè defendatis, meq; mea; studia vestro  
patrocinio ac gratia fovere nunquam inter-  
mittatis: quod etiam à vobis, V. M. sum-  
moperè & eâ quâ par est observantia con-  
tendo.*

*V. V. Magnif.*

*Observantissimus*

MARCUS BANZERVS Augustano-Vin-  
delicus Med. Doctor,



AD

AD LECTOREM.

**Q**uicumq; candidè lector,  
artem aliquam, cuius  
quidem finis in operis a-  
licuius effectione confi-  
sit, profitentur, ob illamq; sese no-  
bilitari cupiunt: tum demum voti  
sui compotes fiunt, artiq; suæ peri-  
tos atq; egregios se demonstrant ar-  
tífices; si eam ipsam artem exercen-  
do ac factitando, multa post se ope-  
ra præclara relinquunt. Id autem si  
vlla in arte verum, in nostra profe-  
ctò arte Medica verissimum depre-  
henditur. In ea enim vix egregium  
quid præstare præclariq; nomen  
Medici demereri datur, nisi ægro-  
tos curando strenuè & assiduè ipsam  
exercueris, plurimosq; quibus sani-  
tatem, Diuinâ cooperante gratiâ,  
restitu-

*Praefatio*

restitueris, tanquam præclaros artis  
tuæ effectus ostentare valeas. Hoc  
verò cum præstare nullus possit, nisi  
quis priùs omnium Medicinæ parti-  
um, inprimis verò τὸ Φαρμακευτικῆς,  
quæ accommodatis intra & extra  
corpus medicamentis ritè adhibitis  
morbum propulsandi sanitatemq;  
restituendi methodum docet, suffi-  
cientem sibi compararit cognitio-  
nem: omnes certè quibuscunq; arti  
Apollineæ sese mancipare animus  
est, quiq; cum laude aliquando il-  
lam tractare cogitant, hac in parte  
maximè vt excellent, inprimis la-  
borare debent. Id quod extra du-  
bium assequuntur, si non modò se-  
lecta omnis generis medicamenta  
simplicia, tanquam in promptuario  
recòdita & seposita ipsis suppetant:  
sed



*Ad lectorem.*

sed simul etiam, si eorundem penuria aut peruersitas, affectuum varietas, ægrotae partis conditio, vtentis natura consuetudoué, aut aliarum circumstantiarum necessitas id requirat, eadem apprimè inter se miscere, & in locum simplicis remedii ex pluribus compositum, cui libet morbo & ægroto conueniens ac adæquatum, doctè substituere & adhibere nouerint. Vt igitur hac in parte studia Medicinæ tyronum iuuaem, cum ob causas modò enumeratas semper ferè contingat, vt medicamētis potius ex variis compositis quàm simplicibus curationes morborum necesse sit instituire, visum est mihi, in ipsorum gratiam ac vtilitatem, omnia, quæ ad remediorum compositorum, à Medicis

*Prefatio*

dicis in rem præsentem præscribi for-  
litorum, doctrinam spectare viden-  
tur, tractatu aliquo methodico si-  
mul complecti: cum præsertim à  
nemine, quod equidem sciam, in-  
primis quæ materiam ipsorum &  
componendi modum, quod pri-  
marius huius methodi caput, atti-  
nent, ita fusè & accuratè, absit ia-  
ctantia verbo, materia hæc sit per-  
tractata. Quamuis enim multorum  
primæ etiam notæ Medicorum re-  
mediorum formulæ, vti vocant,  
circumferantur, quæ, etsi suâ non  
careant vtilitate, tamen cum ex illis  
methodum generalem, cuius ope  
pro libitu & rei necessitate medica-  
menta omnis generis composita,  
secundum leges pharmaciæ & nor-  
mam practicandi vsitatam, con-  
strui

*Ad Lectorem.*

strui ac efformari possunt, Medicinæ studiosus, & in arte minus adhuc exercitatus, addiscere vix valeat, non vndiquaq; certè omnibus paradigmata illa satisfacere videntur. Præter id, quod plurima etiam alia ad hanc rem scitu maximè necessaria, vt cuilibet ex methodi huius lectione manifestum fiet, in illis minimè tractentur. Imò licet & aliorum passim scripta publicè extent, in quibus non solum formulæ remedium describuntur, sed simul etiam præcepta & regulæ eas ipsas componendi ac efformandi proponuntur, interdum & vsus aut utilitas earundem annotatur: omnia tamen hæc minùs copiosè ac sufficienter, quam materiæ huius dignitas exposcere videbatur, quod pace ipso.

*Prefatio*

ipsorum dictum velim, ab illis præstita. Huic ergo defectui, quantum quidem per ingenii tenuitatem mihi licuit, quam satis magnam, imò, proh dolor, maiorem ac mihi gratum, in meipso agnosco, vt subuenirem, abundantius paulò ac fufius istam Medicinæ partem tractare, & methodum hanc, prout vides, contexere placuit. Cuius duæ sunt partes. Prior, prolegomena quædam, & quæ in omnibus quasi remediorum formis obseruari debeant, continet: atque simul quid sit Recepta, ac quæ Receptarum differentiæ aut species, docet, hasq; omnes in certas classes & capita distribuit. Posterior verò, quæ in specie de remediorum compositorum formulis agit, in duas diuiditur sectiones. In priore  
absol-

*Prefatio*

absoluuntur medicamenta Interna, in sequenti autem Externa. Atq; hoc quidem ordine. Primo omnium quælibet medicamenti forma, adductâ nominis ratione & descriptione breui ac planâ, qualis sit declaratur; postmodum eius differentia, si quæ sunt, enumerantur; tum ipsius materia ex qua componitur, annotatur; deinde eiusdem præscribendi ratio per apposita exempla traditur; ac postremo, quæ illius utilitas & adhibendi modus breuiter & perspicuè demonstratur. Ut verò memoriæ consulerem, eâque, quæ de materia medicamenti tum qualitate, tum quâtitate dicta sunt, facilius comprehendere possint, schematicis illa, vbi opus videbatur, includere, & quasi in Synopsi proponere

(:)(:)

nere

*Ad Lectorem.*

nere non inutile fore existimaui. In  
formulis verò adiectis, hunc sem-  
per delectum obseruaui, vt tum cõ-  
positionis inter se differrent modo,  
tum vt ad variorum etiam morbo-  
rum curationem facerent. Aliena  
verò potius, quam propria descri-  
bere paradigmata volumus, tum,  
ne actum ageremus, cum passim ta-  
lia apud Authores descripta repe-  
riantur; tum, vt eò maiorem huic  
tractatui conciliaremus authorita-  
tem, cum ea ab optimis quibusque,  
& in artis nostræ operibus apprimè  
exercitatis Authoribus, mutuati si-  
mus. Ob id etiam eorundem nomi-  
na reticere nolimus, ne scilicet ex  
aliorum laboribus laudem nobis  
quærere velle videamur. Quanquã  
non semper genuinos, vt hoc obi-  
ter

*Ad Lectorem.*

ter quoq; moneam, sed eos tantum,  
apud quos illa occurrebant, dum in  
operis huius elaboratione eram oc-  
cupatus, assignarim Si quæ præterea  
alia notatu digna in quacunq; me-  
dicamenti specie occurrebant, ea  
tanquam  $\pi\alpha\rho\epsilon\pi\sigma\alpha$ , si nullibi com-  
modius tractari poterāt, ad calcem  
conjicere, & in fine tractationis cu-  
iusque medicamenti addere visum  
fuit. Quanquam autem optimè no-  
uerim, præter hos, qui hac in me-  
thodo describuntur, quam pluri-  
mos alios dari modos, quibus me-  
dicamenta simplicia inter se misce-  
ri, ac composita inde extrui possint:  
illud tamen affirmare ausim, hos si  
calluerit Medicus juvenis, nunquã  
ipsi defutura medicamenta conue-  
nientia, quorum ope, aduersus fu-

(;) (:) 2 / rentes

*Prefatio*

rentes ac violentos morborum  
quorumcunq; impetus viriliter pu-  
gnare valeat. Nobis enim magis v-  
sitatos, & nostris Medicis frequen-  
tiores solummodò componendi  
modos adducere collibitum fuit:  
reliquos namq; minus peruagatos,  
& Authoribus Practicis singulares,  
ipse vsus & lectio Pragmaticorum  
ipsum docebunt. Omnes etenim,  
qui apud scriptores reperiuntur,  
methodo velle comprehendere ac  
scripto complecti, laborem esset  
immentum ac infinitum suscipere.  
Vt imur verò methodo in hac stylo  
simplici, familiari, & in Schola Me-  
dica consueto, sine omni verborum  
lenocinio. In res nempè potiùs, quã  
comptum aut ornatum temerè af-  
fectatum, intenti. Neminem igitur  
offen-



*Ad lectorem.*

offendat, si quæ hoc in tractatu vocabula technica adhibita conspiciat, quæ Latini sermonis nitorem minus sapiūt: cum etiam ab iisdem doctissimi quiq; Medici non abstinuerint.

Atque hæc sunt, de quibus lectorem beneuolum paucis admonere in scripti huius frontispicio necessum videbatur. Quamuis autem nō ignorem, me, utpote Medicum adhuc iuniorem, & qui ipse in Medicina practica quasi tyrocinium exerceo, suscepisse laborem humeris meis ferè imparem, ut proindè liuoris dentem vix sim effugiturus: tamen cum tentare aliquid, ac prodiere tenēs, si nō datur vltra, suâ quoque laude non careat, magna me spes tenet, viros bonos hac in parte

*Prefatio*

consilium meum non improbaturos. Neque enim scripto hoc mihi tantum sumo, vt viros auræ altioris, & qui iam in arte nostra consenuere, erudire velim; sed eos potius, qui modò ad praxin Medicam conuolant, & vix dum artis operibus initiati, methodum prescribendi remediorum formulas quam sectentur, expetunt; qui modò Aesculapij fores pulsant, non Veterani iam sunt auditores. Ab his enim, si non laudem, saltem veniam si impetrauero, benè mecum actum existimabo. Apud artis verò nostræ tyrones, si studium nostrum qualecunque bene collocatum intellexero, sedulò operam dabo, vt firmò DEVS TER OPT. MAX. vitam & sanitatem mihi produxerit,

inge-

*Ad lectorem.*

ingenijq; vires auxerit, maiora aliquando & vtiora præstem. Fastidiosos verò & dentatos illos vitiligatores, quibus non nisi propria placent, aliena autem omnia fordent, parum moror. Nam vti nec flamma sine fumo, sic nec fama sine calumnia surgit. Tu interim lector humanissime, nostros boni consule labores; illisq; in rem tuam grato animo vtere ac fruire. Vale.



4 In

CATALOGVS  
MEDICAMENTORVM  
quorum hoc in tractatu fit  
mentio.

- I. *Apozema.*
- II. *Decoctum hordei.*
- III. *Hydromel.*
- IV. *Hydrofaccharum.*
- V. *Iusculum.*
- VI. *Decoctum galli.*
- VII. *Decoctum sudoriferum.*
- VIII. *Syrupus.*
- IX. *Iulepus.*
- X. *Potio.*
- XI. *Unum medicatum.*
- XII. *Emulso.*
- XIII. *Destillatum instaurans.*
- XIV. *Aqua confortatiua.*

XV. Bo-

- XV. Bolus.  
XVI. Eleſtuarium.  
XVII. Eclegma.  
XVIII. Gelatina.  
XIX. Pilula.  
XX. Tabella & Rotule.  
XXI. Trochiſci.  
XXII. Panis Marcius.  
XXIII. Puluis.  
XXIV. Collyrium.  
XXV. Errhinum.  
XXVI. Suffimentum.  
XXVII. Odoramentum.  
XXVIII. Gargarisma.  
XXIX. Apophlegmatismus.  
XXX. Dentifricium.  
XXXI. Peſarium.  
XXXII. Suppoſitorium.  
XXXIII. Enema.  
XXXIV. Epithema.  
XXXV. Fotus.

)( ) ( s

XXXVI. Lo-

- XXXVI. Lotio.  
XXXVII. Balneum.  
XXXVIII. Cataplasma.  
XXXIX. Unguentum, seu Linimentum.  
XL. Ceratum.  
XLI. Emplastrum.  
XLII. Tela Emplastica.  
XLIII. Dropax.  
XLIV. Sinapisinus.  
XLV. Cauterium.





IN FABRICAM RECE-  
PTARVM,

*Clariss. Doctissimiq; Viri*

D. MARCI BAN-  
ZERI Medici Aug. amici  
dilectiss.

**V**Ltra ne crepidam sutor, diui-  
nus Apelles  
Admonuit quondam; fabrum ci-  
tharoedus ita olim  
Vltra malleolum vetuit deprome-  
re sensum.  
Hoc est; Quam didicit quisq; hac  
de iudicet arte.  
Hæc etiam mihi dicta puto, diciq;  
potesse,  
De, BANZERE, tuo, quod nunc  
cita prela fatigat, Si

Si cupiam, Præclare, opere interpo-  
nere nostrum  
Iudicium, quod velle tamen te sen-  
tio valdè.  
Non ego, non tantum mihi fumo:  
Nam quis, Amice,  
De Medica tulerit si me audiat arte  
putantem ?  
Est satis, est aliàs Momorum, qui  
mea curant:  
(Quos, curatores mei vt essent, ne-  
mo rogauit,  
Quisq; dari curatores satius sit & æ-  
quum )  
Haut opus, haut tali quibus est rati-  
one mouere,  
Cùm sint sponte sua petulanti sple-  
ne, cachinnum.  
Quòd si pace tamen liceat mihi di-  
cere vestrà,  
O Medicùm, quos nostra fouet mo-  
dò patria, docta Pe-



Pectora, si liceat quod sentio dicere,  
(notum

Est cui indefessum studiū & labor  
improbis ille,

Quo a puero solitus Musarum &  
Apollinis artes

BANZERSVS tractare, nihilq; re-  
linquere inausum

Intactumq; bonis in libris, helluo  
verus (laudeq; dignum

Librorum) nisi quod magnum sit,  
Ingenti, dignumq; legi relegiq; fre-  
quenter, (q; probandū,

Denique quod solis doctisq; bonis  
Nostro ac terre queat seculo olim  
commoda multa,


Nil debetue potestue aliud spera-  
rier isthinc.

Ergo, Quod Felix Faustum & sit,  
prodeat oras

In diastandem Fabrica hæc tua lu-  
minis, intra Quæ

Quæ tua priva diu latitauit scrinia,  
Amice.  
Tu verùm ò studiosa cohors, Æscle-  
pia pubes,  
Cuiq; sedet bellum morbis indice-  
re quondam,  
Soli peruigiles cui tot noctesq; di-  
esq;  
Transacti, dulcem vt tu posses du-  
cere somnum,  
Ambabus Fabricam, tantillum si  
sapis, isthanc  
Excipe: te doctè præscribere nam-  
q; Receptas  
Hæc docet ægrotis, læteris vt ipse  
receptis  
Pòst numisq; Auctori hoc dic pro  
munere grates.

LVD. IOH. GEORG. Styr-  
bell Aug.







LIBER PRIOR.

P R O O E M I V M.

DE COMPO-  
NENDORVM  
MEDICA-  
MENTORVM  
CAVSIS.

**Q**UAMVIS forsân maiori cum egroti commodo ac iucunditate, minoriq; cum Medici labore ac tédio fieret, si medicamentis simplicibus tantùm, prout sponte sua exorta sunt, & è Naturæ gremio effusa, nihil ad id conferente nostrâ industriâ, omnem corporis valetudinem aduersam depellere posse.

A

possemus: tamen cum id in plurimis mor-  
bis obtinere non liceat, magna certè mi-  
scendorum & componendorum medica-  
mentorum oritur necessitas. Hinc vbi me-  
dicamento simplici conuenienti destitui-  
mur, remedium compositum necessariò  
morbo opponimus; vbi simplex malignū,  
benignioris permissione corrigimus; vbi  
imbecillum seu ignauum, adjecto calcare,  
stimulum addimus. Sic etiam varia par-  
tium affectarum natura, situs, præstantia  
atque sensus, variam & ex pluribus com-  
positam remediorum ideam postulāt. Alijs  
enim medicamentis singulari quadam fa-  
miliaritate gaudet cerebrum, alijs cor, alijs  
hepar, alijs vterus. Pars densa & compacta  
longeque à remedijs dissita, tenuis essentia  
peruadensque remedium exposcit, quo  
tanquam vehiculo reliqua ferantur, quod  
aliàs medicamentum integris viribus illi  
occurrere nequeat. Pars verò sensus exqui-  
siti mitius medicamentum desiderat. Mul-  
tò autem minus variè combinati aut dissi-  
militudine pugnantes morbi, simplici me-  
dicamento depelli possunt: quando qui-  
dem simplex simplici; non autem compo-  
sito contrarium est. Neque verò solum re-  
mixtionis pharmacorum magna est neces-  
sitas,

*Causa no-  
cessaria.*

I.  
*Simplicis  
idones de-  
fectus.*

2.  
*Pars affe-  
ctā.*

3.  
*Affectū  
varietas.*

*Causa non  
necessaria*

fitas, sed simul etiam vtilitas ac iucunditas. Solida enim ad corroborandum & adstringendum; liquida autem ad penetrandum, & extenuandum sunt conuenientiora: magis leniunt & emolliunt vnguenta; magis verò euocant ac digerunt emplastra. Hi pilularum vsus planè auersantur; illi easdem nullo cum negotio deglutiunt; quidam portiones sibi præscribi expetunt; quidam easdem omninò reformidant: aliosque aliæ formæ capiunt ac delectant. Quæ sapore, odore, vel colore grato ac iucundo sunt prædita, facilius admittuntur, quàm quæ nihil horum habent. Adde, quod interdum, vt formam medicamento conuenientem conciliemus, quædam sint adijcienda, etiam si nullas medicamêto vires communicent, quale est oleum in vnguentis, cera in Emplastris. Hæc igitur & similia, componendi & variè inter se medicamêta miscendi necessitatem nobis attulerunt: si modò ægris nostris citò, tutò ac simul iucundè, vt lex vetus iatrica iubet, mederi velimus. De compositis igitur medicamentis & Receptarum formulis præscribendis acturi, primum generaliora, quæ vel in omnibus, vel pluribus saltem medicamentorum formulis, vt sunt pondera & mensuræ Medicæ, itè

*Forma medicamenti.*

2.

*Vsus eorundem  
suetudo &  
natura.*

3.

*Iucunditas  
medicamenti.*

4.

*Forma remedi.*

## 4 FABRICÆ RECEPTARVM

notæ & abbreviationes Practicis consueta  
occurrunt, breuiter & certis capitibus indi-  
cabitur, postmodū quid sit Recepta trade-  
mus, ac deniq; remedia omnia cōposita, de  
quibus in libro posteriori sermo fiet, orde-  
ne recensēbimus.

## CAPVT I.

*De Ponderibus Medicis.*

CVM non satis sit præscripsisse Medi-  
cum, quæ, qualiaue ad compositio-  
nem à Pharmacopœjo assumi debeant me-  
dicamenta, nisi & eorum quantitatem de-  
finiat; inprimis etiam Medicorū ponde-  
ra exactè nosse debent, quicumque ad pra-  
xin Medicā accedere cogitāt. De illis igitur  
hoc capite breuiter pertractare animus  
est. Res verò omnes, è quibus medicamen-  
torum formæ parantur, aut sunt sicca, aut  
consistentiæ mollis, & vel pondere, vel a-  
ceruo siue mole, vel numero æstimantur:  
aut sunt liquidæ & fluidæ, & mensurantur.

*De Ponde-  
ribus non  
fluidorum*

Pondere & lance plerumque expendun-  
tur res arida, & quæ mediam inter hæc &  
fluida sortita sunt substantiam, in quibus  
etiam



etiam leuissimum detractum vel additum momentum, non solum errorem, sed & periculum nonnunquam creare potest. Ut verò vnitas omnium numerorum est principium, ex quo quasi reliqui numeri continua additione constituuntur: ita & in ponderibus datur aliquod minimum diuisionis expers, ex quo cætera omnia procedunt pondera. Est autem illud Granum, *Granum.* siue iam sumatur granum piperis, siue hordei aut tritici, mundatum tamen, nec rubigine aut situ exesum, sed modicè crassum, cælo & solo moderato enatum.

Ex granis componitur Scrupulus seu Scriptulus. Constituunt autem secundum *Scrupulus.* Antiquos scrupulum vnum grana xx i v. Iam verò scrupulus apud Pharmacopolas, Nicolaum, & alios recentiores sequentes, pendit solummodò grana xx.

Scrupulum insequitur Drachma, & hæc *Drachma.* continet scrupulos tres.

Ex drachmis constituitur Vncia. Drach- *Vncia.* mæ enim octo, faciunt vnciam vnã.

Ex vncijs verò duodecim exurgit libra *Libra.* Medica, maximum Medicorum pondus, vltra quod non solent ascendere. Quarta- *Quarta-* rius autem est quarta pars libræ, & vncias *viii.* tres pondere æquat.

A 3

Si

6 FABRICÆ RECEPTARVM

Si verò medicamentorum quantitatem non pondere, sed mole vel acervo tantum describere volumus, vbi videlicet non adeò exquisitum desideratur pondus, per Pugillos, Manipulos & Fasciculos id præstamus. Et his præcipuè vtimur in herbis, floribus, seminibus quibusdam, hordeo, ciceribus, & sale, atque alijs similibus. Est autem Pugillus vel Maior, vel Minor; quam hæc differentia à paucis obseruetur. Maior, si capiatur tantum, quantum omnibus quinq; digitis extremis iunctis atq; ad iuicem adductis assumi potest. Minor, si tantum accipiat, quantum tribus saltem primis digitis apprehendi potest. Atq; hic drachmam semis, alter verò drachmam integram pōdere equat. Manipulus est, quantum tota manu comprehendere licet, atq; Vnciæ semis ferè respondet.

*Pugillus.*

*Manipulus.*

Si quæ majori copia assumenda, vt plerumq; herbæ ad Balnea, non contenti Medici pugillis & manipulis, per fasciculos eas præscribere solent. Est autem Fasciculus quātum plicatis brachijs tenere possumus.

*Fasciculus.*

Nonnunquam & medicamentorum quantitas per numerum imperatur, idque in primis vbi fructus maiores præscribendi veniunt, vt sunt poma, pruna, carice, passulæ

læ

ſe maiores, vel ſemina maiora : v.g. ꝛ. ca-  
ric. ping. Num. iij. iv. &c. Vbi numerum  
volumus aſſumi æqualē, per Paria aliquan-  
do præſcribimus: vt, ꝛ. Prunorum Damaf-  
dulc. par. v. vj. Si autem fructus ſunt mino-  
res, quales ſunt vuę corinthiacæ, aut ſi par-  
tes quaſdam eorum detrahimus, v.g. paſſu-  
læ ab arillis mundatę, illos non numero vel  
paribus, ſed plerumq; pondere præſcribi-  
mus. Et tantum de ponderibus aridorum  
& mollium.

Liquida quod attinet, quanquam illa  
certis quibuſdam vaſis concauis dimeriri  
veteribus in more erat poſitum hinc toties  
cyathi, Cotylæ, Congij, & aliarum menſu-  
rarum, apud ipſos fit mentio: tamen cum  
illæ menſuræ nobis jam non ſint adeò no-  
tæ, multò minus vſitatæ, atq; etiam hodie-  
no tempore cuiq; nationi & ditioni ſuæ  
ſint menſuræ, ita vt magna in illis occurrat  
varietas; Medici noſtri ſeculi etiam in me-  
dicamentis fluidis, non tam menſuram,  
quàm pondus ſpectant, & proinde pro mē-  
ſuris libras & pondera paſſim uſurpant.  
Hinc ita ſolent præſcribere: ꝛ. Mellis, vini,  
olei, decocti aut alterius liquoris ꝛj. ~~℥j.~~  
vel ꝛj. aut ij, nō verò cyathum j. Idq; per-  
cipuè faciunt, ſi pondus aut quantitatem.

*Menſura  
liquidorū.*

## 8 FABRICÆ RECEPTARVM

liquoris exactè designare volunt. Interdū enim, si nempè major liquoris quātitas requiritur, nec ita exquisitè pondus definire necessum est, cyathum, cātharum, vel mensuram vnam aut plures eius præscribunt. Liquores autem qualitatibus ac viribus efficaces, aut pretiosi & pauca quantitate assumendi, ad guttas saltem aliquot præscribi solent. Atque hæc liquida ponderandi ratio multò videtur aptior illā veterum, ob liquorum qui mensurantur varietatem. Nam etsi mensurarum capacitas non mutetur, rerum tamen, quæ mensuris dimetiuntur, pondus non est idem. Ac ob id olei, vini & mellis hæc animaduersa est proportio, nimirum si hæc tria eodem mensurentur vase, mellis pondus æquare pondus olei, & simul eius medietatem; vini verò, tertiā parte superare. Et quanquam adhuc hodiè Pharmacopolæ in liquidis mensuras vsurpent; illud tamen tantum faciunt, vt ponderandi labore superfedere possint. Illæ enim mensuræ ponderibus exactè respondent, neq; aliud sunt, nisi vasa libris & vncijs designata. Hinc quoq; triplices liquidorum mensuras habent, alias scilicet vino & aquis destillatis, alias melli, alias oleo mensurando destina-

tas.

tas. Nihil igitur præterea de medicamentorum liquidorum mensuris designandis dicendum restare videtur.

## OBSERVATIO.

Nos hic saltem de ijs ponderibus & mensuris Medicinalibus egimus, quæ ad institutum nostrum faciunt, quibusq; Medici nostrates quotidie in suis formulis utuntur. Qui verò veterum tum Græcorum, tum Romanorum, atq; Arabum pondera & mensuras cognoscere cupitis adsat Paul. Aeginet. lib. 7. c. 26. Orribas Synops. lib. 2. c. 58. Cels. lib. 5. c. 17. Fernel. Meth. med. lib. 4. c. 6. Heur. Meth. med. Senert. Instit. Med. lib. 5. part. 3. Sect. 1. c. 3. & alios quamplurimos, qui in illis uberius describendis laborarunt.





## CAPVT II.

*De abbreviationibus & notis  
Medicorum.*

**T**Ritum est: Quod fieri potest per pauciora, non debet fieri per plura. Id ergò & Medici obseruantes, vt minori cum molestia & temporis iactura, suas præscribant compositiones, certas suas habent literas ac notas, quibus loco vocabulorum frequentius in formulis occurrentium vtuntur Præterquam quòd in Receptis nullum ferè vocabulum omnibus suis literis absolutū exprimant, sed vel tantum primam, aut alteram vocabuli syllabam ponentes, aut certis quibusdam abbreviationibus vtentes, quæ medicamenta assumi velint, designent. Id quod statim fit in ipso formulæ principio, dum maiusculum R. hâc ferè formâ R. ponunt, quod ipsis sonat Recipe, Inprimis verò id semper quasi

quasi obseruatur in nominibus ponderum  
 exprimendis. Hinc si granum præscribere  
 animus est, per duas priores vocabuli Gra-  
 ni literas id significamus, vt Gr. Si verò  
 Scrupulum, hanc notam ponimus.  $\text{S}$ . Si  
 drachmam, hanc figurâ signamus,  $\text{D}$ . Si un-  
 ciam, hoc caractere vtimus  $\text{U}$ . Si Libram,  
 hanc abbreviationem adhibemus,  $\text{L}$ . Si  
 Quartarium, hanc notam adscribimus,  
 Quart. Manipulum autem designant Medi-  
 ci per primam sui literam, vt, M. Pugillum,  
 per P.

Si verò medietatem alicuius ponderis  
 seu mensuræ expetimus, vocabulo semis  
 vtimus, eiusq; saltem primam appingimus  
 literam hanc formâ  $\text{S}$ . Si numero imperatur  
 medicamentum, litera N. Medicis in vſu  
 est. Ita etiam eandem ob causam, in affi-  
 gnando medicamentorum numero Ro-  
 manorum caracterebus, vt I. II. III. IV.  
 V. &c. potiùs vtimus, quàm vt scribamus,  
 vnum, duo, tria, &c.

Sunt deniq; & aliæ adhuc notæ, quibus  
 medici breuitatis gratiâ vtuntur, quæ quâ  
 etiam pondera medicamentorum spectēt,  
 jure illis hîc locus assignatur. Vt quando, v-  
 ti nō rarò fit, duo, tria pluramue medicamē-  
 ta, vno & eodem pondere assumenda ve-  
 niunt,

niunt,

niunt, ne igitur opus esset idem pondus sepius repetere, solent Medici id vocabulo, satis in Receptis trito, notare, ANA: quod apud ipsos, tantundem significat, ac si scripsisset cuiusq; vel singulorum, vt, R. Malv. Violar. ana. v. g. Mj. Sæpè etiam fit, vt quantitatem alicuius medicamenti iudicio Pharmacopœi relinquamus, quando videlicet eius quantitas certius & magis exquisitè ab eo, vt potè qui præsens est, & medicamentum præparat, quàm ab absente Medico definiiri potest: aut vbi nihil subest periculi, siue paulò plus, siue minus de coassumat. Quod admodum frequens in decoctis & infusis parandis, in liquoris mensura definienda, item in vnguentis & emplastris in ceræ quantitate exprimèda, atq; alijs casibus similibus quamplurimis.

Ibi enim quantũ satis vel quantum sufficit imperamus, & his duobus tãtum literis notamus. q. s.

Clausulæ quin etiam locum in formulis obtinet vocabulum Misce, quandoque videlicet plura & varia, siue simplicia siue composita remedia præscripta sunt, eaque inter se misceri debent; atque hoc per primam sui literam plerumque indicatur M. Sed hæc omnia inferius ex præscriptis formulis,



mulis, & lectiōe Pragmaticorum clariora  
fient, neq; hīc omnia adduci possunt.

In eundem finem, plura quandoq; me-  
dicamenta, vno titulo simul comprehen-  
dūtur tum composita, tum simplicia: Atq;  
hęc sunt vel è numero radicū, quales sunt  
aperientes: eaq̄ vel Maiores dictæ; vt, Apij,  
fœniculi, Asparagi, Petroselini, Rusci: vel  
Minores: vt, Graminis, Rubiæ, Eryngij,  
Capparis, Ononidis. Vel è numero herba-  
rum, vt sunt quinque emollientes: Malua,  
Althæa, Violaria, Mercurialis, Acanthus  
seu Branca vrsina. Quibus aliqui parietaria-  
m, betam & atriplicem annumerant.  
Item, quinq; herbæ capillares: Adianthum  
nigrum seu capillus veneris, Adianthum  
album seu Ruta ~~maritima~~, Polytrichon  
aureum, Trichomanes, Asplenium seu Ce-  
terach. Vel fructuum, qualia sunt quinque  
genera Myrobalanorum: Citrini seu flauī,  
chebuli seu cepuli, Indi seu nigri, Emblici,  
Bellirici. Vel feminum; vt, quatuor calida  
maiora; Anisi, Fœniculi, Carui, Cumini.  
Minora; Ammeos, Amomi, Apij, Dauci.  
Aut Frigida: eaq̄; etiam sunt vel maiora;  
vt, Cucumeris, Cucurbitæ, Melonum, Ci-  
trulli. vel Minora; vt Endiuicæ, Scariolæ,  
Lactucæ, Portulacæ: vel Florum, vt sunt  
tres

*Radices A-  
perientes.  
Maiores.  
Minores.*

*Herba E-  
mollientes.*

*Capillares.*

*Quinq; ge-  
nera Myro-  
balanorū.*

*Semina  
calida*

*Maiora.  
Minora.  
Frigida.  
Maiora.*

*Minora  
Flores cor-  
diales.*

tres seu quatuor flores cordiales: Boraginis, Buglossæ, Rosarū, Violarū. Vel Lapidū, vt fragmēta quinque; lapidum pretiosorum dicta: Saphiri, Granati, Smaragdi, Hyacinthi, Sardæ seu Carneoli. Vel Aquarum, vt quatuor aquæ pleuriticæ: Cardui Mariæ, Taraxaconis, Cardui Benedicti, Scabiosæ. Vel Oleorū, vt tria olea Stomachica: Absinthij, Cydoniorum, Mastichinum. Composita verò sunt vnguenta; eaque vel quatuor calida: vt Aregon, Martiaton, Althææ, Agrippæ: vel tantundem frigida, vt, Album camphoratum, Rosatum Mesuæ, Populeon, Infrigidans Galenij: cuius loco Renodæus ponit Citrinum.

*Fragmēta  
lapidum  
pretiosorum.*

*Aquæ pleuriticæ*

*Olea Stomachica*

*Vnguenta calida.*

*Frigida*

## OBSERVATIONES.

Consultissimum omnino est in signando ponderis aut mensuræ numero, præscriptorum Romanorum notis VII, quæ sic pinguntur, I. II. III. IV. V. VI. &c. quam alijs cyphrarum characteribus, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. &c. Sic enim, ob notarum diuersitatem, non tam facile error committitur, qui characterum similitudine subreperere posset, cum 3. drachmam pondus designet, atemq; numerum ternarium.

*Idem*

Idem esto iudicium de medietate ponderis prescripta. Litera S enim potius hac forma B. quam hac minori s pingi debet, ne pro numero quinquenario accipiatur.

Hinc & ego toto hoc tractatu, ubi pondus Vncia aut Drachma occurrebat, ne incuria Typographi error committeretur, ob characterum quibus notantur cognationem & similitudinem, potius illas primis syllabis, quam characteribus consuetis exprimere volui. Neg, hoc pratermittendum, dictionem, *ἀνὰ*, non ex Arabum, ut multi iniquè existimant, sed Græcorum schola esse desumptam: Cum illa legatur apud Hippocratem lib. 1. de morb. mul. Dioscoridem lib 2. c. 91. Item in historia Evangelica apud Matth. Lucam & Iohannem.

In herbarum capillarium nominibus designandis vary sunt Authores, sed tamen res tandem eodem recidit. Iisdem enim herbis varie & plures à Practicis assignantur denominationes. Nobis ita, Pharmacopœiam nostram secuti, denominare easdem, quæ maxime commodum videbatur.

Enumerantur etiam à Ioan. Renodeo in suo Dispensatorio Instit. pharm. flores cordiales calidi, item duodecim aque cordiales, nec non quatuor cephalica, sed quia apud nos, & alijs  
etiame

etiam in locis, eas generali hoc nomine simul complecti non sic in usu, jure illas silentio prætereo.

Flores cordiales illi res, violarum scilicet, Buglossæ, Boraginis, tales maximè censendi, dum recentes sunt adhuc, & colorem saporemq; retinent. Exiccati enim, ut alij flores pleriq;, ut insipidi & inodori, nullius aut imbecillima sunt qualitatis. Non idem tamen est statuendum de rosis, quia hæc odorem ac saporem pristinum quam diutissime etiam exiccata retinent.

### C A P V T III.

#### *Quid sit Recepta.*

**H**is itaque præmissis, accedamus iam ad rem aliquantò propiùs, atq; quid Receptæ nomine subaudiendum sit, videamus.

*Definitio.* Est autem Recepta seu Remedij formula, medicamentum compositum, in rem præsentem à Medico præscriptum.

*Descriptio  
nis explicatio.* Recepta) Alij Receptum, alij Receptam in foeminino dicunt. Sed Barbarum cum sit vocabulum, & in lingua Latina minus funda-

fundatum, cuiq; liberum esto, hoc illõue modo pronunciet.

Medicamentum) Quia etsi interdum à Medicis præscribantur, quæ potius alimenta quàm medicamenta videntur, vt est panis Marcius, Gelatina, Iusculum instaurans: tamen quia non simpliciter alimenta sunt, sed alimenta plerumq; medicamentosa: item quia ad restaurationem virium & corporis imbecillitatem corrigendam à Medicis imperantur, ratione finis etiam potius medicamenta quàm alimenta dici merentur.

Compositum) Quia rarissimè simplex aliquod medicamentum, vt succus aliquis vel aqua, aut herba vel radix quædam sola, à Medicis præscribitur, sed plerumq; ex his plura, & variè inter se mista. Imò nos hoc tractatu, de his posterioribus tantum sermonem instituemus. Reliqua enim nullo ad præscribendum artificio indigent.

In rem præsentem &c.) Diuiduntur enim Medicamenta composita in Officinalia & Magistralia. Officinalia vocant, quæ in Officinis iam parata ad futurum asseruantur vsu, vt sunt Syrupi, Pilulæ, theriaca, & similia alia quàm plurima. Magistralia vero, quæ à Medicis demum pro præsentibus

B cessi-

cessitate præparari iubentur. Quanquam autem sapissimè Medici præscribant medicamenta, quæ in officinis jam parata profstant; nihilominus, dum eorum duo, vel plura inter se misceri volunt, aut iisdem alia simplicia pro præsentis ægri & morbi conditione adijci, nouum inde & magistrale exurgit medicamentum.

## OBSERVATIONES.

*Non inutile videtur hoc loco studiosos, qui praxin Medicam exercere incipiunt, de quibusdam admonere, qua compositionem medicamentorum spectant, & in remediorum formulis præscribendis diligenter notando obseruari debent.*

*Simplicia  
remedia  
ante om-  
nia cogno-  
scenda.*

*Maximè  
appropria-*

*Ante omnia autem cautum volo, ne quis illotis, quod aiunt, manibus huc accedat, & remediorum formulas præscribere tentet, qui medicamentorum simplicium eorumq; facultatum nullam habet cognitionem. Qui enim is ex arte medicamentum præscribet compositum; simplicia si non nouerit? qui illud affectui & ægro præsentis accommodatum reddet, simplicium vires si non fuerit expertus? Morbo cognito ipsi maximè conuenientia & appropriata*

priata statim remedia opponenda: ut quantū  
quidem fieri potest, aeger quā citissime sani-  
tati restituatur. Sint tamen ea magis vel mi-  
nus efficacia, prout etiam morbus aut vitis  
aut vehemens fuerit.

Tuta quin etiam & benigna ut sint reme-  
dia omnino studendum. Ut si nō profint, etiam  
non obsint aegris. In planē desperatis verō, ubi  
aliter nō licet, possumus etiam, ratione tamen  
& exquisito iudicio adhibito, nonnunquam  
periculosa experiri. Illis enim in casibus, satius  
est ancipiti quā nullo remedio uti.

Nostratia potius, & quorum exquisitam  
notitiam habent, quā peregrina & ab ex-  
tremis illis orbis partibus petita medica-  
menta, ad compositiones suas Medici juniores ad-  
hibeant. Illa enim vera, legitima ac recentia  
habere possumus: haec verō plerumq; non nisi  
fictitia, adulterata & viribus jam exoleta, ad  
nos adferuntur. Adde, quod illa semper mino-  
ri ere comparentur: haec verō non nisi pluris  
vencant. Hinc Medicorum illorum inanem  
estentationem, qui non nisi ab extremis Ga-  
ramantis petita, & que magno venduntur  
pretio medicamenta magnificiunt, non in-  
iuste accusat Plinius: ubi inquit, postea frau-  
des hominum & ingeniorum captura, officina-  
nas inuenere istas, in quibus sua cuiq; homini

ta reme-  
dia adhi-  
benda.

Tuta re-  
media se-  
ligenda.

Nostratia  
peregrinis  
preferenda.

lib. 24. f. 1.

venalis promittitur vita. Statim compositiones & mistura inexplicabiles decantantur. Arabia atq; India in medio aestimantur, vlcerrig, paruo Medicina à rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisq; canet. Quod si verò interdum peregrina in usum accersere voluerint, si praesertim convenientibus nostratibus destituantur, legitima & nequaquam spuria aut effeta ut sint dent operam.

Medicamenta experta in expertis praestant.

Medicamenta usu comperta & saepius approbata, nouis & inexpertis longè preferenda. Illis enim longè felicis ac tutius curatio morborum perficitur; quàm his. Cum saepe quaedam primo falsà nouitatis specie arrideat, quae usus postea falsa esse comperit. Vt proinde Ioh. Crato in Consil. non iniuste scripsisse videatur: Medicinam expertam cum ratione adhibitam, plus valere ea, quae interdum subito à doctissimo etiam Medico magnà ratione adhibita excogitatur, non dubito; atq; hac in parte rationales etiam Medicos Empiricis cedere debere, de sententia Hippocratis statuo.

Medicamentis grauis & curem suadendum.

Iucunditate porro & gratiam, ut medicamentis suis concilient certis quibusdam remittis, quantum quidem fieri potest, diligenter dent operam. Ea tamen cautione adhibita, ne illa vi contraria morbo obsint, sed potius etiam

CUM



ſum morbo pugnent, aut medicamenti vires  
 proſperent ac felicitet. Hinc alia gratis colo-  
 rum adblādiuntur, alia odorum venuſtate ſe-  
 ſe commendent, alia deniq; ſaporum illecebris  
 conditi a palato grata reddantur. Hoc enim eſt  
 fucum facere Nature vtiliſſimum. E contra-  
 rio vero ſi qua, qua vel ſapore, auſ odore vehe-  
 menter diſplicent, adhibenda veniunt, in mi-  
 nori ea admiſceantur copia. Triftia enim &  
 horrenda medicamenta, nec ſumuntur facile,  
 nec retinentur: ſed ventriculum evertunt,  
 corpus conturbant, ac plerumq; animi defe-  
 ctione vires exolunt. Ob id etiam medica-  
 menti forma vtentis conſuetudini aut Natu-  
 ra, vt ſupra quoq; monui, modo nihil impediāt,  
 & morbus id permittat, aptetur. Quantitate  
 qui n etiam ſint moderata: neq; vicia impe-  
 retur. Drachma vbi ſuffecerit. Interim tamen  
 nec illis aſſentior Medicis, ſi modo Medici ti-  
 tulo digni, qui, vt gratiam apud egros ſuos in-  
 ceant, etiam quibus ſuis in morbis, vel vehemē-  
 tiſſimis, non tam qua morbus requirit, quam  
 qua eger expetit remedia, propinant. Illud e-  
 nim non eſt curare, ſed adulari, auctoritatem  
 Medicam infamare, & ſacroſancta noſtram  
 Medicinam proſtituere. Vbi namq; morbus  
 id exigit, & egri ſalus in anguſto præſertim  
 eſt poſita, morbus conuenientibus oppugnan-

1. aph. 6. *duo remediis, siue iam gratis siue ingratis id fiat. Vnde rectè venerandus noster senex: Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima. Et: quæ medicamentum non sanat, ignis sanat, quæ ignis non sanat, ferrum sanat. Malo enim nodo, ut est in prouerbio, malus cuneus querendus: raroq; crudele malum, nisi crudeli malo depelli potest.*

Curatio  
simplicio-  
ribus per-  
agenda re-  
mediis.

Dignum est & hoc notatu, ne, quum conueniens aliquod simplex in promptu est medicamentum, quod citrà ullam corporis offensionem adhiberi potest, satisq; virium ad morbum abigendum habet, nos ullam compositione permissionem queramus. Neq; enim compositum tentandum, simplici quod effeceris. Compositum siquidem prius est simplex, minoriq; cum patientis tadio admonetur. Imò longe certius ac exploratius est curare simplici quam composito remedio. Nam multa nos scitè & optimè ratione permixta putamus, quæ tamen vsus postmodum redarguit. Cum multa seorsim adhibita, similes effectus edere et si comperta sint; plerumq; tamen cum tacitis etiã quibusdam viribus inter se dissentiant, sit inde, ut si in vnam eandemq; compositionem cõcurrant, non se seiuuent aut corroborent, sed contrà perimant atq; peruertant. Hinc veteres Medici referente Plinio, ad morborum curationem

lib. 26. hist.  
nat. c. 20

sim-

simplicia tantum prescribent, ut Diocles, Praxagoras, Chrysippus, Erasistratus. Hippocrates quoque, qui primus artis Medicæ fundamenta stabilivit, ac leges cõdidit, omnibus penè affectibus medebatur solis simplicibus medicamentis. Vitent proinde Medici tyrones ambitiosas illas, & ad ostentationem potius, quàm agri utilitatem comparatas remediorum vastas moles, neq; in vnâ aliquam cõpositionem, ubi pauciora sufficiunt, plura & quasi innumera congerant remedia. Talis enim medicamenti, ex plurimis sæpè substantiâ, sapore & viribus longè discrepantibus, cõpositi vis atq; facultas, vix nota esse potest.

Accedit, quod tale medicamentum agro nauseam in assumendo, Pharmacopœjo verò in componendo molestiam non parvam pariat. Hincq; sæpè error committi potest, ob quem & eger medicamenti fructu, & Medicus spe sua frustretur. Neq; enim quâ copiose, sed quàm benè ac rectè medicamenta inter se componentur vnice studendum.

In prescribendis quoque & ponendis in Receptis medicamentis quendam ordinem obseruari non inelegans. i. Hinc que longiori egent preparatione, ea prius collocentur in formula; quæ breuiori, posterius. Ut si quæ ante decoctionem prius infundenda, alia verò solum deco-

B 4

quenda,

Formula  
quodam  
ordine  
conscribi  
debet.

## 24 FABRICÆ RECEPTARVM

quenda, prius illa, quàm hæc notentur. 2. In ijs  
 vero quæ eadem indigent præparatione, prius  
 ponantur ea, quæ in maiori, (ut est basis ple-  
 rumq, medicamēti) assumuntur quantitate.  
 3. In quibus eadem præparatio, eadem quanti-  
 tas, nobiliora ignobilioribus præponantur. 4.  
 Postremo vero loco plerumq, collocanda, quæ  
 materie informantis vicem obtinent, ut est  
 cera in unguentis & aliis, mel vel saccharum  
 in electuariis & similibus confectionibus.

Neq, tamen hæc adeo strictè sumi volo, ut  
 non quandòq, pro Medici iudicio & pruden-  
 tiâ certis de causis, quæ omnes in specie recen-  
 seri nequeunt, ab hoc ordine recedere liceat;  
 cum nihil inde medicamento, modo  
 interim rectè præparetur, vi-  
 rium decedat.



CAP.

## CAPVT IV.

*Quæ sint Receptarum species.*

Quid sit Remedij formula, quam vulgò Receptam vocant, diximus: quas verò habeat differentias seu species iam indicabimus. Remedia enim magistralia, quæ videlicet ex tempore in rem præsentem à Medicis conscribuntur, à partibus quibus adhibentur, in Interna & Externa distribuuntur. Interna ratione consistentiæ sunt vel Fluida & Liquida, vel Mollia, vel Sicca. Fluidorum numero sunt quatuordecim: Apozema, Decoctum hordei, Hydromel, Hydrosaccharum, Iusculum, Decoctum Galli, Decoctum sudoriferum, Syrupus, Iulepus, Potio, Vinū medicatum, Emulsio, Destillatum instaurans, Aqua confortatiua.

*Medicamenta Interna.  
Fluida  
XIV.*

Mollium verò quatuor: Bolus, Electuarium, Eclegma, Gelatina. Sicca autem consisten-

*Mollia IV.  
Sicca V.*

sistentiam habent, vel cohærentem, qualia sunt: Pilulæ, Tabellæ & Rotulæ, Trochisci, Diamygdalatum seu Panis Marcius: vel Dissipatam; vt, Puluis.

*Externæ.* Externa in duplici sunt differentia. Vel enim partium quarundam sunt propria:

*Propria X.* vel pluribus & varijs communia. Quæ sunt prioris generis, eorum recensentur ab Authoribus decem: Collyrium Errhynum, Suffimētum, Odoramentum, Gargarisma, Apophlegmatismus, Dentifricium, Pessarium, Suppositorium, Enema: quò etiam referendæ Iniectiones quæ fiunt in Aures, Penem & Vesicam, Vterum & Fistulas. Posterioris verò generis sunt hæc: Epithema, Fotus, Lotio, Balneum, Cataplasma, Unguentum seu Linimentum, Ceratum, Emplastrum, Telæ Emplastica, Dropax, Sinapismus, Cauterium.

*Communia XII.*

## OBSERVATIO.

*Quanquam apud Authores quosdam, & alia nonnulla præter has medicamentorum compositorū species recensentur: vt est Dieta conditum, Pignocata, Pasta regia & similes: cum tamen ille plurimis in locis minus sint usita-*

vsitata, & certis quibusdam regionibus tantum peculiare, silentio easdem inuoluere putauimus. Cum præsertim illarum præscribendi modum, si quis nosse velit, facile addiscere possit, modo ad methodum in reliquis compositionibus adhibitam attendat.

Nos consulto hunc ordinem in distribuendis medicamentorum compositionibus obseruauimus, quem & postea in illis recensendis & explicandis libro secundo sequemur. Maxime enim congruū nostro instituto illum indicamus. Neq; interim planè methodum negligimus, quā in medendo procedere Medici Dogmatici consueuere. Hinc inter Medicamenta Interna eaq; Liquida præmittimus Apozema, quia hæc medicamenti forma plerumq; ad humorum & corporis preparationem instituitur: cui decoctum hordei, hydromel & reliqua ob compositionis cognationem annectuntur: inde uero Syrupi & Iulepi, quod diuturniorem desiderent coctionem, subiiciuntur, quia & hi, communi Pragmaticorum more, purgantia pharmaca ferè antecedere solent: atq; hos mox Potio & Vinum Medicatum, utpotè purgantia plerumq; subsequuntur. Ab his demum proximum sibi uedicant locum, Emulsio, Destillatum Instaurans, & Aqua confortatiua; quia hæc à reliquis differen-

ferentem habent parandi modum, & altera-  
tionis ac corroborationis gratiâ ferè tantum  
instituantur. Liquida mollium classis exci-  
pit, atq; ex his priori loco ponuntur, qua simul  
& ad purgandum & alterandum, ut sunt Bo-  
lus & Electuarium, faciunt: posteriori verò  
qua imprimis ad alterandum & corroboran-  
dum conducunt. Quod etiam fit in solidis, qua  
mollibus succedunt. In Externis autem qua  
certis quibusdam partibus sunt destinata; ip-  
sarum partium ordinem secuti sumus, à supe-  
rioribus ad inferiores descendendo. In reli-  
quis deniq; respeximus vel ad usum ut in E-  
pithemate. Fotu, Lotione, Balneo & Cataplas-  
mate: vel materiam, ex qua componuntur:  
ut Unguento, Cerato, Emplastro, Telis empla-  
sticis: vel operandi modum: ut in Dropace,  
Sinapismo, Cauterio.

Etsi è quibusdam & illa ad interna refe-  
rantur medicamenta, qua vel corpori immit-  
tuntur, ut sunt clysteres, suppositoria Errhina  
& similia; vel intra os assumuntur, sed rur-  
sum expuntur, ut, Apophlegmatismi, Garga-  
rismata, Dentifricia: nobis tamen gratia per-  
spicuitatis saltem ea Interna appellare libet,  
qua intra corpus per communem illam & v-  
sitatam cibi & potus viam assumuntur ac de-  
glutuntur. Reliqua omnia siue corpori foris  
impo-



imponantur, siue eidē illinantur, siue per alias,  
præter os, vias, ut animum, uterum, aures, na-  
res ipsi intrudantur, siue alio quo-  
cung, modo applicentur, externa  
nominabimus.



LIBER



## LIBER POSTERIOR.

Sectio Prior.

DE MEDICAMENTIS  
INTERNIS.

## CAPVT I.

*De Apozematis.*

**N**TER medicamenta  
 composita, pro re nata,  
 à Medicis præscribi so-  
 lita, Interna, quæ vide-  
 licet per os exhibentur,  
 ac in stomachum deglu-  
 tiuntur, non iniuste pri-  
 ori loco nitidam suam exerūt faciem. Hæc  
 enim præstantiâ, efficaciâ & vsus frequen-  
 tiâ, Externis excellere videntur. Ab Apo-  
 zema-

zematē igitur exordio sumpto, sex hæc capita in ipso tractabimus. Primum, quid sit, post quas habeat differentias, tertio, quicuius componendi modus, quæ deinde prescribendi methodus, ac quæ postremo utilitas, & utendi ratio, breuiter commemorabimus. Si quæ, præter hæc, in ipso dicenda occurrent, ea in obseruationibus subjectis attingemus: eandem methodum in alijs etiam medicamentorum formulis tradendis sectaturi. Horum itaque; ne lector ignarus sit, semel atque iterum de ipsis illum monuisse sufficiat.

Est autem *Ἀπόζυμα*, seu, ut quidam scribunt, *ἀπόζυμα*, vocabulum Græcum, ut cuiuslibet patet, quod deriuationem suam accipit, à verbo composito *ἀποζέω*, id est, feruefacio, ebullire facio: quia in Apozematis liquore feruescunt ac decoquantur variæ stirpium partes. Latinis dicitur Decoctum, quia hæc medicamenti forma non sine coctione paratur. Et si enim & alia medicamenta, ad sui præparationem decoctionem requirant, usus tamen obtinuit, huic medicamento nomen Decocti in specie attribuere. Aliqui Syrupum longum, alij verò Syrupum Magistrale vocant. Syrupum quidem, quia ex iisdem, ex quibus

*Quid sit  
Apozema  
Ratio nominis.*

bus Syrupus ferè constat; præsertim quando paratur is ex decocto: & quia viro-  
rumq; eadem ferè forma. Vt videantur re-  
eadem, nominibus verò diuersa. Sed inte-  
rim, quæ inter Apozema & Syrupum in-  
tercedat differentia, infra indicabimus. Ló-  
gum verò dicunt, quod plærumq; ex plu-  
ribus vegetabilium partibus, vt radic. her-  
bis, seminibus & alijs in liquore decoctis,  
conficiatur. Magistralem autem, quia pro  
re nata, à Medico præscribi solet.

*Descriptio.* Apozema igitur medicamentum est in-  
ternum, fluidum, ex liquore, qui variarum  
stripium partium vires mediocri decoctio-  
ne ebiberit, conflatum, & in plures ple-  
rumque doses comparatum.

*Descrip-  
tionis ex-  
plicatione.* Est medicamentum internum ) quia in-  
tra corpus assumitur, nec foris, vt externa  
medicamenta eidem applicatur.

Fluidum ) id est; nec molle, nec solidum.

*Apozema  
& Syrupus  
quomodo  
inter se  
differant.* Mediocri decoctione ) Hoc additum à  
nobis, vt Apozema à Syrupo distinguere-  
mus. 1. Syrupus enim longè diuturniorem  
concoctionem, vt iustam assequatur con-  
sistentiam, Apozemate requirit. 2. Hinc  
Syrupus probè coctus & paratus ad annos  
etiam aliquot incorruptus asseruatur: A-  
pozema verò vix ad septimanam integrum  
per-

perdurat. 3. Syrupus quoque crassioris est consistentiæ, quàm Apozema. 4. Minus quin etiam sacchari aut mellis ad dulcorandum Apozema requiritur, quàm ad Syrupum. Imò Apozema aliquando conficitur sine saccharo aut melle; non item Syrupus. 6. Ob id etiam Syrupus Apozemate gustu multum est suavior. 7. E contrariò verò Apozema Syrupum non parum efficiaciã superat.

In plures doses ) Ad differentiam Potionis, quæ in vnam saltem dosin instituitur.

Distinguitur Apozema ab effectu, in simplex & compositum. Simplex Decoctum vocantes illud, quod vel solùm ad corpus, aut humores alterandos, vel eisdem purgandos est institutum. Compositum verò, quod horum vtrumque simul præstat. Simplex duas sub se complectitur species. Aut enim est Alterans, aut Purgans. Alterans rursus duplicem habet finem. Aliquando namq; propter se instituitur, aliquando verò propter aliud, id est, futuram purgationem. Si propter illud, quadruplex est Apozema alterans. Vel enim primis qualitatibus aptum est corporis partes alterare, dum easdem aut calefacit, aut refrigerat, aut humectat, aut sic-

II.  
Differen-  
tia Apoze-  
mati.

C

cat:

cat: & hoc simpliciter atq; absolute Apozema alterans vocatur. Idemq;, vbi totum corpus indifferenter respicit, alio nomine caret: vbi verò ad certam aliquam partem, inprimis nobilem est accommodatum, ab eadem etiam nomen mutuatur. V. G. Si hep- par spectat, dicitur Hepaticum: si cor, cardiacum: si caput, Cephalicum, & sic de cæteris: vel secundis qualitatibus corpus eiusq; partes afficit, dum illud ad constringendum vel laxandum, aperiendum vel occludendum &c. confert. Atq; hujus tot sunt differentiæ, quot secundarum qualitatum ab Authoribus recensentur. Et præter has, cum non minus ac præcedens, vel indiscriminatim ad vniuersum corpus, vel certam aliquam partem sit comparatum, in eadẽ etiam, ac illud differentias distinguendũ venit. Vel tertiis qualitatibus præstans est, quã ratione aliud menses mouet, vel cohibet, aliud sudores prolicet, aliud vrinam proleat, aliud lac vel semen procreat aut corrumpit, aliud alium aliquem similem effectum, à tertiis qualitatibus dependentem, quarum etiam numero, hujus apozematis differentiæ respondet, profert. Vel deniq; quartã, id est, occultã quãdam proprietate agit. Hujus autem ut varia & infi-

infinita quasi sunt munera, ita etiam secundum eandem Apozemata hæc in innumeras possent distribui classes. Cum verò non propter se, sed propter subsequituram præscribatur purgationem Apozema alterans, vocatur id in specie Apozema præparans. Atq; hoc etiam duplicem subit differentiam. Quando enim intentio est per Apozema humores corporis præparare, nominamus illud coquens: idemq; vel sigillatim ad vnius alicuius humoris, vt bilis, pituitæ, vel melancholiæ: vel omnium, aut plurium horum humorum coctionem præscribitur. Quando verò ad corpus ægri eiusdemq; vias attendimus, Apozema Aperiens vel Aperitium appellamus. Atq; hæc omnes Apozematis simplicis alterantis sunt differentia.

*Purgans autem Apozema, quod videlicet ad purgandos, & è corpore humores vitiosos exturbandos suscipitur, vel simplex est, vel compositum. Simplex, quod vnum aliquem humorem respicit: estq; pro varietate humorum quadruplex. Aliud enim Cholagogum, aliud Phlegmagogum, aliud Melanagogum, aliud Hydragogum: prout scilicet aut bilem, aut pituitam aut melancholiam, aut serosos è corpore humores e-*

ducere potēs est. Compositum verò vel omnes hos humores euacuat, & dicitur Apozema Holagogum seu Panchymagogū: vel saltem duos aut tres: atq; hoc multiplex est, cūm etiam hi humores multipliciter inter se misceri possint. Et tātum de differentiis Apozematis purgantis.

Apozema deniq; compositum, quod simul & ad alterationem & purgationem, humorum conducit, in easdem, in quas duo priora, secari potest differentias. Modò dicta itaq; in his lectorem erudire poterunt. Vt verò species has omnes hac tenus recēsit, facilius memoriā complecti, eademq; vno quasi intuitu apprehendere liceret, tabulæ huic subiectæ illas includere placuit.



Apoze-



Enumeratis itaq; in genere decocti speciebus ac differentiis, vltcrius jam progrediamur. Vbi sigillatim primùm de Apozemate alterante simplici, post de purgante, ac deniq; de composito alterationis & purgationis effectu prædicoagemus: eorum compositionem, præscribendi modum & reliqua ordine declarando.

III.  
Compositio  
Apoze-  
matis.

### *Apozema Simplex alterans.*

In compositione Apozematis alterantis, quod videlicet alia quavis quàm cathartica vi perfusum, tum corpus, tum contenta vario immutans modo, duo capita præcipua diligenter notanda se se offerunt. *In compositione duo notanda* Materia nempe ex qua Apozema hoc cõficitur & Eiusdẽ conueniens præparatio. *Materia est præparatio.* Materia est duplex. Alia enim coquitur, alia vero non coquitur. Quæ coquitur est vel Sicca, ex qua nempe vis Medica coctione elici debet: vel Fluida, in quam eadem traducenda traijciendaq; In materia sicca tria *Materia sicca qualitas.* obseruanda: eius Qualitas, Quantitas & Præscribendi ordo. De omnibus in specie.

Quantum ergò ad Qualitatem, differt hac

hæc materia tum ratione substantiæ, tum Qualitatum. Ratione illius: quia petitur, vel ex ordine vegetabilium, & quidem vt plurimum veluti sunt variæ stirpium partes: Radices, Ligna, cortices, Folia siue Herbæ, (sub quibus etiam furculos & Frondes comprehendi volumus). semina, Fructus, Flores: rarò Resinæ, Gummata aut succi concreti. Vel ex ordine Animalium, quod tamen rarissimè accidit, & sunt ossa, cornua, atq; aliæ eorundem partes, quæcunq; scilicet cõctione vim Medicam de se fundere possunt. Vel ex ordine Mineralium, sed & hoc satis infrequens, quia pleraq; horum aut ad decoquendum minus sunt apta, aut vt intra corpus sumantur inidonea.

Ratione verò harum, id est, qualitatum, tanta in hac materia occurrit varietas, vt vix describi possit, propter infinitas Medicinentiones, juxta morborum & ægrotantium discrepantiam. Hinc alia calefacit, alia verò refrigerat: hæc laxat, illa adstringit: quædã menses promovere, quædam eosdem cohibere valet: hanc cephalicam, illam cardiacam dicimus: illà bilem, hæc pituitam vel melancholiam præparamus ac coquimus, & sic depiceps.

Quantitas  
eae.

Quantitas autè hui<sup>9</sup> materiæ est duplex,  
Gene-

Generalis & Specialis. Generalis, quæ vniuersæ huius materiæ pondus designat, incipit ab vnc. duabus ferè, & ascendit interdum ad ℥ ℥, ℥ ℥; imò nonnunquam ad ℥ ℥, ℥ vel ℥ ij. Specialis verò, quæ in specie cuiusq; ingredientis dosim docet, hoc se habet modo. Radices assumuntur ab Vnc. ℥. ad vnc. ij, v. vi. Ligna ad Drach. ij. Vnc. j, ij, Cortices eâdem dosi. Folia ad M j, iij, viii, x. Semina à Drach. ij ad Vnc. ℥, j℥, ij. Fructus maiores Num: j, ij, iij &c. Minores ad Par. iij, vi, x. Minimi ad Vnc. ℥, j, iij vel etiam iv. Flores ad P. iij, vi, Mj vel plures. Gummi ab Vnc. ℥ ad Vnc. j. Animalium partes ab Vnc. ℥, ad Vnc. ij. Quanquam nos ipsi simplicium decoquendorum pondus satis latè extenderimus, dum & minimum quasi, ac summum expressimus, cum tamen in his generalis aliqua regula statui nequeat, nolumus hæc ita strictè accipi, vt quandoq; si ratio id suadeat, eam vel transcendere, vel infra subsistere, non liceat. Nos enim id iudicio Medici curantis committimus, & in vniuersalibus hîc tantum versamur, neq; ad singularia ac individua descendimus.

In præscribendo quinetiam hanc materiam Medici plerumq; certo aliquo pro-

C 4 gredi do,

Præscri-  
bendos or-  
do,

gredi solent ordine. Solidiora enim, inodora & quæ vim Medicam in abdito habent, ac proinde longiore egent cōctione, primo loco ferè ponunt; vt sunt radices, ligna, cortices; post hæc folia, fructus, semina; & demum flores, ac omnia illa quæ tenuioris sunt substantiæ & odoratiora quæq; diuturniorem sine jactura suarum virium cōctionem non sustinent. In radicibus proindè, lignis ac corticibus, excipe aromatica & odorata, quia hæc plerumq; aromatizationis gratiâ ad hiberi consueverunt, atq; demum circa finem decoctionis injiciuntur, vt semel atq; iterum in decocto saltem ebulliant. Sæpè etiam à Prægnatibus herbæ radicibus in formulis præponuntur. Sed hæc levia sunt. Atq; hæc de materia siccæ Qualitate, Quantitate & Præscribendi methodo sufficiant. Iam verò & materia fluida, id est, liquor, qui ad materiam istam decoquendam adhibetur, considerandus venit, cuius itidem tum Qualitatem tum Quantitatem describemus. Est autem liquor hic, varius pro intentione Medici & affectuum varietate. Vt plurimum tamen assumitur aqua communis & simplex, siue sit fontana, siue fluuiialis, siue etiâ, vt quibusdam in locis, pluuiialis. Aqua enim

*Materia  
fluida.  
Qualitas.*

nim ad medicamentorū facultates coctio-  
 ne extrahendas quàm maximè est accom-  
 modata; cum sit insipida, nec ullis alienis  
 qualitatibus imprægnata. Aliquando  
 tamen adhibetur aqua chalybeata, vbi de-  
 obstruendum vel adstringendum. Non-  
 nunquam decoctum hordei simplex, si, vt  
 in biliosis, refrigerandi & humectandi in-  
 tentio. Potest & accipi Hydromel dilu-  
 tum, quando calefacere, incidere, detergere  
 & attenuare est animus. Aqua namq; ob-  
 tundit potentiam calidorum & attenuan-  
 tium, nec ipsorum vim auidè eliquat. Neq;  
 enim, vt Montanus prodidit, aqua, tan-  
 quam communis sit materia omnium qui-  
 bus permiscetur, cum calidis calefacit, &  
 cum frigidis refrigerat; sic nec, si seor-  
 sim diutius coquatur, incalescit; sed frigi-  
 da semper, tametsi forsàn minus, permanet.  
 Vt eontrà illum, rectè monet Fernelius Me-  
 dicus & Philosophus insignis. Quinetiam  
 ferum lactis nō incommode in melancho-  
 licis, scabiosis, & aliis quibusdam affecti-  
 bus feligitur. Rariùs cereuisia in vsum vo-  
 catur. Quidam verò dectionem fieri iu-  
 bent in vino, aut vini & aqua partibus æ-  
 qualibus, quod tamen alij, nec sine causa,  
 approbare nolunt. Cum enim videamus

Lib. 4.  
 meth.  
 med.

etiam leuissimo calore spiritum vini extrahat  
 h; quid fieri putas, intam diuturna elixatione,  
 quæ sæpè vase aperto, igne non medio-  
 criter urgente, perficitur? Hinc certè nil aliud  
 sperandum, quàm spirituum, sine quibus  
 vinum vappa, & sine vita aqua est, omni-  
 modam exhalationem. Vndè rectius  
 mihi illi facere videntur, qui demum sub  
 finem decoctionis aliquid vini vel acetj, vt  
 vis medicamentorum eò, felicius extraha-  
 tur, affundi curant. Neq; etiam aquæ stilla-  
 titiæ ac medicatæ, pro liquore, in quo  
 reliqua decoqui debent, cum vtilitate vsur-  
 pantur: siquidem tam prolixâ coctione  
 omnibus suis, quæ ipsis aliàs satis paræ  
 obtigerunt, viribus exuuntur.

*Quanti-  
 tas.*

Quantitas huius liquoris duplex est. A-  
 lia enim est, quæ ante coctionem assumi-  
 tur, alia verò quæ post eandem jam factam  
 remanet. Priorem quòd attinet, illa rarò à  
 Medicis aliter determinatur, quàm vt ejus  
 quantitatem sufficientem, vel quantum ad  
 coctionem satis præscribant, vbi præfer-  
 tim periti Pharmacopæi copia suppetit.  
 Est namq; ea admodum varia pro rerum  
 decoquendarum differentia: tum ratione  
 qualitatum, tum ratione substantiæ. Hinc  
 arida, solida & densa; vt ligna, cortices,  
 plius

plus liquoris, octuplum videlicet, præter propter requirunt: raris verò ac tenuibus, veluti sunt flores & aromatica, quadruplum liquoris etiam sufficere potest: quæ deniq; medio se habent modo: vt sunt folia, semina, his sextuplum liquoris ferè addidisse satis est: nonnullis autem, quæ nempe multum humoris imbibunt, etiam decuplum vel dodecuplū affundendum. Sic quoq;, quæ valdè amara, acria aut aliàs ingrata, plus liquoris exposcūt, quàm quæ contra se habent. Prout ergò materia decoquenda multum ex his vel illis habet, pro eo etiam liquoris mensura vel augenda vel minuenda. Si igitur Medicus ipse liquoris mensuram definire voluerit, potest id ad hanc propositā proportionē facere: quantitate scilicet vel quadruplā, vel sextuplā, vel octuplā, vel decuplā aut etiam dodecupla ipsum ad decoquenda affundendo. V. G. sint materiæ siccæ Vnc. v i, liquoris quantitas assumenda minima erit ℥ij, maxima ℥vi. vinum circa extremum decoctionis affundi potest, ad vncias aliquot, ℥b. Acetum verò ab vnc. b. ad vnc. ij, i v. Fit etiam non rarò, vt Pharmacopœi, non observantes aliter pondus liquoris, illius tantum affundant, vsq; dum ad trium vel quatuor digi-

digitorum transversorum latitudinem medicamenti superemineat. Decoctione vero peracta non eadem est ratio. Ibi enim Medicis in more positum est, liquoris mensuram per expressum pondus annotare. Estque plerumque tale quod in tres, quatuor, aut quinque doses sufficiat, videlicet ℥ss, ℥ij, ℥jss vel Vnc. xx, raro plus. Quia decoctum, si diutius asseruetur, corrumpitur ac situm contrahit, in primis non clarificatum nec edulcatum. Hyeme enim durat circiter septimanam, vere & autumno per dies quatuor aut quinque, aestate vero & magno solis aestu, sæpe alternis renovandum diebus; hinc in cella vinaria, aut alio loco frigido custodiendum. Materiam quæ decoctionem experitur hactenus explicuimus, videamus jam & illam quæ nullam omnino, aut saltem vnicam vel alteram ebullitionem sustinet, & Apozemati loco condituræ ferè addi solet. Reperio autem hanc duplicem: Aromaticam, & non Aromaticam. Aromatica constat ex varijs aromaticis affectui accommodatis, gustu & odore plerumque gravis, quibus decoctum imprægnatur, ut eo minori cum fastidio ac nausea ab ægro hauriatur, ac simul in omnem corporis habitum salvis viribus se se diffundere possit.

*Materia  
Aromaticæ  
ss.  
Qualitas.*

Sunt,



Sunt autem illa: vel Simplicia, vel Composita. Simplicia, vt cinam. fantal. calam. aromat. radix jreos, nux moschata, caryophylli & similia, atq; horum vnum, vel plura, pro varia curantis Medici intentione, accipiuntur. Composita verò hoc loco dicimus aromata, species illas à Practicis vocatas, ex varijs vt plurimum aromatis inter se mistis constantes, quæ in Officinis paratæ afferuantur: ex quibus maximè seligendæ, quæ gustus & odoris suauitate excellunt, vt sunt species diatr: san: diamarg: trig. diarrhod. Abbat. Aromat. rosat. Gabr: & similes.

Aromatum autem horum, siue jam simplicia, siue composita, species scilicet illas dictas, assumere libeat, siue simplicia quædam compositis commiscere, ipsorum, inquam, pondus vniuersum sit à ℥ij, ad Drach. j, ij, vel etiam Vnc. ℞. vbi nempè ægròs nostros talibus delectari obseruamus. Moschus & ambra si videbitur ad Gr. j, duo vel tria addi possunt. Quando verò humor peccans est in propinquo, quando nullæ pertinaces admodum adsunt obstructions, si ægri caput faciliè odoribus vehementioribus tentatur, si frequentibus laborare distillationibus solet, si mulier hysterica;

rum

Quants.

146.

tum aromata, quæ præfertim odoris sunt impensi, vt ambra & moschus, vel prorsus omittenda, vel certè minori in copia decocto ad jicienda.

Præter hæc autem, ad Apozematis tum conseruationem, tum maximè saporis gratiam, vires etiamnum ipsi uegetiores conciliandas, alia quoq; in eodem dissoluntur: atq; hæc constituunt materiam quam supra non aromaticam vocauimus. In his verò duo docenda, Primum, quæ qualia uè illa sint, secundò, qua quantitate & pondere horum singula Apozemati addi debeant.

*Materia*

*non aro-*

*matica*

*Qualitas.*

Ratione qualitatis alia sunt simplicia, alia Composita. Simplicia, vt saccharum, quod frequenter assumitur, mel colatum & despumatum aliquando, hyeme præfertim, ac ubi thoracis regio pituita mader, aut cerebrum frigore torpet; nonnunquam succi herbarum idonei, vt, boraginis, fumarie, vel aliarum; aut fructuum, vt, granatorum, pomorum, ribium, berberorum, limonum: sæpè & liquores alij: vt uinū, aqua uita, acerum, spiritus vitrioli aut sulphuris. Composita verò, vt mel rosatum colatum, anthosatum, vel, quod uisitatissimum, syrupus aliquis conueniens. Ex his

his verò aliquando vnum tantum Apoze-  
mati additur, sapius verò plura, vt plures  
syrupi, vel succi & syrapi, vel succi & sac-  
charum. Quando succi adhibentur, ple-  
rumq; ipsis jungitur saccharum vel syrup<sup>9</sup>,  
vt Apozema dulcorem inde concipiat. Si  
verò ipsi addatur saccharū, tum omittun-  
tur ferè syrapi, si præsertim etiã succi con-  
currant: quia hæc duō, saccharum vide-  
licet & succi, syruporum partes sustinent:  
cum hi multoties nil aliud sint, quàm succi  
eum saccharo ad justam consistentiam  
cocti.

*Quantitas.*

Ratione verò Quantitatis edulcantium  
ad decoctum ferè additur tertia vel quarta  
pars, plus minusuè, prout decocti liquor  
gratus vel ingratus est. vt si, V. G. deco-  
cti post colaturam remaneat ℥j, dulcan-  
tium sint Vnc. iij, aut iv. Ita vt horum, in  
singulas doses Drach. vi, Vnc. j vel Vnc.  
j ℥, accedant. Illud tamen notandum, in  
liquoribus validioribus, vt succo limonum  
aceto, aqua vitæ, dissolvendis, Vnc. j, vel  
duas non esse transcendendas. Spiritus Vi-  
rrioli, sulphuris, aut salis ad gutt. aliquot,  
vel quantum satis, vt decocto gratum con-  
ciliant acorem, ad misceri possunt. Saccha-  
ri dosis non semper exprimitur, si præser-  
tima

tim simul cum eo syrapi præscribantur, sed ipsius tantum adjicitur, quantum sufficit, vt Apozemati dulcorem aliqualem ingenerare possit. Atq; hæcenus generatim omnem Apozematis Alterantis materiam, quæ quidem ipsius compositionem ingredi solet, in suas classes distributam enarrauimus. Quam cum longiori sermone fuerimus profecutj, eandem breuiter hoc schematismo inclusam iterum, lectori proponimus.



¶ Apo-

Primarius  
Calceolaria, R. ...  
Hymenoclea, ...

Secundaria  
Reticularia, ...  
Aperita, ...  
Atrichia, ...  
Laxaria, ...  
Atrichia, ...  
Detritaria, ...

...  
...  
...

Tortuosa  
...  
...  
...

Tortuosa  
...  
...  
...


Ablantia  
...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

...  
...  
...

vin



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher but appears to contain names and possibly dates or locations.

Handwritten text on the right side of the page, possibly a marginal note or a separate entry.





ATA-  
 ecclia  
 odms.

Verabili-  
 enspatrum  
 notanda

animalibus  
 de heram  
 operanda  
 lura

fio-

Quibus: et sine  
 Folis, Semina  
 Flores, Gum  
 Kallig, Cort, Daria  
 ptecllanaw  
 florey ad Mi. yr n.  
 semina ad Dactyl. Vn  
 Mlares: Min  
 ad P. Vn  
 Quis. fructus  
 Minor. ad V  
 plura.  
 Flores: ad P. Vn  
 Gum de succi coner  
 Oll  
 Quibus: et sine  
 Cornu, vel  
 Quibus: et sine  
 Dactyl. Vn  
 Quibus: et sine  
 Dactyl. Vn  
 Quibus: et sine  
 Dactyl. Vn

NON-  
 nunquam enim antequam decoctio insti-  
 tuatur, quedam simplicia, prius in aceto,  
 vino, velliquire ipso, in quo decoctio fieri  
 debet,

D

Apozematis  
alterantis  
materia alia

Coquitur;  
estq; vel

Sicca: defu-  
mitur vel à

Vegetabili-  
bus: quorum  
notanda:

Qualitas: & sunt  
vel

Radices, Cortices, Ligna,  
Folia, Semina, Fructus,  
Flores, Gúmi, Succí cōcreti.

Rad. Lig. Cort. à Drach. ij. ad Vnc. j. ij. v. i.  
prescribuntur.

Herbæ; ad Mj. vi. xii.

Semina: ad Drach. ij. Vnc. ß. vel Vnc. ij.

Maiores: Num. j. ij. iij. & c. vel  
ad Par. ij. vi. viii.

Quãti-  
tas; vt;

Fructus  
ijq;

Minores: ad Vnc. ß. Vnc. ij. vel  
plures.

Flores: ad Pij, vi. viii. x.

Gúmi & Succí concreti ad Vnc. ß. ij.

Animalibus:  
& horum  
obseruanda  
tum.

Qualitas: & sunt

Offa  
Cornua, vel aliæ partes.

Quantitas est Drach. j. Vnc. ß. vel ij.

Aqua communis, Decoctū hordei, Hydromel;

Serum lactis, vel similis liquor.

Ante cōctionem ℞ ij. iij. iv. v. vi. vel q. s.

Fluida: vt li-  
quor in quo  
materia præ-  
cedēs deco-  
quenda: eius  
notanda.

Qualitas: est  
enim vel

Quantitas:  
& hæc du-  
plex est.

Post decoctionem ℞ j. ß. Vnc. xx.

Simplicia: vt, cinam. santal. lig. aloës & c.

Aromatica:  
cuius notā-  
da

Qualitas  
suntq; vel a-  
romata.

Composita: vt, Species Arom. rosat. diatr.  
Santal. & c.

Quantitas est à Drach. j. ad ij. Vnc. ß.

Simplex ea-  
que vel

Sicca: vt, Saccharum.  
Liquida: vt, mel, succus, vel liquor  
alius.

Qualitatis:  
est vel

Composita: vt Syrupus, aut si ex antecedenti-  
bus plura assumantur.

Nō aroma-  
tica: & hæc  
ratione

Quantitatis: ab Vnc. j. ascendit ad Vnc. iv. v. vi.





Quæ, qualis quantaq; ad Apozematis Alterantis compositionem requiratur materia, hucusq; satis Videamus jam etiam, quæ ratio sit, hanc materiam præparandi, vt inde Apozema, secundum artis Pharmaceuticæ leges ritè confectum, exurgat. Hoc enim alterû erat membrum, quod in compositione Decocti alterantis, scitu necessarium duximus. Absoluitur autem hæc præparatio quinq; capitibus: Coctione, Aromatisatione, Colatione, Clarificatione ac Dulcoratione. Et quanquam hæc potius curam pharmacopœi quàm Medici spectare videantur, non inutile tamen est, imò maxime necessarium & Medicum hæc nosse. Vt si quando medicamenta, quæ tali opus habet præparatione, præscripserit, & Pharmacopœium, in artis suæ operibus, nactus sit minus exercitatum, de illis ipsum admonere possit.

*Præparandi decocti methodus.*

In decoctione, quantû quidem ad præfens facit negotium, ad diuersa respiciendum: quæ ipsam videlicet coctionem antecedere debeant, & quæ in ipsa coctionis administratione obseruanda sint. Nonnunquam enim antequam decoctio instituat, quædam simplicia, prius in aceto, vino, velliquire ipso, in quo decoctio fieri

*De coctione.*

D                      debet,

debet, macerantur, vt fit in ijs plærumq; quæ solidioris sunt substantiæ & ad partes longius diffitas vires traicere debent: quales sunt radices, in primis aperientes dictæ, ligna & cortices sudoriferi. Non possum non illos hîc insimulare erroris, qui liquorem, in quo infusio facta, abijciunt, & simplicia viribus penè exuta solummodò ad decoctionem adhibent. Sed hoc extrarem, quanquam non sine re. In decoctione verò ipsa tria notanda. Primum, quo ordine simplicia sint decoquenda, secundò, quo in vase coctio fieri debeat, & tertio, ad quam liquoris consumptionem. Ad primum breuibus respondemus, eo ordine esse decoquenda simplicia, quæ in ipsis præscribendis, suprâ diximus obseruandum. Vt videlicet dura, solida & inodora præponantur iis, quæ contrario se habent modo.

Coctio verò perfici debet in vasis terreis vitreatis, aut vitreis, aut æneis, aut æreis stanno obductis, aut stanneis. Et si eorum, quæ coquuntur, vis coctione facilè euanescere & dissipari potest, non consultum est ea vase aperto ad ignem patentem coquere; sed rectiùs, in diplomate seu vase duplici, vt appellant, vase clauso qualicunq; in cacabum aqua calente plenum, seu B. M. impo-

imposito, coctio tum instituitur. Ita enim nihil virium amittitur. Interdum tamen quædam etiam sine operculo coquimus; si quæ scilicet tetri sunt odoris, quem expirare volumus.

Sic prout medicamenta decoquenda exposcunt, Medici scopus requirit, & plus minusuè liquoris affusû fuerit, coctio magis vel minus diu continuatur. Aliquando enim quarta, aut tertia saltè liquoris pars coctiõe absumitur; non raro autè ipsa etiam medietas: & interdum ad duarum partium euanescetiã: ita vt tertia tantum liquoris portio superstes remaneat decoctio instituitur. Quorû namq; virtus facilè euanescit, breviori tempore coquenda; quorû minus, longiori. Sic facultas quæ in tenui atq; dissipabili est substãtia, vt penetratio, extenuatio, apertio, resolutio, coctione paucâ euocatur; multâ disperditur: quæ verò in crassiori est materia, vt absterio, adstrictio, repressio, incrassatio, non nisi elixatione pleniore educi potest. Prout igitur in hunc vel illum Apozema paratur vsûm, pro eo etiã magis vel minus diuturna coctio suscipienda. Hæc interim imota constansq; coctionis lex sit. Vnûquodq; remedium hacten<sup>9</sup> coquendum dū vim omnè exuat, ac in liquorè deponat.

D 2

Atq;

*De aro-  
matifia-  
tione.*

Atq; hæc de primo præparationis mem-  
bro, nempe Coctione, dicta sint. Sequi-  
tur nunc secundum, Aromatificatio videli-  
cet. Liceat enim mihi, pace delicatiorum,  
artis hoc vocabulo uti. Ipsa autem à variis  
variè perficitur. Alij namq; decoctum vi-  
ribus saltem aromatum imprægnant: alij  
verò aromata ipsi in substantia addunt. Qui  
priori modo procedunt, etiam inter se sunt  
diuersi. Quidam enim sub finem elixatio-  
nis aromata puluerisata & panno raro in-  
clusa in decocti liquore suspendi & crebrò  
exprimi iubent. *Et hæc etiam mihi optima  
videtur ratio.* Quia hoc modo virtus om-  
nis ex aromatib<sup>9</sup> quàm optimè extrahitur,  
neq; inde decoctum spissum ac ingratum  
redditur, uti fit, si aromata in substantia ad-  
dantur. Quidam verò, remoto ab igne de-  
cocto & adhuc feruente, concisa & con-  
tusa crassius aromata injiciunt, & postquam  
benè tecto vase aliquandiu simul steterint,  
decoctum colant. Sunt tertio & alij, qui a-  
romata vnà cum edulcantibus, demù post  
colationem addunt, lento q; igne hæc leui-  
ter simul ebullire sinunt, vsq; dum edulcan-  
tia perfectè cum reliquo, humore fuerint  
permixta, postmodù colaturam instituunt.  
Qui verò aromatu substantiam ipsam cum  
liquore



liquore relinquunt aromata pulverisata de-  
mum addere solent in fine, cum decoctum,  
per colaturam, clarificationem & edulca-  
tionem præcedentem, ritè jam est præpa-  
ratum. Notandum hoc in capite, frustra  
quosdam jubere decocta aromatizari co-  
rallo, ebore aut similibus: cum nullo hæc  
odore itares feriant, aut sapore gustum ef-  
ficant, nisi ob alias id fiat intentiones.

Decoctione & Aromatisatione ritè per-  
actâ, ad colaturam accedendum. Peragi-  
tur autem illa, dum per pannum conue-  
niens, aut Manicam Hippocratis, liquor  
coctus transfunditur, vt simplicium deco-  
ctæ partes & fæces crassiores ab ipso sepa-  
rentur. Fitq; alia cum, alia verò sine expres-  
sione: prout partibus saltem tenuioribus,  
ac decocto magis tenui & claro: vel è con-  
trariò etiam crassioribus & altius recon-  
ditis, ac proindè decocto efficaciore, etsi  
minùs grato, opus habemus. Sed hæc actio,  
cum non magno indigeat artificio, & poti<sup>9</sup>  
ad eum, qui pharmacum præparat, quàm  
Medicum, qui id præscribit, spectet, de ea  
plura hic præcipere non est necessum.

Suprà jam monuimus, Medicos non ad-  
eò morosos esse debere, quin interdum æ-  
gris suis, vbi præsertim id citra incommo-  
dum

D 3

*Decola-  
tione.*

*De clarifi-  
catione.*

dum fieri potest, gratificentur Quod quàm maximè præstant, si medicamenta sua ægroti palato grata reddere studeant. Ob quod etiam in primis sequens hæc actio instituitur. Vbi enim ægri delicati admodum & molles, decoctum clarum & pelucidum in eorum gratiam præparari iubemus, quod clarificationis beneficio consequimur. Quanquam decoctum exindè non parum virium amittat: igitur nec illa semper in compositione Apozematis adhibetur. Obeundi autè Clarificationis modus duplex: vnus *consuetus ac vulgaris*, aliter minus notus, sed magis exquisit<sup>9</sup>. Prior, & qui à plerisq; obseruatur Pharmacopœis, est, quando decocto ebullienti affundunt albumen oui, vt fæces crassiores innatantes albuminis spumæ sese commisceant, quas postea cochleægi auferunt.

Sed circa hanc vulgatâ Apozemata clarificandi rationè, quidam ex Neotericis notant, illam non esse sufficientè, partesq; fæculétas ad eò cum liquore confundi ac misceri, vt albumine oui separari nequeant: ob quas etiam decocta faciliùs corrumpi ajūt, ægrorumq; corpora non parè offendi. Præterquâ quòd magna quoq; virtutis fiat deperditio. In vaporem enim resoluitur, propter longiorem, quam fert in purificando deco-

decoctum, ebullitionem. Ea ergò vt euitetur noxa, quorùdam industria sedulitas laboriosum quidem hunc, sed tamen multò accommodatiorem inuenit modum. Hoc enim decocta puriora, efficaciora, durabiliora magisq; grata ac tuta redduntur. Is autem est, dum, factâ colaturâ per pannum aliquem non nimis rarum, liquor in B.M. tepido, horis 24. digeritur, donec fæces crassæ in fundo subsideant, à quibus, inclinatione vasis, liquor clarus separâdus: idq; etiam alterâ, vel tertiâ vice, si occasio ferat, repetendum; demumq; liquor pellucidus, saccharo, vel aliis dulcantibus, diluendus. Quod etsi operosus videatur, nihil tamen tam laboriosum esse potest, quod non humanæ sanitatis causa suscipiendum.

*De Dulcificatione.*

Vbi Apozema coctum, aromatibus conditum, per colum trajectum, & si opus, à fæcibus per clarificationem repurgatum fuerit, postremò omnium edulcari plerumq; solet. Quod fit, dum materia, superius à nobis non aromatica dicta, additur; quæ quia vt plurimum ex dulcibus, vt, saccharo aut Syrupis, constat, nomine, apud Medicos Practicos vsitato, Dulcorationis scilicet ea actio indigitatur. Interdum vt hæc edulcantia exquisitius cum

D 4      liquo-

liquore decoctionis permisceantur, aut vt eadem omnimodò dissoluantur, si præsertim saccharum fuerit adiectum, ad lentum ignem vna vel altera liquoris ebullitio instituitur. Illud etiam aduertendum, quod Pharmacopœi sæpè saccharo iam addito, cum albo oui decoctū demum clarificant, quod tamen minimè faciendum, sed potius à residentia sejuncto liquore, saccharum vel reliqua dulcantia addenda.

IV.  
Prescri-  
bendi A.  
pozema  
ratio,

Postquam per præcepta & regulas Apozema componendi alterans tradidimus, restat iam, vt per paradigmata apposita formulas ejusdem conscribendas etiam edoceamus. Ex his enim, cum exempla sint quasi regularum animæ, quæ hactenus diximus, omnia multò clariùs elucescent. Cum verò Decocti alterantis differentiæ sint quàm plurimæ, ad aliquas saltè earum species paradigmata afferre commodum videbatur; tum ne tractatus hic in nimis magnam excresceret molem; tum quia ad harum formularum normam, faciliè quiuis, qui se in his exercere voluerit, omnis generis Apozemata alterantia effingere poterit. Primum igitur apposui Apozema alterans, quod qualitatibus primis agit, Refrigerans scilicet; cui subjunxi qualitate secundâ, id est,

est, detergēdo pollens; hoc sequuntur duo alia tertiis qualitibus præstantia: vnum additionis vt Vulnerarium, alterum detractionis, vt Diureticum. Accedit postea certam aliquam partem respiciens v. g. vterum: & aliud humorem, bilem nempe. Deniq; & præparantibus suis attribuitur locus: atq; horum vnum vias obstructas aperit, alterum, melancholiam ad purgationem accommodam reddit.

## PARADIGMATA.

Apozema Simplex alterans  
• refrigerando.

℞ Herb. acetos. lact. end. Ana Mj beton.  
M B sem. quat. frig. maj. Ana Drach. ij ani-  
si Drach. j. Prun. Damas. Num. vi fl. viol.  
Cichor. rosar. borag. Ana Pij F. omnium de-  
coct. in s. q. decocti hordei simpl. de colat. cape  
℔j: in qua dissolve Syr. de succo endiu. ℥j vio-  
larum s. ℥j vini granat. acid. ℥ij f. Apoz.  
clarif. & aromat. cum sp. diatr. santal. Drach.  
j. M. pro quat. dos.

## Apozema detergens.

D 5

℞ Rad-

## 58 FABRICÆ RECEPTARVM

℞ Rad. gramin. apar. ana Vnc. ℞ jreos Drach.  
 ij arist. rot. Drach. j. herb. beton. byssop. card.  
 bened. calamenth. ana Mj sem urtica Drach.  
 ℞ hord. integri P iij fl. hyperici P ij f. decoct. in  
 hydromel. simpl. ℞ ij ad quarta partis consum-  
 ptionem: de colat. fort. expressa ℞ ℞ j ℞. in  
 qua dissolue Syr. de betonica Vnc. iij mell. rosat.  
 col. Vnc. j ℞. Ebulliant iterū parum. & f. Apoz.  
 quod aromat. cum lig. aloes Drach. ℞.

## Apozema vulnerarium.

℞ Virge aurea, sanic. polygonati, plantag.  
 salu. min. puleg. aristol. rot. cent. min. Ana  
 Mj Coquantur in vino & aqua ana Mens. j ℞  
 usq. ad consumptionem duorum digitorum,  
 coletur & utatur mane stomacho jejuno hau-  
 stu vno. VVECKERVS.

## Apozema diureticum.

℞ Passul. maj. rad. alth. ana. Vnc. ℞ vera-  
 nice P. j. Coq. in f. q. aq. Colati ℞ Vnc. iij adde  
 mellis, butyri rec. ana Vnc. ℞. Ioh. Crato.

## Apozema hystericum.

℞ Rad. valer. meu, rub. tinct. ana Vnc. ℞  
 asari

asari, enul. camp. ana Drach.  $\beta$  quinq. rad.  
aperit. in vino albo temperat. ana Vnc. j. fol.  
valer. artemis, matric. borag. bugl. cum rad.  
ana Mjsem. anis. fenic. sesel. ligust. ana Drach.  
j. prun. dulc. passul. enucl. ana Par. x fl. roris-  
mar. sambuc. stœch. salu. ana Pj fl. tricum  
cordial. ana. Pj  $\beta$  f. decoct. ad  $\mathbb{H}$  j Bin colat.  
dissolv. vel Sacch. vel mell anthosat. ana Vnc.  
iij clarif. & aroma. cum sp. diamosch. dulc.  
vel sp. diamb.  $\mathcal{D}$  ij cinam. el. Drach.  $\beta$  vel j.  
Ioan. Schyronius.

## Apozema bilem alterans.

$\mathcal{R}$  Cichor. cum rad. acetos. end. ana Mjsem.  
quat. frig. maj. Vnc. Brad. gram. aspar. ma-  
cer. in aceto ana Drach. iij. f. decoct. ex aqua  
ad  $\mathbb{H}$  j: colat. clara adde Sacch. albi. succi a-  
rant. vel granat. aut Syr. de acedine citri, a-  
na Vnc. iij vel in sine decoctionis adde aceti  
acerrimi, & mell. opt. de sp. ana Vnc. iij f. Apoz.  
quod aroma trahat ex sant. albo  $\mathcal{D}$  ij. Heur-  
nius.

## Apozema præparans corpus meatus aperiendo.

$\mathcal{R}$  Rad. v. aperit. maj. aceto præpar: Ana  
Drach.

## 60 FABRICÆ RECEPTARVM

Drach.ij glycyrrhb. ʒiij herb. beton. agrim. a-  
dianth. pimpinell. Ana Mj sem. anis. foenic.  
Ana ʒiij Passul. mund. Vnc. ʒ fl. beton. salu.  
cichor. Ana Pj f. decoct. in aq. simpl. q. s. sub  
finem decoctionis, adde vini albi ʒʒ. In colat.  
ʒj ʒ, dissolu. Syr. adianth. Fernel de duab.  
rad. Ana Vnc. ij. spirit. vitrioli gutt. vi. M.

2  
Apozema præparans melan-  
choliā in capite.

Rad. bugl. calam. aromat. cyperi Ana  
Vnc. j. herb. beton. lupul. borrag. summit. li-  
ni Ana Mj sem. anisi, melon. Ana Drach. ij  
prunor. dulc. Par. iij fl. genista, sampsuchi, an-  
thos Ana P. j. f. omnium decoct. in melicrat.  
in cuius ʒj ʒ, dissolu. Syr. de beton. de fumar.  
simpl. Ana Vnc. ij Sacch. q. s. f. Apoz. clarif.  
aromat. cum pulu. el. diamosch. dulc. ʒiij,  
Ioan. Varand.

V.  
Vtilitas  
Apoze-  
matis al-  
terantis.

Sed ne quis frustra hæc de Apozemate  
alterante à nobis dicta putet, videamus jam  
quid nobis vtilitatis id afferat. Confert ergò  
primùm, si, aut totum corporis habitum,  
aut certam aliquam partem, v. g. caput,  
ventriculum, jecur, renes, aut similem in-  
tem-



temperies quædam apprehendit, siue illa calida siue frigida, siue humida, siue sicca fit: simplex item siue composita Illas enim emendare, & partem ad pristinam reuocare temperiem potest.

Secundò, apprimè etiã est conueniens, si partem aliquam induratã, emollire: condensatam, rarefacere: obstructam, aperire: laxatam, adstringere & corroborare: vitiosis refertam excrementis, detergere: humorem item crassum attenuare, aut econtrariò tenuem incrassare, volumus.

Conducit quoq; ad vlcera repurganda, carnem regenerandam, vulnere & fistulas conglutinandas: hinc decocta illa, potiones vulnerariæ in specie dictæ: Nec non ad lac & semen, aut generandum, aut imminuendum, vrinas mouendas, arenulas, & calculos exturbandos, menses & sudores prouocandos aut suppressendos.

Imò, si ob infecuturam Apozema alterans instituat purgationem, quàm plurimum id facit ad institutum Oraculorum ab Hippocrate prolatorum. Vbi concocta medicari ac mouere præcipit, non cruda.

Hipp. x.  
aph 22.  
2. Aph. 9.

Item, vt corpora ante purgationem fluida reddantur. Hinc Apozemate humores feruidos ac furentes attemperare ac mites red-

red-

reddere, frigidos calefacere, crassos attenuare, lentos & viscidos detergere possumus: vias item obstructas aperiendo & referando corpus meabile efficere, vt humores inoffenso cursu e corpore extrudi possint. Vnde etiam purgationibus vernabilibus ac autumnalibus non sine fructu præmittitur. Frugifera etiam maximè est hæc medicamenti forma, vtpotè liquida, vbi affectus altiùs delitescunt. Fluida enim vis altè se insinuat ad eorum radices etiam distantes viribus integris penetrans. Item vbi corpus aut affectus siccitate squalidus, madore vult perfundi: vel quando humores crassiores sicciores, vt in obstructionibus melancholicis.

Speciatim verò Apozematis hujus alterantis vsus est in capitis & cerebri dyscrasiâ, dolore, vertigine, epilepsiâ, comate, caro, lethargo, paralyfi, melancholiâ. Item, in oculorum suffusione, visus debilitate, auditus grauitate: nec non in asthma & communi pectoris angustia, ex frigidis, crassis & viscidos in primis humoribus oriundâ. In febribus continuis & intermittentibus, longis ac diuturnis, tertianis, quartanis, ad humores peccantes præparandos, tum etiam in harum febrium declinatione, ad reliquias

quias per vrinas expellendas. In affectibus  
 quinetiam ventriculi: & frequentius mul-  
 to in hepatis, lienis, mesenterij, renum in-  
 temperiebus, obstructionibus & tumori-  
 bus, in cachexia, ictero, renum ardore,  
 stranguria, dysuria, calculo. In vteri sym-  
 ptomatis corrigendis, mensibus vel defi-  
 cientibus, vel abundantibus, vteri proflu-  
 vio albo, ejusdemq; praefocatione. In ar-  
 thritide deniq; scabie, & aliis cutis passio-  
 nibus, curandis. Imò vix medicamenti for-  
 ma alia ad tot tamq; varios corporis affe-  
 ctus æquè accommodata atq; efficax exco-  
 gitari potest. Hinc Paracelsum dixisse fe-  
 runt: Apozemata hominum esse medica-  
 menta, quibus scilicet peccantium humo-  
 rum qualitas contemperatur, mille cru-  
 ciatus sedantur, moris ante diem ferocien-  
 tis impetus eluditur, symptomatum acer-  
 bitas lenitur, partes ad nativam bonitatem  
 & vigorem reducuntur.

Annotat tamen Doctissimus Heurnius,  
 in longis morbis à diuturno Apozematum  
 vsu eliquatâ pituitâ crassa, sæpè fieri hydro-  
 pè. Id ergò vt caveamus labente trahen-  
 teq; se morbo, aliquid troch. absinthij,  
 cappar. de eupat. de rosis sumi jubet.

Medicamentorū quorumlibet effectum,

ROR

Joan. Re-  
 nodaus.  
 insit.  
 Pharm.  
 lib. 5. c. 6.

VI.

Vt eas mo-

des.

non in vi sola ipsius pharmaci, sed potiùs in dextro ejus vsu consistere cuncti Medicinam facientes norunt: cum Herophilus medicamenta manus Deorum esse, si rectè adhibeantur, & nihil esse, si sinistrè vsurpentur, dudum scripserit. Atq; ob id etiam verè Poëta cecinit:

*Ovidius. Temporibus Medicina valet, data  
tempore profunt:  
Et data non apto tempore vana  
nocent.*

Offert ergò sese jam nobis vsus Apozematis alterantis cõueniens tradendus, tanquam postremum in ejusdem tractatione membrum. In quo hæc quatuor consideratione digna: quo modo, qua quantitate, Quoties, & quo tempore Apozemate hoc vtendum sit.

Modum quod spectat, cum Apozema medicamentum sit internum, & quidem potulentum, necesse est vt id hauriamus. Ac vt eò facilius à stomacho retineatur, & in totum corpus vim suam diffundat, moderatè calidum bibi debet: non verò tepidum, ne vomitu rejiciatur, nec etiam frigidum, ne ventriculum offendant.

*Assu-*

Assumuntur autem ejus pro vice vna Vng. iij, iv, v. idq; fit per dies duos, tres, quatuor aut quinque; continuos: atq; solummodò vel semel in die, vel etiam bis.

Tempus verò Apozema hauriendi commodissimum est matutinum, vel etiam vespertinum: duabus aut tribus videlicet ante prandium & cœnam horis, ventriculo tum à ciborum coctione vacante.

*Apozema simplex purgans.*

Atq; hæc de alterante Apozemate dicenda videbantur, ad Purgans nunc transendum; quod catharticâ vi imbutû, humores vitiosos sensum quasi perstringens educere aptum est. De ejus differentiis, cum fatis abundè in superioribus egerimus, eas sicco nunc transimus pede.

I.  
Quid sit?

II.  
Differentiæ.

III.  
Compositio.

Compositionis verò doctrina, duo sub se complectitur: materiam nempe Apozematis huius idoneam, & artificiosum eiusdem præparandi modum. Cum verò hic planè idem sit, qui Apozematis alterantis, de materia saltem Decocti purgantis dicturifumus.

Est autem ea bipartita. Alia namq; ad coctionem adhibetur, alia verò demum co-

E ctione

*Materia* ctiōne absolutâ adiicitur. Illa vel est solida, aut saltem non fluida, vel liquida ac fluida. Prior aut est Purgans, aut Alterans seu corrigens. Nos, vtraq; harum qualis sit, & quâ ad Apozematis purgantis compositionem copiâ concurrat, breviter enucleabimus. Purgans itaq; constat ex catharticis simplicibus aridis plerumq; & decoqui consuetis, quæ multum inter se sunt diuersa, pro varia scilicet humorum purgandorum idea. V.G. Tamarindi, myrob. citr. rhabarb. (quanquam hoc decoctionem, præsertim diuturniorem, vix sustineat) quando bilis euacuanda: Agaricus carthamus, turbitih, quando pituita exterminanda: Sena, polypodium, helleborus niger, vbi melancholia molestiam creat: radix ieros, esula, Soldanella &c. ubi serosi humores superabundant. Atq; ex his & aliis similibus, vnius vel etiam alterius classis, plura pauciora, assumuntur, prout vnum vel plures simul humores purgare est consilium.

*Corrigens.* Solent autem communiter cum modò dictis & alia quædam simul decoqui, vel certè si sint aromatica & partium tenuium, coctione ferè absolutâ demum adici, ne scilicet efficacia eorum, in subtili partium tenuitate

tenuitate consistens expiret. Idq; ob id, ut  
 vel nocumenta, quæ ex catharticoꝝ v-  
 su Naturæ euenire possent prohibeant, vel  
 vitia eorundem. si quæ ipsis insunt, corri-  
 gant; vel vim in purgando, sequirem ad  
 actum magis celerem extimulent; vel ni-  
 mis citam ac efferam refrenent; vel deniq;  
 ut eadē ad locum affectum deducant. Hinc  
 fenæ, ob termina quæ concitate solet, ani-  
 sum adijcitur. Tammarindis, propter vim  
 ipsorum frigidam, quâ ventriculo debili &  
 refrigerato nocent, additur cassia lignea,  
 macis. Agarico, ne ventriculum lædat,  
 frequentius utimur trochiscato, vel simpli-  
 ci conjungimus caryophyllos, nuc. mos-  
 chatam; aut ut idem facilius educat, sal-  
 gemmæ siue zingiber. Sic hellebori in pur-  
 gando feritas atq; immanitas castigatur  
 juncta mastiche. Nec non rhabarbarū citius  
 per venas spargitur, feliciusq; multò jecur  
 purgat, si ipsi spica Indica, cinam. aut schœ-  
 nanthus commisceatur. Atq; eodem e-  
 tiam serēs habet modo in reliquis. Neq;  
 enim nostrum est institutum de medicinis  
 purgantibus, & earundem corrigentibus,  
 ex professo tractationē hîc instituere, cum  
 id aliàs, DEO annuente, commodius &  
 plenius forsitan perficiemus.

QUANTI-  
TAS PUR-  
GANTU.

Accipienda autem medicamenta cathartica eâ quantitate, quâ, in tot doses ad purgandum, sufficere possint, in quot Apozema fuerit præscriptum: siue jam sint tres, siue quatuor, siue plures; modò decocto nulla alia purgantia post coctionem addantur. Hoc enim si fieri velis, tantum purgantibus decoquēdis demendum, quantum decocto facultatis catharticae ab his accedit. Quia verò medicamentis catharticis, per decoctionem multum virium decedere solet, vel quia non parum inter coquendum de virtute eorundem cathartica in auras abit, vel quia non omnis coctione satis extrahitur, in majori certè ea quantitate præscribenda veniunt. Et quidem horum validiora pondere duplo, ac dantur in substantia: triplo verò vel etiam quadruplo mediocria & minus vehementia. E. G. Sit agarici dosis in substantia Drach. j, is ergò in decocto ad Drach. ij, iij, Vnc. ß præscribi debet. Sic helleborus ad Drach. ß in substantia sumptus si purget, idem ad Drachmam integram decoctus præstabit, ac proinde si in quatuor doses Apozema ordinaueris, agaricus assumendus erit ad Vnc. j, j ß, vel Vnc. iij helleborus verò ad Vnc. ß. Ab hac tamen regula excludun-



cluduntur quæ mollia & viscida sunt, vt tamarindi. Et si enim hi decoqui deberent ad Vnc. viii. proportione scilicet quadruplâ, quia dantur in substantia ad Vnc. ij, tamen in decocto etiam dosis hæc vix transcenditur, imò ad illam rarissimè ascēditur

In majori enim quantitate ac copiâ decocto additi tamarindi illud admodum crassum & ingratum redderent. Sic etiam Myrobalani, propter earum adstrictionem, ultra Vnc. s̄ vel Drach. vi in vnum decoctum vix præscribuntur, etsi hac quantitate non purgent. Ob id etiam has potius infundendas, quàm decoquendas authores consulunt. Notandum & hoc, si plura ac varia, vti plerumque fit, ad vnum decoctum assumantur purgantia, leuiorum doses duas aut tres, ad fortiorum dosin vnâ ferè adijci debere. Atq; hæc in genere de medicamentorum purgantium dosibus dicta sint.

Nolumus enim in specie in his recensendis esse prolixiores, siquidem Medicus, qui curam ægrorum suscipit, iam ante ad amussim eas tenere debeat.

Post purgantia plerumq; subjiciuntur in formulis corrigentia, atq; horum pondus à Drach. ij, ascendit ferè ad Vnc. s̄, vel

E 3 etiam

*Corrigentia.*

etiam vltra Atq; hæc materiæ aromaticæ vicem supplent.

*Materia  
fluida*

*Quantitas*

Liquor autem, in quo materia hæc purgans & corrigens decoquenda, idem est, ratione qualitatis, cum eo qui supra in Apozemate alterante est descriptus, aqua simplex videlicet, serum lactis, aut hydro-mel tenue atq; dilutum &c. Quantitate verò aliquantum est minor. Quia materiæ solidæ, quæ hic decoquitur, rarò tanta est moles ac in Apozemate alterate. Proindè etiã post decoctionè  $\text{ss}$ , vel  $\text{ss}$  j liquor rarò pondere superat. Ante coctionem verò ejus mensura vt plurimum indefinita relinquitur.

*Materia  
que non  
coquitur.  
Qualitas.*

Hocce etiam in liquore, post elixationem & colaturam institutam, materia quædam, quæ non coquitur, frequenter admodum dissolvitur. Estq; ea, vel alterans, vel purgans. Per alterantem intelligenda est ea, quam supra in præcedenti Apozemate non aromaticam vocauimus. De illa igitur pluribus hic agere superfedemus, ne nobis tædiosum tautologiæ vitiû imputetur. Purgans verò, quæ Apozemati solùm additur, si eius liquor non satis fuerit catharëticus, est multiplex. Alia namq; Simplex, alia est verò Composita. Simplex, eaq; vel mollis,  
vt man-

vt manna, cassia, (quanquam hæc rariùs in Apozemate dissoluatur;) extractum aliquod simplex, veluti rhabarbar. agar. aut aliud simile vel aridæ, vt puluis aliquis simplex, rhab. agar. turbith, helleb. &c. Composita: atq; hæc est vel substantiæ fluidæ, vt, Syrupi purgantes, rosarum, v. g. rhabarbari, diascoreos &c. vel mollis; vt, electuaria officinalia, catholicum, diaphœnicũ, diaprunis: aut extracta composita, catholicum, enicopharmacum &c. vel solidæ; atq; vel cohærentis, vt sunt tabellæ officinales purgantes; vel dissipatæ, quales sunt pulueres purgantes in officinis asseruati.

Atq; ex his sumuntur aut solummodò fluida, aut simul & mollia, aut etiam solida.

Quanquam hæc posteriora, parciore manu in Apozemate dissoluenda sint, ne decoctũ inde spissum ~~si~~ euadat. *nimis. Quantitas*

Quantitas autem horum purgantium vix describi potest. Nam prout decocti liquor plus minusuè catharticus fuerit, pro ~~quantitate~~ cathartica hæc in maiori vel minori copia ipsi addenda. V. G. Si decoctum velis quater assumi, & liquor coctus saltè contineat doses purgantes tres, dissoluenda hæc eâ quãtitate admisceri debent, *-eo.*

E 4 quã

72 FABRICÆ RECEPTARVM

quâ vnam dosin integram constituunt. Si decoctum post dissolutionem horum purgantium demum clarificatur, quia cum aliquid de ipsorum substantia subtrahitur, quantitate paulò majore, id est, dimidiâ ferè parte aucta, quàm si sine clarificatione adhiberetur Apozema, adijcienda. Vniuersam verò hanc materiam hoc typo adumbramus.

⚙(o)⚙



⚙ Apo-

IV.  
Prescri-  
bendi mo-  
dus.

V.  
Vtilitas.

1  
1  
Cicero ad Ciceronem non ponunt, nec in eorum, ubi  
virium defectum, ægro validiora pharmaca  
exhibere potestas datur. Monet tamen ce-

E 5

Meth. ad  
prax: n  
lib. 1.

esse

Apozematis  
purgantis ma-  
teria alia.

Coquitur:  
estq<sub>2</sub> duplex.

Non fluida:  
huius notan-  
da

Quali-  
tas: alia } Purgans.  
Corrigens

Quanti-  
tas: } Purgantis: sit tanta quanta  
ad purgandum conuenienter  
sufficit.  
Corrigentis: est Drachj. vel  
ij. aut Vnc. 8.

Fluida: atq<sub>2</sub> in hac  
quoq<sub>2</sub> obseruanda..

Qualitas: estq<sub>2</sub> eadem qua  
Apozematis alterantis.  
Ante coctione: q.s.  
Quanti-  
tas: alia } Post coctione: ʒss. ʒij.

Non coqui-  
tur: alia

Alterans: eadem qua in Apoze-  
mate alterante di-  
cta.

Simplex: } Mollis: vt. manna,  
extractum aliquod.  
eaq<sub>2</sub> vel } simplex  
Arida: vt. puluis  
aliquis simplex ca-  
rharcticus.

Quali-  
tas: Alia  
enim

Fluida: vt. Syrupi  
purgantes  
Mollis: vt. elect. of-  
fic. liquida, & ex-  
tracta composita.

Composi-  
ta: estq<sub>2</sub>  
vel } Coharentis:  
vt. tabella  
Solida: purgantes.  
atq<sub>2</sub> vel } Dissipata:  
substa- vt. pulue-  
tia. res purgan-  
tes.

Purgans:  
huius no-  
tanda:

Quantitas: qua satis sit ad purgandum.



quã unam de sin integ

d  
8  
9  
9  
r

Ⓛ Apo-



## PARADIGMA.

Hoc autem modo Apozema purgans simplex præscribi solet. *R.* Hermodactyl. turpethi Ana Drach. j, polypodij, follicul. sena Ana Drach. ij zingib. mastich. Ana ꝑci-  
*nam. sem. dauci Ana ꝑB: Concisa minutim*  
*coquantur in lib. j ꝑ aqua. tantisper dum ter-*  
*tia pars absumatur. Postea colo transfun-*  
*dantur, & fiat potio. De hoc purgatorio de-*  
*cocto, diluculo dantur vnâ vice Vnc. iij. Qui-*  
*dam in singulas doses addunt, Syr. ros. lax.*  
*Vnc. j, Fuchsius.*

IV.

Præscri-  
bendi mo-  
dus.

Vtile est Apozema purgans in primis in morborum *αποφύλαξι*, ad eos præcauendos, dum ipsis sensim fomitem idoneum quasi subtrahit, item in morborum declinatione, dum conualescentium corpora à morbi reliquiis liberat. Felicissimum quinetiam est remedium, in malis chronicis & contumacibus, quæ fouent humores crassi, lenti, viscidi & ad purgandum difficiles, vt sunt melancholici & pituitosi, qui vnâ vice facile eradicari non possunt, nec interim, ob virium defectum, ægro validiora pharmaca exhibere potestas datur. Monet tamen ce-

V.  
Vtilitas.

E 5

esse

Metb. ad  
prax. n  
lib. i.

esse perpetuandum Apozematum purgantium vsum per febres, quod vires enervent.

*Vt.  
vendi  
modus,*

Apozematis huius vsus, ab Alterantis vtendi modo, parum, aut nihil omninò variat. Calidum enim etiam hoc Apozema haurimus, vt illud; Vnc. iij, iv, aut v, illius, pro vice vna assumentes, per dies tres, quatuor, aut quinq; continuos, prout opus videbitur; sed semel tantum de die; tempore scilicet matutino, quatuor vel quinq; ante prandium horis.

### *Apozema Compositum.*

*1.  
Quid sit.*

De Apozemate simplici, atq; tum Alterante, tum Purgante haecenus diximus: paucis nunc iam etiam de composito, quod corpus & humores ægri ad purgationem idoneos reddit, simulq; eosdem e corpore expellit, transigendum restat. Siquidem pleraq; quæ de hoc Apozemate monenda occurrunt, ex suprâ dictis iam patet. Quamquam hæc decocti species frequentius reliquis duabus in vsum vocetur, præsertim, quod Apozema purgans attinet. Siquidem rarò admodum Medici Apozema catharticum præscribunt, vbi non & alia alteran-

*cia,*

ria, præter corrigentia, aluum laxantibus  
conjugant.

Et ut à differentiis incipiamus, sunt illæ  
huic Apozemati cum præcedentibus com-  
munes Hinc aliud agit qualitatibus primis,  
aliud secundis, aliud tertiis: aliud respicit  
caput, aliud hepar, aliud vterum &c. aliud  
omnes humores purgat, aliud tantummo-  
dò bilem, vel pituitam. Et sic deinceps.

Conficitur autè hoc Apozema compo-  
sitū simul ex Alterantibus & Purgantib<sup>9</sup>. Al-  
terantia tum ratione qualitatis, tum quan-  
titaris eadè sunt cum Apozemate alterante:  
Purgantia verò cum purgante. Cathartica  
verò hæc in Apozematis huius formula ple-  
rumq; post semina vel fructus, ante flores  
poni solent, quibus aromatica & correcti-  
ua immediatè annectitur. Sed parum inter-  
est, etsi ordo hîc non adèdè exquisitè obser-  
uetur. Neq; liquor alius ad elixationem, ac  
in Apozemate alterante est descriptus, hîc  
assumitur, quod etiam de ejus quantitate  
intellectum volo.

Materia autem, quæ nullam experitur  
coctionem, est etiam, ut in Apozemate pur-  
gante simplici, vel Alterans, vel Purgans. Al-  
terantis supra in Apozemate non purgante  
meminimus, nec non & Purgantis in ca-  
thartico.

Ex

II.

Differen-  
tia.

III.

Composi-  
tio.

Ex his autem vocantur vel solum alterantia in vsum, eaq; quando decocti liquor satis virium ad ritè purgandum habet; vel solum purgantia, vel vnà cum his & alterantia, & hæc, quando decocti vim purgatricem intendere cupimus. Alterantia si sola decocto addantur, id fit eadem, qua in Apozemate alterante quantitate: si verò simul & purgantia, in primis Syrupi purgantes, tum alterantium moles aliquo modo potest imminui, prout plus minusuè decocto ex purgantibus accesserit; ne nimis magna decocti copia in vnam vicem assumenda veniat. Purgantium verò dosis vt sit limitanda, in purgante diximus Apozemate.

IV.  
Præscri-  
bendi  
modus.

Præscribendi Apozema compositum norma, ex his formulis manifesta fiet.

## PARADIGMATA.

℞ Rad. lapathi acuti. cichor. Ana Vnc. ℞.  
glycyrrh. Vnc. j herb. fumar. Mij lupul end. ce-  
terach Ana Mj sem. quat. frig. maj. Ana  
ʒj min. ana ʒj polypō. querni. paß. Ana Drach.  
vi epith. Drach. x fol. sene Vnc. iij coq. in ℔iij  
seri lactis caprini ad medietatem. Colatura  
dulco-

dulcoretur cum Saccharo & aromatizetur  
cum ꝑ. diarrhod. abb. Drach. j. In scabie.  
Sennertus.

## Aliud mixtos educens hu- mores.

℞ Passul. Unc. ʒ galang. incise Drach. j fl.  
borag. viol. Ana Drach. j sene Drach. vi Ho-  
rum decoctio & infusio stet per noctem, & ma-  
ne rursus ebulliat, & fortiter exprimatur:  
Post ℞ Expressi Vnc. iiii Syr. ros. lax. manne  
Ana Vnc. j Syr. conseruat. zingib. Drach. j aq.  
cinam. cochl. j M. f. potus. Crato sin quatuor  
doses volueris sufficere, omnia proportione  
quadrupla assumenda.

De vtilitate huius Apozematis in specie  
vix quid afferri potest. Ejus enim vsus ma-  
ximè, vbi simul præparare & vnâ eademq;  
operâ purgare libet: in purgationibus ver-  
nalibus & autumnalibus, morbis diurnis  
& curatu difficilibus, pertinacibus lienis,  
jecoris, mesenterij & aliorum viscerum ob-  
structionibus, aliisq; in casibus similibus,  
quorum in Apozematetum alterante tum  
purgante abundè fati facta est mentio. V-  
tendi modus huj<sup>9</sup> Apozematis, planè idem  
est, qui proximè antecedentis.

OBSER-

v.  
Vtilitas.

OBSERVATIONES.

Occurrunt jam quadam scitu non inutilia de Apozemate adhuc dicenda, quæ ne continuum orationis filum interrumpatur, ad hunc usq; locum reservare libuit. Sed ut & hac sua constant methodo, primùm quæ in genere de omni Apozemate dici possunt afferemus, post quæ de quolibet in specie. Atq; ea quæ nomen, definitionem aut differentias spectant, ordine antecedent ea, quæ compositionem, præscribendi modum aut reliquas posteriora attingunt.

Primò autem, ut hinc, unde promissimus exordium suum nostra ducat oratio, cum supra rationem nominis dedimus  $\text{Αποζυμα}$  à verbo  $\text{αποζω}$  derivari diximus, nec id sine ratione. Ioannes enim Renodæus Medicus Parisiensis Regius, in suo Dispensatorio, illud à verbo  $\text{αποζωω}$  deductum vult, quod tamen non, ut ille ibidem ait, feruefacio, decoquo significat, sed disjūgo, abjūgo. Nisi forsitan error typographicus illic subrepsit, quem tamen in recentioribus editionibus non fuisse correctum miror.

Omnia ingrata & horrenda admodum, vel gustu, vel odore in decoctis, aut sunt omittenda, aut parciore dose, respectu reliquorum, addenda. Hinc flores stachados

Insist.  
Pharm.  
Cb. 5. c. 7.

dos & camomille rarius ad decocta adhibentur, cum oleosa quadam substantia constant, & va poroso spiritu ingratum reddant. *Apozema.*

In decoctis etiam hysteriis, à dulcibus nimis & odoratis abstinendum, ne uteri suffocatio causetur.

Quodcumq; decoctum, annotatore Rondetio, paratur ex radicibus, herbis, fructibusq; recentibus & humidis, quedam ex carminatiuis simul recipere debet, ut semen fœnic. amisi, vel alia.

Notandum & istud. Etsi interdum, ob varios scopos simul concurrentes, utile sit, pro vno Apozemate plura medicamenta simplicia, tum ex radicibus, tum foliorum tum seminum, tum aliarum etiam partium ordine, decoqui: tamen ne, quod multi faciunt, modum in his excedamus diligenter cauendum. Plurimos enim reperire licet, qui muneri suo satisfecisse se non putant; nisi omnia sua Apozemata, ex singulis vegetabilium partibus aliquid recipiant, & theriacalem quasi molem præ se ferant: cum interim vna, vel altera herba, aut radix, idem præstare potuisset. Accedit & hoc: quod tot rerum confusione & coaceruatione decocta illa nauseabunda atq; insuauia reddantur; ob quod etiam postmodum ventriculum subuertunt, appetitum dericiunt.

atq; hinc sæpè plus damni quàm commodi adferunt. Sed hæc etiam libro priori innuimus.

Si hyeme decoctum ordinaueris, quia tum temporis simplicia sunt arida & proinde efficaciora, si præsertim calefacere, siccare, adstringere, aut alios similes effectus præstare debeant, paulo minori dosi præscribenda sunt, quàm estate & vere, ubi sunt succulenta, & multum tum humiditatis alimentalis in se habent.

Ob id etiam Clarissimus eruditione, multijugæ rerum obseruatione & usu Medicus, Doctor Ioan. Heurnius, vult Apozemata, quæ facultatem refrigerandi, humectandi, emolliendi ac laxandi habent, estate præscribi debere, quâdo herbe habentur recentes; quod hæ facultates, in solis virentib; & liquore madentib; inueniantur. Neg, enim arida plátago refrigerat, nec siccata malua liquido humectat. Verum calida vi prædita, siccantia, attenuantia, adstringentia, detergentia sæpè ariditate acuuntur, exhausta vi aquosâ ac crudiore. Hactenus ille. Sed theorema hoc, uti ex parte veritati consentaneum, sic ex toto non videtur concedendum. Nam etsi & nos non negemus, vim humectandi, emolliendi, laxandi, abstractâ illâ ætuali humiditate, non parum in herbis esse imminutam:

tametsi



tamen easdem planè abilitas minus probabile existimamus. Inprimis verò quod de plantagine refert, durum dictu. Cum enim non omnis que plantagini inest refrigerandi facultas, ab humore illo alimentali, qui temporis successu in auras abit, dependeat; sed etiam à partibus ipsis, quas à prima generatione accepit; quasq; etiam in sicca plantagine invenire licet: sequitur, quemadmodum nec omnes partes frigida, in sicca plantagine sunt absumpta, ita nec earum qualitates esse sublatas. Et ut in vino humiditas actualis calori nihil quicquam detrahit: Sic nec in plantagine, & reliquis medicamentis similibus, frigus siccitate obtunditur. Contrariorum enim eadem est ratio. Hinc etiam nasturtium recens & humore madidum calefacit, quamquam minus, quam si est aridum ac siccum. Quid, quod omnia medicamenta, potestate tantum, non actu, talia, quæ alia esse dicuntur, sint? Imò omnis doctrina, de medicamentis humidis & simul frigidis concideret. Deniq; hoc si verum, quid opus tot plantas, tot radices, tot semina ac flores siccos, qui refrigerandi causâ adhibentur, in Officinis asservare?

Lenta, viscida, & que mucorem de se præbent, ut rad. bugl. sem. quat. frig. maj. alth.

F

malu

malv. lini, fenug. psyllij, cydon: carica, gummi tragacanth: Arab. quia decoctum admodum crassum, mucosum & ingratum reddunt, in minori quantitate assumi debent, aut circa finem decoctionis addi, aut certe panno lineo raro inclusa, in decocto suspendi.

Cum Apozema pro herbarū tenuiore decocto usurpetur, & consistentiā debeat esse, Syr: minus crassum sobrie cauendum, ne nimia quantitate ipsi qua crassioris sunt substantia, vel incoquantur, vel in eodē dissoluantur, praesertim electuaria purgatiua. Vocare enim Apozema decoctum quoddam nigricans, valde ingratiū, & multa fenna laxatiuum, in quo crassioris cuiusdam electuarii, vt, catholici, vel lenitiui Vnc. ꝑ. dissoluta fuerit, absurdum est. Hinc non inutile est, si decoctum, in quo electuarium diligenter dissolutum est, iterum coletur, ac praeterea etiam clarificetur. Ita enim crassiores partes separantur, & decoctum clarius redditur. Sic cassia etiamsi in Apozemate purgante ad Vncias aliquot, ob ipsius in purgando debilitatem, posset dissolui, tamen ne illud incrasset, & ingratiū reddat, satis est, ad ꝑ. ꝑ. vel ꝑ. illam addidisse.

Manna quando decocto cathartico admiscetur, debet id iterum colari. Quia ipsa sordet interdum quasdam secum habet, vel alie-

nis admistis est adulterata, quæ hac ratione ipsi adimuntur.

-Apozemata laxatiua, valde aperientia, vrinæ vel sudores vehementer mouentia, ad suam compositionem recipere non debent, nisi in paucâ quantitate; vt actum medicamenti purgantis iuuent, non autem contrario motu facto impediunt.

Licet decocta hæc, ad ea quæ pollicentur, efficacissima comperiantur, hodie tamen ferè à Medicis nostratibus negliguntur, quod multis aliis medicamentorum formis experientiâ etiam probatissimis accidit. Forsan quod ægrorum palato, plus iusto indulgeamus, & placere potius, quam curare studeamus. Aliubi tamen locorum, vbi maior fortè Medicorum authoritas, & ægri magis obedientes se præstant, vt etiam Monspelij obseruauimus, in suis frequenti adhuc sunt usu. Apud nos verò in Apozematis purgantis locum, successit vinum Medicatum purgans. Loco autem Alterantis, nostri ferè vtuntur Iulepo. Virum verò hic eadem efficiâ & utilitate ægrotis exhibeatur, alij iudicent.

In specie autem Fuchsius noster, vir de re Medica, ob plurima sua scripta, optimè meritus, reprehendit decocta composita, quæ scilicet

fieri enim nõ posse

F 2

scribit;

In libello  
de Comp.  
medic.

scribit, ut eodem tempore humores coquantur & simul educantur. Sed cur id fieri non possit, quod veniã tanti viri dictum volo, non video.

Pituitam enim, quod sit dictum gratiã exempli, ut potè humorem frigidum, crassum & viscidum purgare sit consilium: hïc, si in decocto, catharëticis simul jungo calefacientia, attenuantia, incidentia; an non purgatio multò felicitiùs procedet? an non humorem noxium eò faciliùs decoctum educet? Et si preparantia commodè purgantib<sup>9</sup> premittuntur, in Apozemate certè non raro quàm optimè invicem miscentur: cum Apozemate diebus aliquot continuis exhibeantur. Nam prior dosis, posteriori est loco potius preparantis. Hinc fit, ut, quod prima vice non eduxerint Apozemata, alterà vel tertiã vice, id extrudat nullo cum negotio. Adde, quod hæc Apozemata composita plerumq; adhibeantur in morbis chronicis, ubi aliæ præparaciones & purgationes sapius jam præmissa fuere. Neq; peritimescendum, ne unũ alterius actionẽ præpediat, ut idem Fuchsius veretur. Cum si mixtio methodo fiat, alterantiã purgantium actionem potius felicitabunt quam remorabuntur, ut ex superiori appposito exemplo cuius patere potest. Proinde etiam vsus apud  
Practi-

Præcticos ferè inualuit, ut *Apozema* compositione plerumq; præscribant.

In *Apozematis* tractatione paulo fuimus copiosiores. Quia multa animaduersione digna in ea sese obtulerunt: ex quibus non pauca ad alias etiam compositiones accommodari possunt. Sed ea omnia in unum quasi locum congerere libuit, ne postea eadem non sine tadio sæpius repetere necesse esset. In reliquis enim medicamentorum formis, ea, quorum facta hic est mentio, breuitati studentes, vel silentio præteribimus, vel lectorem huc relegabimus. Quis igitur hæcenus dicta, diligenter memoriâ tenere debet, quicumq; in reliquis medicamentorum formis, cum fructu versari voluerit.

## C A P V T II.

### De Decocto hordei.

**N**ON est nobis hîc sermo, de potu illo *Quid sit.*  
 crasso simul alimêtofo ac medicamentofo, qui olim Veteribus à modo hordeum parandi, *Ptisana* dicebatur: neq; etiam de *Hordeato* illo Gallis & Italis cõsueto, quod in locum *Ptisanae* substituere solent, cujus

F 3

com-

*Instic.*  
*Pharm.*  
*lib. 5. c. 10.*

compositionem inter ceteros videre licet, apud Ioan. Renodæū. Sed de decocto hordei, quod etiam aliqui ob ipsi<sup>9</sup> tenuitatem, Aquam hordei vocant, quo nostrates loco potus ordinarij, in febribus & aliis morbis vtuntur.

*Descriptio.*

Est autem decoctum hordei medicamentum potulentum, ex hordeo integro in aqua ad crepaturā vsq; decocto, paratū.

Ex hordeo integro) Ad differentiam decocti illius, Hordeati dicti. Ad hujus enim compositionem assumitur hordeum non integrum, sed ab utroq; cortice depilatum.

*II.*  
*Differen-*  
*tia.*

Decocti hujus aliud simplex, aliud verò Compositum. Simplex, quando nihil præter hordeum decoquitur: Compositum, quando hordeo quædā alia etiā adduntur.

### *Decoctum hordei simplex.*

*III.*  
*Composi-*  
*ti.*  
*Materia*  
*Qualitas.*

In simplicis compositione notanda; Materia & simul Præparatio. Materia est duplex: Sicca & Liquida. Sicca est, quæ decoquitur, atq; hîc nil est aliud, præter hordeū integrum, selectum, carnosum, nullius ascititiæ qualitatis particeps, ætate medium, nec corruptum aut corrugatum, vel hu-  
more

more excrementitio adhuc madens, quod fricatur cum panno aspero, vsq; ad excus- sionem tenuiũ corticum, id est, palcarum.

Liquida est aqua fontana vel fluvialis, le- uissima & limpidissima, omnis alieni saporis expers.

Hanc autem proportionẽ Practicorum pleriq; inter hæc duo obseruant, vt videli- cet hordei vna tantũ pars assumatur, ad a- quæ partes viginti. Prout ergò, magnam vel paruam decocti copiam parare libet, pro eo etiam, horum major vel minor quantitas ad clixationem erit adhibenda

Preparatio duobus absoluitur: Infusi- one & Coctione. Debet enim hordeum ante coctiõnem per horas aliquot macerari in aqua, postmodum demum decoqui, in olla noua siue munda, nullo alieno odore imbuta, ad ignem blandum ac clarum, primũ spumam abijciendo: atq; coctio hæc continuetur, vsq; ad tertiæ partis liquoris casum, vel secundum legem com- munem, ad hordei vsq; crepaturam, vel deniq;, quamdiu oua recãtia ad duritiẽ co- qui solent. Quanquã aquæ major minorũ quantitas, & diuersum coquendi spaciũ, non parũ hujus decocti vires imutet. Nã si vulgato hoc hordei decoctũ paretur modo, multũ refrigerat & humectat: si verò minorẽ

F 4 aquæ

aquæ quantitatem excipiat, diutiusq; co-  
quatur, magis nutrit, & efficacius abstergit.  
Quantitas igitur aquæ paululùm imminui  
potest, aut coctio eò diuturnior institui, si  
hos fines propositos habes.

*Decoctum hordei compositum.*

*Materia  
Qualitas.*

Decoctum verò hordei compositum ex  
eadem tum sicca, tum fluida constat mate-  
ria, sed præter illam accipit simul glycyrrhizam rasam & parum contusam, passu-  
las & cinam. & quibus decoctum hordei,  
ob flatulentiam est suspectum, aliquid ex  
status discutientibus, vt, sem. anisi, fœnic.  
adiiciunt.

Possent forsân & alia addi, sed plerumq;  
decoctum exinde ingratum redditur. Non  
inutiliter tamen, vbi magnæ præsertim ad-  
sunt viscerum obstructions, & valida si-  
tis aggrauat, ad maiorem penetrationem,  
vnicuiq; huius decocti haustui, gutta vna  
vel altera spiritus vitrioli, sulphuris, aut sa-  
lis affunditur.

*Quantitas*

Reliquorum pondus tale est. Liquiritia  
accipitur à Drach. ij ad Vnc. ß, vel integram.  
Passulæ ab Vnc. j ad ij: Carminatiua, ad ʒ. ß  
aut j:



aut j; cinam ad drach. j vel duas, pro liquoris  
℥ j ℥ vel ij.

Conficiendi huius decocti modus idem  
est qui prioris. Nisi quod cinam: ante co-  
ctionem non necesse sit infundere, sed suf-  
ficiat, si coctione ferè finitâ, demum inji-  
ciatur.

## PARADIGMA.

*Cum decocto hordei simplici variis utra-  
mur, sed ad minimum ipsi aliquid cinamomi addamus, quo aromaticus & magis gratus ei  
concietur sapor, exempli loco decoctum hor-  
dei compositum, cuius in febribus usus esse po-  
test, solum adducere placuit. Ex hoc enim,  
simplex quomodo prescribi debeat, cuius ma-  
nifestum fiet.*

℞ Hord. integr. sel. & à paleis liberati Vnc.  
j passul. Corinth. Vnc. ij sem. anisi Drach. ℞:  
Infunde in aq. limpidissima ℥ ij, per horas iij,  
post coque in olla munda, vitreata, operculo te-  
ctâ, ad hordei crepaturam: circa finem deco-  
ctionis, adde cinam. acut. in partes minut.  
confracti Drach. j ℞. Cola.

Potus hic medicamentoſus refrigerat,  
humectat, abstergit, deoppilat, lenit: hinc

F 5

in

IV.

Prescri-  
benda ra-  
tio-

V.

Utilitas.

in febris biliosis, & aliis affectibus calidis ac siccis excellens est. Sitim extinguit, linguæ siccitatem, faucium asperitates & pectoris squalorem corrigit, inflammationes pleuræ, ventriculi, hepatis & aliorum viscerum mitigat, eorundemq; obstructiones aperit. In urinae ardore, dysuria ex causa calida, potus est non inutilis. Atq; bilis impetum, tenuitate ac aestu furentem egregie frangit & reprimat. In specie etiam simplex decoctum inseruit Apozemati pro liquore, in quo simplicia decoquantur, ut ibidem monuimus.

*VI.  
Utendi  
modus.*

Cum hoc decocto, siue simplici, siue composito pro potu ordinario, ad sitim fallendam utamur, quæ sit ejus utendi ratio, facile quivis per seipsum intelligere potest. Bibitur enim moderate frigidum, quotiescunq; sitis urget, & morbi cõditio permittit. Et quidem vno haustu plus minusue, prout sitis erit vel vehementior vel remissior.

Ejus quin etiam vsus tam diu continuatur, quam diu morbi ratio id exigit.





## CAPVT III.

## De Hydromelite.

SEquitur decoctum hordei, & aliud positionis genus, quod à materia, ex qua conficitur, nomen, vt & alia multa medicamentorum genera, sortitum, Hydromel vocatur. Veteribus potus fuit celeberrimus, illisq; Melicratū & aliàs Mulsā quoq; dicebatur. Neq; enim, vt Oribasius vult, Mulsā ex vino & melle fit. Quanquam Galeno placeat, vt mulsā ex aqua pluuiā potiùs paretur, cum hydromel frequentius ex fluuiatili & aliquādo fontana fieri soleat. Quidam etiam Melicraton dicunt, quod subito ad præsentem vsum ex mellis & aquæ mistura paratur, parumq; coquitur, & aquosus est, ac recens bibitur. Hydromel verò quod crassius est, ac diuti⁹ coquitur, vt vetustate aliquā ferre possit. Verùm differentias has, cum non adeò magni sint momenti, in sequentibus negligemus, atq; de his tribus simul sub nomine Hydromelitis acturi sumus. Cum etiam,

teste

<sup>1.</sup>  
Quæd sit.

Nomen.

lib. 4. de  
Simplic. med.  
c. 12.

*Part 12.*  
*Es 13. lib.*  
*3. de Si. Z.*  
*acut.*  
*Descriptio.* teste Galeno, nomine potius quam reipsa hæc inter se discrepent.

Est igitur Hydromel potus medicamentosus, consistentiæ ferè aqueæ, ex melle & aqua, interdum & aliis, inuicem coctis, confectus.

*II.*  
*Differen-*  
*tia.* Suas etiam habet differentias hic potus. Hydromel enim aliud simplex siue Vulgare, aliud Compositum siue Medicatum. Atq; hoc vel Alterans, vel Purgans. Mulsæ verò cruda, cum videlicet in aqua calida mel tantum dissoluitur absq; coctione, qualem Hippocrates præscripsit mulieri dormituræ, ut inde conuici possit, num prægans sit, non est huius loci.

### *Hydromel Simplex.*

*III.*  
*Composi-*  
*tio.*  
*Materia*  
*Qualitas.* Hydromel Simplex, quod nil præter aquam & mel recipit, rarò à Medicis præscribitur, cū apud nos ubiq; ferè locorum jam paratum proffet, & nomine Medonis venale habeatur. Interim tamen eius compositionem breuiter enodabimus. Constat igitur hydromel simplex ex duplici materia, Aqua videlicet & Melle. Varia autem huius ad illam est proportio, pro va-  
rio

rio Medici scopo atq; sumentis temperaturâ. Æstatis enim tempore, & iuuenibus aquosissimum præscribitur: hyeme, senibus & pituitosis, magis vinosum seu melleum, quod Plinius vinum mellis vocat.

In illo parti vni mellis, adduntur secundum Mesuen, aquæ partes octo, secundum quosdam etiam decem aut duodecim: prout scilicet hydromel magis aut minus dilutum desideramus. Hoc verò fit ex parte vna mellis, & partibus quinque vel sex aquæ. Coquantur autem hæc duo inuicem tamdiu, vsq; dum mel non amplius spumet, ad tertiæ, quartæ aut saltem quintæ partis absorptionem, aut ad Syrupi liquidioris consistentiam, aut donec ovum crudum liquori innatet, postmodum per pannum colatura perficitur. Vinosum etiam insolatur, & instar nectaris ad usum seruatur.

*Preparatio*

De præscribendi ratione Medicum monere ferè superuacaneum videtur. Cum apud nos hydromel simplex nunquam per formulam præscribatur. In juniorum tamen gratiam exemplum hydromelitis vinosi afferre libet.

IV.  
*Præscribendi formula.*

## PARADIGMA.

℞ Mellis opt. ℥j. aq. fluiuat. ℥v. Coq. do-

786

*nec ovum crudum innatet, vel ad tertiam partem consumptionem, spumam accurate intercoquendum absciendo. Postea coletur.*

V.  
Pulitas.

Hydromel simplex calefacit & siccatur mediocriter, abstergit, aperit, à putredine præferuat, alvū laxat, hūores pituitosos coquit, flat<sup>9</sup> discutit, diureticū est & ad *irandū* capiti corpus maximè promouet. Confert igitur in primis in affectibus frigidis & diurnis, à pituitosis & crassis humoribus oriundis, capitis, neruorū, ventriculi, intestinorum ac juncturarum; in abstemijs præsertim, aut ubi vini vsus noxius. Quales sunt tremor, paraly sis, spasm<sup>9</sup>, catarrhus frigid<sup>9</sup>, asthma, tussis, ventriculi intemperies frigida & coctionis imbecillitas ac inflatio, dysuria frigida, colica, arthritidis pituitosa. Inspecie vero ad hæc omnia magis efficax est mulsa crassior: atq; hæc etiam melius nutrit, ad partes tamē remotas min<sup>9</sup> penetrat. A quo si forte autem alvū subducere & inflare dicitur, ac ad urinas & sputa aptior. Facit etiam hæc medicrati species, ad decoctionē medicamentorum simplicium pro Apozemate parandō. Quamuis autē hydromel plurimas habeat comoditates, interim tamē neq; omni caret noxā, si id quib<sup>9</sup> uis exhibere volueris. Ut enim senibus ac frigidis hydromel maximè

ximè amicum : Sic junioribus , biliosis ac febrilentibus non minùs inimicum. Quia in his facillè amarescit & bilefcit, quemadmodù coctione nimia & vetustate licet experiri. In megalosplanchnis etiam Hippocrates ejus vsum prohibet , quod in his, à visceribus ob dulcorem auidius rapiatur, vnde cruditates & flatus incredibiles provenire ait. Ob id Costeus, nisi in frigidis affectibus, corporibus, aetatibus, temporibus & regionibus, tutò dari non posse scribit.

Quare nec ad febres pituitosas comendat, vt quæ licet causam frigidam habeant, affectus tamen sint calidi, & multa calore in bilem vertatur. Atq; hinc nec sitim mitigare posse pronunciat, nisi largissimâ copiâ sumpta.

Neq; etiam vtendi modum vltiori oratione prosequi libet. Conuenit enim planè cum vsu decocti hordei. Siquidem & hydromelite in morbis praesertim frigidis vti illo in calidis pro potu ordinario vtantur.

VI.  
Vtendò  
modus.

### *Hydromel compositum.*

Et hæc paucis de hydromelite simplici dicta sint. Hydromel verò compositū siue  
medi.

medicatum magis, cum alia quoq;, præter mel & aquam, eius compositionem ingredientur, peculiare tractatione requirit. Atq; primum speciatim quid de Alterante, post de Purgante dicendum.

### *Alterans.*

In hydromelitis igitur compositi eiusq; alterantis compositione ad duo respicere debemus: Ipsam videlicet Materiam, & Preparandi modum.

Materia alia coquitur, alia verò non coquitur. Quæ coquitur: vel est solida, vel fluida. Solidam suppeditant vegetabilia; radices, herbæ, fructus &c. de quibus in Apozemate. Ex his tamen quæ sapore vel odore admodum displicent, plerumq; hinc omittuntur.

Neq; etiam vegetabilia illa eadem in Hydromelite, ac in Apozemate, assumuntur quantitate: sed sufficit eorū decima aut duodecima pars. Imò, ut clarius aliquantò hoc exprimā; sibi materiæ fluidæ, ultra Drach. s vel inegrā, aut duas horum non excipiat: Si præsertim odore, vel sapore minus grato sint infecta. Quia aliàs hydromel crassius,

& me-

*VI.  
Compositio.*

*Materia  
siccæ Quantitas.*

*Quantitas*



dicamentosum nimis, ac proinde ad potum ordinarium minus accommodatum efficeretur.

Materia fluida est duplex. Elementaris *Materia fluida.*  
 alia, alia verò Animalis. Elementaris est *Qualitas.*  
 aqua simplex fluuiatilis, siue fontana, siue  
 alia. Animalis verò est mel.

Sed hæc duo non semper eodem inter se *Quantitas*  
 miscentur pondere. Aliqui enim eandem  
 hîc ferè proportionem obseruant, ac in  
 Hydromelite simplici, partibus videlicet  
 aquæ decem, admiscentes mellis partem v-  
 nam. Quidam verò etiam ad partes a-  
 quæ viginti, saltem vnam mellis accipiunt.  
 Et quia loco potus ordinarij, in morbis  
 plerumq; hydromel hoc adhiberi etiam  
 solet, major ejus quantitas pro vnâ vice  
 comparari potest: mensura nempè vna vel  
 altera, aut etiam plures, pro libitu scilicet.  
 Ac ob id singula conuenienti pondere, &  
 proportione modò indicatâ assumenda  
 sunt.

Neq; enim hîc corruptio de facili metu-  
 enda, propter mel additum. Accedit,  
 quod propter frequentem ejus vsum, mul-  
 tum etiam breui temporis spacio absuma-  
 tur.

Nonnunquâ & hydromel hoc ad majorē *Materia non coque-  
 de*  
 gra- *Qualitas.*

G

gra-

gratiam ac efficaciam aromatizatur, additis aromatibus conuenientibus, quorum in Apozemate mentio facta. Imò comparatur interdum hydromel compositum, si solis hisce simplex aromatizetur, etiamsi nulla alia in ipso decoquantur.

*Quantiitas* Accipiuntur autem hæc ad Drach. j. ij. aut etiam plures, si major aliquantum hydromelitis copia paretur.

Ad faciliorem hujus materiæ apprehensionem intuere hoc  
schema.



*Qua-*

		Qualitas: Vegetabilia in Apozemate enumerata
	Solida: in hac notanda	Quantitas: ad Drach. j. ij, iij, iv. vel Pugillos ali- quot, aut Man.
Hydro- melitis compo- sit materia a-	Coqui- tur, estq; vel	Qualitas: Elementaris vt, Aqua Simpl. Animalis: vt, Mel.
	Fluida: & huius obser- uanda	Quantitas: Aqua fit lb iij, iv, vi, vel plurimum. Mellis fit pars vna, ad aqua partes x, xv, vel xx.
	Non coqui- tur: & huius consideran- datur	Qualitas: suntq; varia Aro- mata in Apozemate enume- rata. Quantitas: Drach. ij, iij. vel plures.

Præpara-  
tio.

Ad confectiōem Hydromelitis com-  
positi duæ concurrunt præparatiōes :  
Coctio & Aromatisatiō. De colatura e-  
nim nihil hîc dicere attinet.

Duplici autem, ratione coctiōis, Hy-  
dromel hoc paratur modo. Vel enim sim-  
plicia in vsum præsentē comoda coquun-  
tur, in aquæ puræ quantitate sufficenti : &  
postmodum additur mel dosi conuenienti-  
atq; hæc simul iterum ebulliunt ac despu-  
mantur. Vel paratur prius hydromel sim-  
plex modo in ipsius præparatiōe demon-  
strato, atq; demum herbæ in eo decoquan-  
tur ad tertias ferè.

Aromatisatiō quinetiam fit, aut Aroma-  
tibus in nodulo, in liquore ferè cocto, su-  
sponsis : vel illis ipsis crassiusculè concisis,  
in manicam Hippocratis coniectis; super  
quæ postmodum jus feruens adhuc, sæpius  
transfundetur.

## PARADIGMA.

IV.  
Præscri-  
bendi.  
formula.

Hæc autem Hydromel compositum præscri-  
bendi est ratio. ℞ Mell. optimi ℥℞ aq. ℥vi.  
despumentur: postea adde saluie Mj puleg. be-  
ton. hyssop. ana M℞ Coque pene ad tertias: co-  
len-

BA

50

lentur: in Colatura ebulliant cinam. opt. ʒiʒ  
 trium piper. ana ʒʒ gran. paradysi. cardamō.  
 ana ʒʒ F. Hydromel clarum. Sennert. pro para-  
 lytico.

Hydromel hocce à simplici viribus non  
 differt. Imò compositum magis, quod sim-  
 plex pollicetur, præstat. Medicata enim,  
 quæ illi simul incoquuntur, multò majorem  
 vim atq; energiam ipsi communicant.

Vfus quinetiam idem qui Hydromelitis  
 simplicis. Quamuis & loco potus Medi-  
 cinalis possit vsurpari, semel atq; iterum in  
 die, de ipso haustum vnum hauriendo.

### Hydromel Purgans.

Ordinis ratio jam, de purgante hydro-  
 melite sermonem vt instituamus, monet,  
 sed ne tractatus hic in maiorem ac expedit  
 excreseat molem, in pauca rem contrahe-  
 mus. Est enim hydromel hoc nil aliud, quã  
 Apozema catharticum, cuiꝰ decoctio cum  
 hydromelite simplici peracta est. Namq;  
 melicratum purgans si præparare volueri-  
 mus, necesse est, vt primum conficiamus  
 simplex; in quo postea tum cathartica,  
 tum etiam alterantia simplicia, si simul &  
 alterare lubet, decoquuntur. Hoc uni-

G 3 cum

cū monuisse sufficiat, alterantia hæc, in multo minori dosi, ac in Apozemate esse accipiēda, nehydromel, quod pellucidū & clarū esse debet, spissū ac turbidū inde reddatur. Hinc etiam edulcantia alia præter saccharū, vt syrupi, multoq; magis electuaria purgantia, raro admodum in hydromelite hoc dissoluntur, quia ipsius claritati obstant: quod tamen interdum facere licet, si præsertim diligēs & accurata colatio clarificatioq; subsequatur.

Purgantia assumi possunt quantitate maiori, si videlicet hydromel validum: minori verò, si id ipsum minus in purgando forte expetimus. Reliqua patent.

## PARADIGMA.

IV.

Præscribē-  
di formu-  
la.

℞. Hydromelitis Mens. j. seu Vnc. xxxii.  
caric. ping. Num. viii. fol. senæ el. polypod.  
querc. Ana Vnc. ℞. sem. anisi Drach. j. cinam.  
Drach. ℞. Zingib. ℞j. Coquantur ad medias:  
colat. adde sacch. candirubei Vnc. ij. M. Ph.  
August.

V.

Utilitas.

Utilitas quæ sit hydromelitis cathartici, & quibus in affectibus conueniat, ex hydromelite simplici facillè addisci potest, si leui

us

us sit & gratum, uti modò descriptum, feliciter datur puerulis, senib<sup>9</sup>, & alijs delicatis, qui pharmaca cætera respuunt, ac interim alui lenitione indigent.

Hydromel purgans semel vel aliquoties exhiberi potest: & vel diebus aliquot continuis, vel alternis, vel maiori tēporis interstitio; quando cunq; scilicet, morbi aut egritudo, id exposcet: atq; quantitate quidem aut maiore, aut minore; prout nempè magis, vel minus validum illud fuerit. In reliquis, eius vsus alijs Pharmacis catharticis respondet.

*Vl.*  
*Vfus.*

## CAPVT IV.

## De Hydrosaccharo.

CVM non rarò fiat, ut patientes potus ordinarij à Medico præscripti pertæsi, illius variatiõem ac mutationem ab eodem efflagitent; si præsertim medicamento si quid in se comprehendat; vel sæpius & magna in quantitate, (protrahente scilicet semorbo, aut siti urgente,) assumendus veniat: factum est inde, ut Medici ipsorum voluntati satisfacere, cupientes inter alias potus formas, & hanc, in solatium.

*I.*  
*Quid sit.*

G 4 ægro.

*Nomen.* agrorum, potionis speciem excogitarint: quæ, à sua, ex qua constat, materia, denominationem sumpsit.

*Descriptio.* Hydrosaccharum enim potus est medicamentosus consistentiæ ferè aqueæ, ex aqua communi & saccharo, interdum & aliis iniuicem coctis constans.

Consist. ferè aqueæ, ex aqua communi  
Ad differentiam iulepi cocti, qui consistentiæ est crassioris, & ex aquis stillatitiis conficitur solet.

*II.* In compositione duo animaduertenda:  
*Compositio.* Materia & Coctio. Materia quæ ad Hydrosaccarū conficiendū assumitur, duplex est, Alia enī multū, alia verò parūm coquitur. Quæ multū, vel est solida, vel fluida. Illa est saccharum commune album. Hæc verò aliquando est simplex; aliquando verò ex pluribus constat. Simplex, non est nisi aqua fontana seu fluuiatilis: cui interdum simul adduntur aquæ stillatitiæ, inprimis quæ nullo odore aut sapore insigni, eoq; ingrato sunt præditæ; vel etiam acetum, si maximè subacidis æger delectetur, & magis deobstruere uolueris. Absq; tamè aceto comparatū hydrosaccarū, aut cum ipsius exigua saltē quantitate, magis salutare est mulierib<sup>9</sup>, propter  
vterum;

*Materia  
discoquē-  
da*

*Qualitas.*



uterum; item omnibus ijs, quibus ventriculus debilis & intestina. Quia in his acetum facile cardialgiam, tormina & colicam concitat.

Miscentur autem hæc diuersâ inter se *Quantitas*, proportionem. Nâ si liquores stillatitij aquæ communi affundantur, fit ferè quantitate subduplâ, vel subtriplâ: quanquam & ex solis aquis stillatitijs hydrofaccharum parari possit.

Partibus verò XII aquarum, adduntur duæ partes aceti, & vnica sacchari. Huius tamen vel illius pondus potest vel augeri, vel imminui; prout dulcem vel acidum magis amabit æger potum, ægrique natura ac morbi ratio imperabit. Si, v. g. assumas lbj. aque, communiter ipsi adduntur aceti Vnc. ij. sacchari verò Vnc. j. vel jß. Tota verò liquoris quãtitas ascendit plerumq; ad lb iij. iv. sacchari ad Vnc. ij. iij. vi.

Materiam verò, quæ parùm coquenda, *Materia parùm coquenda.* subministrant Aromata, quæ, coctione penè ad finem perductâ, non raro Hydrofaccharo incoquantur. De quibus in formulis antecedentibus non semel actum.

Hydrofaccharum coqui solet, vt decoctum hordei, in olla munda, ad sacchari omnimodam dissolutionem, vel vsq; dum *Preparatio.*

quarta liquoris pars consumpta fuerit, sub  
finem decoctionis materia aromatica inij-  
citur, & postmodum decoctum ritè prepa-  
ratum colatur.

## PARADIGMA.

III.  
Prescribē-  
dis formu-  
las.

℞ Sacchari albiſſimi Vnc. iv. Coq. in aqua  
fontana ℔ iij aceti Vnc. vi. ad Sacchari ple-  
nariam dissolutionem, aut quarta parte li-  
quoris exhaustioem, sub finem decoctionis ad-  
de Santal. citrin. puluer. & in panno ligati  
Drach. j. Coletur per pannum.

IV.  
Vtilitas.

Eadem hydrosaccharum præstat cum  
Decocto hordei. Nisi quòd hic potus magis  
delicatus, ac palato suavior videatur, præ-  
fertim si aceto commisto, dulco ac idus fue-  
rit redditus. Minus tamen refrigerat & hu-  
meſtat, quam decoctum hordei, in primis si  
sine aceto paretur, validè tamen abstergit,  
& à putredine ratione sacchari, præſeruat.  
Substituitor etiam plerumque, ubi hydro-  
melitis vsum propter calorem, ratione  
mellis, reformidamus. Minus etiam conue-  
nit hic potus, propter saccharum, ubi ma-  
ior copia bilis, & inflammationes aut ob-  
structiones jecoris, splenis, aut aliorum vis-  
cerum.

cerum: sed hoc incommodum aliquo modo tollitur, si ad eius compositionem acetum assumpseris.

Vsus Hydrosacchari non est alius, ac <sup>V.</sup>  
qualem in decocto Hordei descripsimus. <sup>Vsus.</sup>

## CAPVT V.

*De Iusculis.*

**I**uscula varijs vegetabilium viribus alterata, cum à decoctis in specie ita dictis, <sup>I.</sup> *Quid sint.*  
nec materiâ, nec præparationis modo longè differant; sæpè etiam loco horum à Medicis in vsum trahantur, eorum tractatio in alium locum reseruanda non videtur. Iuscula verò nomen à liquore in quo decoctio peragitur, inuenère, <sup>Nomen.</sup>

Est namq; *Iusculum tale*, medicamentum internum, fluidum, ex jure aliquo varijs vegetabilium partibus, in eodem decoctis, confectum. <sup>Descriptio.</sup>

Ex jure aliquo) vt ab Apozemate distinguitur. Quia ius propriè dicitur liquor, cui ali- <sup>II.</sup> *Differentia.*  
quid esculenti incoctum est: vt hîc, gallina, capus, caro bouina &c.

Iusculorum aliud Alterans, aliud corrobo-

bo-

borans. Alterans simpliciter dictum, ad alterandas ac immutandas partes, aut humores corporis maximè facit: & in easdem, in quas Apozema alterans secari potest, differentias Corroborans verò siue Restaurans, quod etiam à coctionis modo, Iusculū cōsummatum dicitur, ad vires collapsas nutriendo & reficiendo instaurandas in primis conducit. De illo prius, de hoc posteriorius.

### *Iusculum Alterans.*

III.  
Composi-  
tio.  
Materia  
coquenda  
solida.  
Qualitas.

Iusculi alterantis materia: alia ad coctionem ipsam adhibetur, alia verò post ipsam demum additur. Illa vel est solida, vel Fluida. Solida aut Alimentaria, aut Medicamentosa, aut Condimentaria.

Alibilis est gallina exenterata & ad coctionem ritè præparata, vel capus: vel caro vitulina, aut potius bouina junior pro pauperioribus. Potest & harum alterutra cum gallina, vel capone jungi.

Medicamentosa desumitur ex vegetabilibus multoties jam enumeratis, vt sunt radices, herbæ, semina, fructus, flores, ex quibus maximè eligenda quæ sapore & odore

mc-

medicinali minus se produnt, ne jusculi liquor ægro nauseam pariat. Hinc si mucilaginosâ incoquenda, panno raro includantur, ne decoctum lentorem contrahat.

Condimentaria est sal. Nam sapit escamale, quæ datur absq; sale.

Quantitas autem huius materiæ triplicis est plurifaria. Aliquando enim assumitur gallina integra, vel dimidia, vel saltem eius quarta pars, pro vna decoctione, quod idem de capone intelligendum: aliquando hisce frustum carnis bouinæ, vel vitulinæ adijcitur: vel ex harum alterutra, ad ℥ss. vel ℥j. decoctâ, jusculum paratur.

Ex Medicinali verò radices ad Drach. ij. Vnc. β. vel integram decoqui possunt: herbæ ad M. j. vel alterum: semina ad Drach. ij. vel Vnc. β. Fructus ad Vnc. β. vel integram. Flores ad Pugillos aliquot.

Salis deniq; quantum opus addendum: ad pugillum scilicet vnum vel alterum, aut etiam plures; si major copia paretur. Sed de huius quantitate gustus ipse, & coqui, qui nil præter veru & lebetem norunt, quæ optimè judicare poterunt.

Fluida verò materia, quæ ad coctionem vsurpatur, est aqua dulcis, cuius tantum accipien-

*Quantitas.*

110 FABRICÆ RECEPTARVM

cupiendum, vt reliquam materiam probe contegat. v g lbj. aut ij. Neque enim nimia quantitas pro vna vice paranda, quia juscula facîle propter pinguedinem, admistam corrumpuntur.

*Materia  
que non  
coquitur  
Qualitas.*

Post coctionem inspergi solent jusculo aromata, vt, cinam. macis, nux mosch. piper, zingiber, Santalum & similia, quibus scilicet juscula condiuntur. Quamuis & hæc ipsæ incoqui possent, vt in reliquis decoctis aromata.

*Quantitas.*

Ac etsi præter hæc jusculis, ne quid medicamentosi sapiant, rarò alia addantur, interdum tamen succi grati vt aráciorum, citriorum, limonum, affunduntur, aut etiam saccharum additur.

Aromatum tantùm adijcitur, quantum satis ad saporis gratiam, quod etiam de succis & saccharo subaudiendum.

Præparatio huius medicamenti ancillarum magiricarum curæ ac fidei tutò committi potest; satisque est Medicum, materiam medicinalem à Pharmacopola petendâ, præscribere. De reliquis enim coràm mulieres, quæ culinæ curam gerunt, admonere poterit.

PARA

## PARADIGMA.

R. Gallinam dimid. rite preparatam, coq. <sup>IV.</sup>  
 in s. q. aqua, post coctionem aliquandiu conti- <sup>Prescrip-</sup>  
 nuatam adde liquiritia rasæ & parum contu- <sup>ti forma-</sup>  
 sâ Drach. ij. passul. Corinth. Vnc. B. sem. cucur.  
 excort. Drach. iij. melon. cucum. pap. albi Ana  
 in pet. ligat. Drach. j. salis q. s. vel Pj. de colat.  
 cape lbj. adde succi arant. dulc. Vnc. j. Sacch.  
 candi vel penidi Vnc. B. aromat. cum pul. ma-  
 cis Drach B.

Medicamenti hæc forma simul alterans  
 ac nutriens, in eorum potissimum ægro-  
 rum gratiam est instituta, qui, quum omnia  
 in pharmacopolijs parata medicamenta  
 respuant, hoc modo falli possunt. Cum ta-  
 lia domi suæ preparata medicamenta, seu  
 potiùs alimenta medicamentosa, auidiùs  
 assumant. Inprimis etiam juscula conveni-  
 unt in phreneticis & alijs delirantibus, vbi  
 sub specie alimenti eos decipere volumus:  
 In nimijs vigilijs, cephalalgij, Febribus, he-  
 ctica & phtisi, ventriculi, jecoris & renum  
 intemperiebus, eorundem inflammationi-  
 bus, in siti excruciante, vomitu, cardialgiâ,  
 cholera, ictero, colicâ, alui profluvijs. Item  
 si lac

V.  
 Utilitas.

si lac aut semen multiplicare, renum & vrinæ ardorem demulcere, aut arenulas exturbare animus est. Imò ad eosdem omnes affectus, ad quos Apozema alterans, Iuscula hæc adhiberi possunt, multò tamen minori cum fructu. Quia medicamenta viribus efficaciacia, propter saporem, odorem & colorem abhorrentem, quem in iusculis relinquunt, vsurpare non licet. Nisi ægrum omnes postea cibos fastidire velimus. Iusculis ergò hic locus est in affectibus inprimis calidis, minus vehementibus aut periculosis, aut in eorundem declinatione, quando vestigia saltem quædam ipsorum adhuc apparent. Et proinde etiam medicamento hæc species minùs est vsitata.

*VL.*  
*Vfus.*

Modus vtendi patet. Assumuntur enim instar aliorum iusculorum, atq; sæpius in die, vel etiam noctu, ad aliquot cochlearia, vel Vnc. ij. vi. x. &c.

### *Iusculum Corroborans.*

*III.*  
*Compositio.*  
*119.*

*Materia*

Iusculum ab effectu Restaurans siue corroborans, à diuturna verò coctione cōsummatum dictum, eandem habet ferè materiam cum superiori. Recipit enim etiam pro materia

*materia*



materia alimentaria carnem gallinæ, caponis, vel vituli, vel ex his simul vnam atq; alterâ. Quæ caro postmodû coquitur in aquæ simplicis quantitate tanta, quæ coquo aut Pharmacopœio videbitur sufficiens.

Brodium hoc colatû postea vel ita simplex in vsum vocatur, vel ipsi alia maioris scilicet corroborationis gratiâ adduntur. Eaq; sunt vel liquida & fluida; vt, aq. stillat. succi cardiaci, arant. citr. limon. vinum, acetum, aut similes liquores: vel mollia; vt, conferuæ, condita, aut confectioes aliæ quædam grata; vel solida; vt, species corroborantes officinales vel magistrales, item & saccharum.

Aquæ stillatitiæ & succi affundantur à 3. j. ad Vnc. ℥. ij. iij. iv pro liquoris ℥j. pro ut videlicet gustum magis vel minus afficere nati sunt. Mollia à Drach. ℥. ad Drach. ij. Vnc. ℥. pulueres à ℥ ad Drach. j. saccharum verò à Drach. ij. ad Vnc. j. ij. vel q. s.

Iusculi huius præparationis modus talis est. Accipitur gallina vel capus deplumatus, ac euisceratus, in partes minutas conciditur, & pinguedine omni, quantum quidem fieri potest, spoliatur: quod etiam fit cum carne alterius generis, si quæ assumitur.

Postmodum caro hæc coquitur in cucur-

H

bita

*coquenda  
Qua itas  
Quantitas  
Qualitas*

*Materia  
parum com  
quenda  
Qualitas*

*Quantitas*

*Præparatio  
tio.*


bita vitrea vel alio vase benè clauso in Balneo, vsque dum carnes planè mollescant: hinc brodium cum forti expressione colatur, vbi refrigeratum fuerit, pinguedo supernatans omnis aufertur. Cui si & alia ex supradictis admiscere libeat, feruefiunt omnia simul in vase cooperto, vsque dum saccharum dissolutum sit, aut sufficienter solidiorum viribus imprægnatum: postremò de nouo colatura instituitur, & liquor in vase optimè munito asseruatur.

## PARADIGMATA.

IV.  
Prescribendi norma.

*Rx. Gallinam vel caponem exenteratum, in partes minutas concisur, & omni pinguedine spoliatum, coq: in vase clauso in B. M. cum s. q. aque ad putrilaginem vsq, vel carnis ab ossibus dissolutionem; hinc torcularò subijce, & succum omnem diligenter exprime, refrigeratum omni pinguedine priua, & pro ipsius ℞ j. adde succi arant. dulc. Vnc. ij. limon. Vnc. B. acer. de rub. jdeo Drach. B. sacch. q. s. ad dulcorem gratum. sp. diamarg. frig. in pannono raro ligat. Drach. j. Ferueant omnia simul vsq, dum saccharum dissolutum, postea iterum colentur, ac ad usum asseruentur. In febrimaligna.*

ALL.



## A L I V D.

*R. Iuris capi perfectè cocti ℥℞. aq. Bugl. viol. AnaVnc. ij. capill. Ven. Vnc. iij. pul. diamaꝛg. frig. diar. s. Ana drach. ij. de gemmis Drach. j. Panniculorum auri Num. ij. M. decoque in duplici vase per quadrantem hora, coletur & utatur. Rondel.*

Brodium hoc caponis aliquando refrigerat, nōnunquam calefacit, prout ipsi vel calida vel frigida adjeceris; sed vis eius primaria est analeptica, hinc etiam nomen Iusculi Restaurantis est sortitum. Valet enim quā maximè ad vires & spiritus tum animales, tum vitales, tum naturales subito instaurandos & reficiendos, qui vel à diuturnitate morbi vel inedia, vel vacuatione nimia, vel alia de causa multum absumpti atq; exhausti fuere: ad robur partium nobilium languidum recreandum. Item in affectibus cordis quibusvis, in febribus diuturnis, cōtinuis, hecticis, malignis, syncope; nec nō in phtisi, hemoptoë, cardialgia, inappetētia, vomitu, cholera, & alijs quibuscunque alui profluvijs cōtinuatis. In summa vbiq; cū

*V.  
Vtilitas.*

H 2

pauca

pauca quantitate multum nutrire, & solidā corporis substantiā citò refarcire est cōsiliū, ac interim ob vires languidas & effectas, quæuis alia medicamēta siue alimēta parūm proficiunt, magno est auxilio.

v r.  
v s m.

Vt imur autem hoc succo, vel per se ex cochleari, vel eo in alijs jusculis dissoluto; ad aliquot cochlearia ipsum ad alterius jusculi scutellam vnā addentes. Exhibetur etiam ad libitum, interdium ac noctu, quotiescunq; & quantumcunque virium defectus suaseric.

## OBSERVATIONES.

*Atq; hac de jusculi Alterantis & Instaurantis compositione, utilitate & reliquis breuiter dicta sunt. Scire autem hoc loco Medici juniores debent, à quibusdam etiam in Jusculi consummati, non saltē Alterantis compositione, carnibus adijci etiam vegetabilium partes, quarum supra in enumeratione materia jusculi alterantis mentionem fecimus: sed cum hæc liquori ingratum concilient saporem, non videtur cum ratione illud ab ipsis fieri. In Roborante enim jusculo, potius corporis nutritioni ac corroborationi, quàm alterationi studemus. Cum autem vel nihil vel*

*parūm*

parum nutriant aut corpus reficiant, quæ cum  
nausea ac fastidio assumuntur, parum etiam  
fructus aut utilitatis ex eorum usu sperare li-  
cet. satius igitur omninò est, si simul alterare &  
nutrire volumus, jusculum alterans huius lo-  
co usurpare.

Malefaciunt non minùs illi, qui carni cru-  
da pulveres cordiales & alios admiscunt, ac  
vnà decoquunt: quia hæc diuersa admodum  
inter se sunt coctionis.

Nam si carnem velis perfectè coquere, ad-  
urentur pulveres: sin hoc cauere volueris,  
caro planè cruda manebit. Prestat ergò pul-  
veres & aromata, vel in sine demum coctionis  
addere, vel decoctum jam colatum, adhibita  
vnà atq; altera ebullitione, eorundem viribus  
imbueri.

Neg, nos latet, nonnullos, in jusculis inpri-  
mis corroborantibus, ante decoctionem, car-  
nibus adijcere fragmenta pretiosa, perlas, bo-  
lum, aurifolia, monetas & catenas aureas: sed  
hæc omnia frustra. Quandoquidem per eius-  
modi decoctionem leuem, nihil ex ipsis  
virium in ius transire potest, præter  
sordes fors an adherentes.

¶(O)¶

H 3

CAPVT



## CAPVT VI.

*De Decocto Galli.*I.  
*Quid sit.*

**N**Ominis ratio clara. Impofuit enim hu-  
ic medicamento nomen basis fua, gal-  
lus videlicet gallinaceus. Est autem  
decoctum galli, medicamentum potulen-  
tum, ex gallo, & fimplicibus alijs, fimul in  
liquore apto decoctis, confectum. <sup>h</sup>

II.  
*Differētia.*

Species ipfi eadem cum Apozemate; à  
quo etiam vix quicquam differt nifi bafi.  
Hinc decoctū galli aliud fimplex aliud cō-  
pofitum. Simplex rurfum diuiditur in Alte-  
rans, & Purgans. Quæ duo jam in eafdem  
fubdiuidi poffunt differentias, in quas Apo-  
zema alterans & purgans. Illas ergò ibi vi-  
dere potes. Compofitum autem galli deco-  
ctum eft quod fimul alterat & purgat.

*Alterans.*

Deco-

Decoctum galli alterans ad sui cōpositionem duo requirit: Materiam scilicet, & præparationem. Illa aut coquitur, aut non coquitur. Prior vel est solida, vel Fluida. Solida constat ex corporibus animalibus, vegetabilibus, aut etiam aquatilibus. In singulis consideranda Qualitas ac Quantitas: Corpus animale est gallus gallinaceus, qui pro basi & fundamento quasi, huic subternitur medicamento, & quidem rufus, vel, ut alij volunt, niger, non nimium juvenis, sed quatuor vel quinque circiter annorum; ad motum interim, pugnam & coitum adhuc alacer & in dimicando strenuus, inter macrem & pinguem medius, id est, bene carnosus.

117.  
Compositio.  
110.

Corporis  
animalis  
Qualitas.

Assumitur quoque; selectus gallus talis integer ad vnum decoctum, abiectis tantum abijciendis, & ad elixationem in idoneis: Vti sunt interanea, & reliqua intra corpus viscera condita.

Quantitas.

Materia vegetabilis eadem est, quæ in Apozemate recensita nisi quod præter illas, ibidem enumeratas stirpium partes, assumantur hic non raro quædam ex sudoriferis illis communibus, veluti est radix china & zarzaparilla, item, lignum sassafras, sanctum & cortex eiusdem.

Vegetabilis.  
Qualitas.

Atque pro hoc decocto medietas vegetabilium

Quantitas

*Quantitas.* lium sufficit, si respicias ad pondus, quod ipsis in Apozemate assignatum. Sudorifera verò adijciuntur communiter ad Vnc. j. ij.

*Metallici* Corpus deniq; metallicum est sal, quia  
*Qualitas.* & hoc nonnunquam huic medicamento  
*Quantitas.* addi solet; idq; vel commune, vel gemmeū; ad P. β. vel Pj aut duos, aut etiam plures. Gustus hac in re arbiter erit optimus. Cōmune duplā ad gēmeum quantitate accipi debet.

*Materia* Liquor, in quo hęc materia elixari debet,  
*fluida.* est aqua communis: cuius quantitas rarò à  
*Qualitas.* Medicis decernitur, sed plerumq; industrię  
*Quantitas.* medicamentarij cōmitti solet. Possunt tamē esse ℥iij. vi. vii; prout multūm vel parūm, de materia vegetabili decoquendum. Post decoctionem accipiuntur eius ℥ ij iij; prout in plures vices decoq; ū sufficere volueris, aut vnā vice multūm de ipso assumi.

*Materia* Materia quæ non coquitur alia Aromati-  
*qua non co-* tica, alia verò non aromatica, quorum cog-  
*quiritur.* gnitionem pleniorē ex Apozematis doctrina haurire licet.

*Præparatio.* In præparatione huius medicamenti ad duo respiciendum: coctionem, & clarificationem.

Coctionis tria sunt mēbra. Primum agit de præparatione materiæ idoneā ad coctionē; secundum, quo ordine omnia decoqui debeāt docet; & tertium, quādiu coctio cōtinuanda sit, explicat.

Gallus



Gallus antequam interficiatur, plurimū vel cursu nobis venantib⁹, vel dimicatione cum alio gallo defatigandus, &, vt quidam suadent, vivus deplumandus; pōst decollandus, ac demum exenterandus. Hujus venter posthæc materiā vegetabili, quæ multūm coquenda, de qua jam jam monebimus, infarciatur, ac iterum consuatur.

Sudorifera ante coctionem prius per horas VI. XII. aut etiam XXIII. in aqua, vel alio liquore conuenienti, macerantur.

Fructus, semina & sudorifera, vtpotè quæ satis longam sustinere valent coctionem, ventri galli includi possunt, & cum illo decoqui: folia verò, flores, post despumationem jusculi: aromata autem demum sub finem decoctionis addi debent.

Coctio tamdiu continuanda, vsq; dum caro galli contabescat & ab ossibus secedat.

In clarificatione verò hoc notandum. Postquam decoctū vel jusculum fuerit colatum & expressum, diligenter primūm à pinguedine est repurgandum: & demum iterum si lubet calefieri potest, ac, vt de Apozemate dictum, clarificari, & postremò omnium saccharum, vel alia, si visum fuerit, in eodem adhuc calido dissolui. Quan-

H 5 quam

quam & hæc iustâ quâtitate in singulas doses, demū quando decoctum jam jam hauriendum, nonnunquam addantur.

## PARADIGMA.

IV.  
Prescri-  
bendi for-  
mula.

℞ Gallum rufum decrepitum vel annosum, cursu & verberibus defatigatum, qui depletur viuis, juguletur ac euisceretur, ejusq; venter impleatur Rad. china ponder. in tal. diss. Vnc. ij. caric. ping. incis. Num. vi. sem. fenic. filer. mont. Ana Vnc. ℞ vrtica Drach: ij iterum consuatur: coque omnia simul ad ignem lentum, vel in B. M. in vase vitreo, vel æreo stanno obducto, cum aq. s. q. In sculo despumato, adde rad. liquirit. rec. rasæ Vnc. Benul. camp. Drach. ij herb. scab. hysop. tusilag. Ana Mj. veron. satireja. thymi Ana M ℞. sub sinem verò decoctionis suspende in panno raro, subinde exprimendo, rad. jreos puluer. Drach. j. nuc. musc. ℞ij. lig. aloes ℞ j croci gr. vi. f. concoct. vsq; dum caro contabescat & ab ossibus abscedat: de colat. fort. expressâ, sume ℞ ij refrigeretur ac pinguedo omnis auferatur, postea clarificetur in B. M. & demum leui ebullitione permisceantur sacch. Vnc. vi. Asseruetur in loco frigido. ad Asthma.

Vfus

Vsus hujus decocti præcipuus, in affe-  
 ctibus inueteratis & ferè frigidis, in intem-  
 periebus & obstructionibus diuturnis ac  
 contumacibus viscerum & intestinorum,  
 in asthma, orthopnœâ, incubo, melan-  
 choliâ hypochondriacâ, ictero, cachexiâ,  
 pallidis coloribus, leucophlegmatiâ: in  
 abundantia flatuum; vt, colicâ, tympani-  
 tidè & doloribus arthriticis. Minus pro-  
 batur decoctû galli ad morbos calidiores,  
 vt febres, vel præsentè intemperie viscerum  
 calidâ, insigni macie totius corporis, aut  
 casibus similibus.

V.  
*Utilitas.*

Modus vtendi ferè idem qui Apozema-  
 tis. Bibitur enim communiter tempore  
 matutino ad Vnc. iij. iv. vi. pro vice vna,  
 continuando per dies xv. vel spacium men-  
 sis vnus, si morbus id exposcere videatur.  
 Absumpto enim decocto, quod pro vna  
 vice paratum, aliud coquendum.

VI.  
*Vtendi  
 ratio.*

### *Decoctum Galli compositum.*

Distribuimus suprâ decoctum Galli sim-  
 plex in Alterans & Purgans. De alterante  
 hætenus, de purgante nunc dicendum re-  
 staret. Cum verò vix decoctum galli pur-  
 gans

## 124. FABRICÆ RECEPTARVM

gans à Medicis imperetur, vbi non simul purgantibus admisceant & alterantia etiam alia præter corrigentia, de purgante simplici sigillatim pluribus agere non ex vsu videtur. Præstat igitur decocti compositi modum componendi, præscribendi & vtendi breuibus declarare. In illo enim omnia, quæ de purgante simplici aliàs monenda essent, sese in conspectum dabunt. Ut si hæc hæc his intellectis, facile quiuis etiam purgas simplex, si voluerit, galli decoctum ordinare possit.

III.  
Compositi.  
t. e.

Eius materia coquenda tum solida tum liquida eadem est quæ superioris decocti, nisi quod præter alterantia, simul & purgantia accipiuntur, quorum qualitas ac quantitas in Apozemate purgante abundè satis est declarata.

Materia non coquenda sunt vel aromata, vel purgantium corrigentia, vel etiam alia non aromatica, sed edulcantia aut etiã purgantia, in decocto galli alterante & Apozemate purgante indicata, quæ omnia ad hunc etiam locum transferri possunt. Quanquam si alia purgantia, præter ea quæ coquuntur, addere libet, præstat ea singulis dosibus demum adjici, cum decocti vsus inicitur.

In

Incoctione hoc dignum notâ. Purgantia quæ prolixam absq; noxa perferre coctionem valent, vt polypodium querc. semen carth. turbith, & similia ventri galli includi, & simul cum eo decoqui: quæ vero minus, vt fol. senæ, agar. rhab &c. demum circa finem decoctionis addi.

## PARADIGMATA.

℞ Gallinaceum veterem quat. annorum, <sup>℞. IV.</sup>  
 interfecto, exinanitog<sup>o</sup>, & repleto salis fossitij <sup>Prescri-</sup>  
 Drach. iij. sem. cnic<sup>i</sup>, polypod. hyssop. Ana <sup>bendira<sup>o</sup></sup>  
 Vnc. j. sem. dauci, anethi, ameos Ana Vnc. ℞ <sup>110.</sup>  
 turpeti Drach. iij. Deinde, resarto ventre, in  
 aque ℞ XII. ad dimidias coquito, juris deco-  
 cti Vnc. iij. aut sex exhibeto. *Andern. ad colicam.*

### Aliud.

℞ Hyssop. calaminth. Ana. Mj. passul. mund  
 Vnc. j ℞ anis. fœnic. cari. Ana Drach. vi. sem.  
 carth. Vnc. ij. polyd. querc. rec. Vnc. j ℞ tr. fl.  
 cordial. Ana. P. j fl. camom. melil. Ana P. ℞.  
*Includantur omnia in vente galli decrepiti vt  
 deset, in fine decoctionis, adde fol. senæ Vnc. ij.*

agar. trach. Drachmas. x. f. colat. ad lb  
ij. & reponantur. Accipiemus præscripti  
decocti Vnc. iiii. Syr. violati Vnc. j. f. h. Si ro-  
bustior fuerit ager, adde diaphan. aut bened.  
laxat. Drach. ij. Heurmus ad colic. dolor. à  
pituita flatul. ad asthma, dyspneam, & ar-  
thritidem.

V.  
Vtilitas.

Valet in morbis in alterante galli deco-  
cto enumeratis.

VI.  
Vsu.

Accipiuntur hujus decocti Vnc. iij. IV.  
VI. in vnam vicem & per aliquot dies con-  
tinuos, instar Apozematis purgantis. Ejus  
quoq; vsus diebus aliquot interpositis re-  
peti potest.

## CAPVT VII.

### De decocto Hidrotico.

I.  
Quid sit.  
Nomen.

REI & dictionū affinitas in memoriam  
nobis reuocat, decoctum, quod ab in-  
gredientibus sudatoriis, Hidroticum seu  
sudatorium vocari solet. Quidam Medi-  
ci, præsertim in Gallia, Diætæ nomine id  
indignant, propter exactam & accuratam  
viuendi rationem in ejus vsu plerumq; obser-  
vandam. Hujus igitur compediarium con-  
fectionis modum breuiter nunc trademus.

Est autem decoctum Hidroticum medi-  
camentum potulentum, consistentiæ a-  
queæ, ex medicamentis sudatoriis, vel solis,  
vel

vel simul cum aliis in liquore conuenienti decoctis, comparatum.

Partitionis membra sunt duo. Aliud enim Primarium, aliud Secundarium. Primarium, aut Sudatorium, aut non Sudatorium. Sudatorium, quod videlicet sudorisciendi gratia exhibetur, dirimitur in simplex & Compositum. Simplex, quando non nisi vnicum ad coctionem assumitur hidroticum.

II.  
Differen-  
tia.

Compositum est duplex. Vel enim plura recipit sudatoria: vel simul & alia præter materiam sudatoriam. Eaq; sunt aut alterantia, & fit decoctum sudatorium compositum alterans: aut Cathartica, & fit decoctum sudatorium compositum purgans. Quæ duo jam vterius in easdem distingui possunt differentias, in quas Apozema alterans & purgans.

Decoctum autem non sudatorium solummodò per insensilem, citra sudorem manifestum, transpirationem, causas morbificas absumere natum est: atq; hoc etiam, vti modò dictum, à materia vel simplex est, vel Compositum; prout scilicet vel Alterantia, vel Purgantia simul recipit.

### *Decoctum hidroticum Primarium.*

Ne de sermouis prolixitate nimia, aut  
tail-

tautologîa molestâ à quoquam inuidiosè  
 criminemur, tractationem decocti hidroti-  
 ci & non hidrotici tum simplicis, tum Cõ-  
 positi alterantis simul perstringere visum  
 est, Hidroticum enim & non hidroticum  
 nihil discrepant, nisi ratione vsus, de quo  
 infra lectorem admonebimus. Simplex  
 verò & compositum alterans, non nisi ma-  
 teria differunt, cujus varietatem, in compo-  
 sitionis ratione tradendâ, jam jam indica-  
 bimus.

In compositione autem horum deco-  
 ctorum duo notanda; Materia & Præpara-  
 tio. Materia alia multum, alia parum, alia  
 profus non coquitur. Quæ multum vel  
 est solida, vel fluida. Nos vtriusq; tum  
 Qualitatem, tum Quantitatem considera-  
 bimus.

*Materia  
 diu coque-  
 da  
 Qualitas.*

Solida igitur aut est hidrotica, aut non  
 hidrotica. Illius numerantur species qua-  
 tuor aut quinq;: Radices duæ, china &  
 Zorzaparilla. Lingna itidem duo; Sassafras  
 & Guajacum, atq; cortex ejusdem. De his  
 namq; solummodò, utpotè quæ magis sunt  
 in vsu, hidroticis, hoc loco agere, nobis est  
 propositum: neq; omnium hidroticorum  
 naturam, eorumq; varia genera persequi  
 lubet. Est autem materia hæc: vel simplex,  
 dum



dum vnum tantummodò decoquimus hidroticum ; vel Composita , quando duo vel plura simul jungimus. Atq; secundum modum priorem fit decoctum sudatorium simplex ; secundum verò posteriorem fit compositum. Hoc tamen etiam , & quidem magis vsitare paratur, vbi simul cum hidroticis & alia simplicia coquuntur, quæ vel humorem peccantem partemq; affectam respiciūt, vel sudatoriorum qualitates immoderatas, calorem & siccitatem dico, attemperant. Sunt autem illa varia vegetabilia, radices, herbæ, semina, fructus &c affectui & hidroticis accommodata, qualia suprà in Apozemate etiam enumerata.

Sudorem mouentia assumuntur ab Vnc. *Quantitas*  
 j. ad Vnc. iij, vi. vel etiam lb j pro vno decocto : siue sola , siue cum alterantibus ; quæ modò in majori, modò in minori copia illis junguntur.

Materia hæc plerumq; decoquitur in aqua communi, quidam etiam aquas destillatas assumere malunt, sed de his vide inferius obseruationes. Potest & circa finem decoctionis , si morbi ratio id permittat, vinum affundi. *Materia fluida Qualitates*

Quãtitas autem hujus aquæ duplex est, *Quantitas*  
 I Vna

Vna ante coctionem, altera post ipsam. Prior duplici consideratur modo. Vno absolute, quando sine vllius respectu ejus dosis determinatur, & à ℥j incipit, atq; ad ℥ vi. viii. x. aut xx. usq; ascendit. Aliquando per sufficientem quantitatem pondus hoc exprimitur. Altero respectiue, quando scilicet certa obseruatur proportio in liquore ad materiam siccam & decoquendam: est q; hæc ferè talis, vt ad materiæ siccæ Vnc. j. ij. iij. addatur liquoris ℥ j. j ℥ plus minùs, pro eo, ac decoctio magis vel minus diu perpetua tur: aut decoctum magis minusue viribus excellens expetitur. Post coctionem remanent liquoris ℥ ij. iij. vel etiam sex aut plures interdum.

*Materia  
varius co-  
quenda  
Qualitas.  
Quantitas*

Materia quæ parum coquitur, constat ex aromatis, quæ huic decocto interdum etiam, decoctione ferè ad finem perductâ, ad saporis gratiam adduntur. Quorum quantitas æquat Drach. ij. Vnc. β, j. vel alteram, si in magna copia paretur horum decoctorum aliquod.

*Materia  
non co-  
quenda  
Qualitas*

Accedunt huic decocto & alia quædam, quanquam rariùs, saccharum si exceperis, quæ prorsus non coquuntur; quæcunq; scilicet post colationem demum adduntur, qualia sunt edulcantia, veluti saccharum.

Hos

*[Faint, mirrored text from the reverse side of the page, appearing as bleed-through.]*

*[Faint handwritten text at the top of the page.]*


*Quantitas*

**B** Dec-

12

FOL-





China & Zarzaparilla.

Radices dua: { parilla.

Ligna duo: { Guajacum & Sassafras.

Cortex unicus: { Guajaci.

Qualitas: & sunt

Quantitas: ab Vnc. j. ad Vnc. iij. vi. ℥ j. sumuntur.

Qualitas: est q̄, Aqua communis, vel etiam stillatitia, interdum & jungitur aliquid vini.

Quantitas: alia { Ante coctionem: Q. S. Post coctionem: ℥ ij. iij. vi. aut plures.

Qualitatis: constat ex aromatibus multis jam indicatis.

Quantitatis: adhibetur à Drach. ij. ad Vnc. ℥ j. vel ij.

Qualitas: est q̄, sacch. aq. stillat. succi, vel liquores alij, Syrupi &c.

Quantitas: Eadem proportione ac in Apozemate dictum addenda. Pro liquoris ℥ j. videlicet, ad Vnc. ℥ ij. iij. xv.

Simplex: eju matoria partim

Coquitur: atq̄ vel

Parùm: atq̄ hac ratione

Non coquitur: cujm etiam consideranda sunt

Plura ex sudoriferis dictis assumuntur ad coctionem. Atq̄ de hoc plura addere nolo. Quia in reliquis planè se habet vt precedens.

Decoctũ hidroticum primariũ, aliud

Compositum: hoc loco est duplex: vel enim

Simul & alterantia cum hidroticis coquantur: atq̄ hujus decocti etiam notanda materia. Alia enim

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1725

1726

1727

1728

1729

1730

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1725

1726

1727

1728

1729

1730

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1725

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

1723

1724

1711

1712

1713

1714

1715

1716

1717

1718

1719

1720

1721

1722

Materia  
varum co  
quenda  
Qualitas  
Quantitas

Materia  
non co  
quenda  
Qualitas

Hos

Hoc enim si addatur, saltem super ignem lenrum, absq; omni coctione, cum liquore calido exactè miscetur. Item succi, vel aquæ stillatiæ, vel alij liquores scopo conuenientes: nec non & Syrupi: quamquam hi commodiùs tempore assumptionis demum decocto affundantur.

Quo verò singula horum pondere addi debeant, ex Apozemate addiscere licet. *Quantitas*  
 Nam ad mensuram ibidem expressã, etiam hoc in loco eorum dosis accommodari potest. Vniuersam hanc materiam breuiter sic-  
 peto.



*Præpara-  
tio.*

Postquam materiam horū decoctorum enumerauerimus, vt eo quo cæpimus pede pergamus, ordinis ratio jam postulat, vt de eorundem etiam artificiosa præparatione sermonem faciamus, in qua tamen pauca saltem monenda.

Ac primò omnium, cùm sudorem cientia substantiæ sint solidæ ac duræ, incisa asfulatim vel in orbiculos tenues, aut in puluerem redacta, ante coctionem per diem naturalem seu horas XII. aut VI. macerantur in liquore, in quo elixatio fieri debet, supra cineres calidos, vase interim probè munito.

Coctionis eadem ratio, quæ in Apozemate. Aliquando enim tertia liquoris pars coctione absumitur, aliquândo medietas, nonnunquam tamdiu protenditur, vt tertia saltem liquoris post coctionem pars remæeat. Atq; hoc decoctum maximè est efficax. Et quia materia sudatoria in formula præponitur tanquam basis hujus medicamenti, etiam illa primò omnium coquenda, post aliqualem verò coctionem factam demum alterantia, & post aromatica, suo scilicet quæq; ordine in antecedentibus indicato.

Reliqua præparationis capita, vt, Aromatisatio, colatio, Clarificatio, & Edulca-  
tio



tio eodem se habent modo, vti in Apoze-  
mate dictum: quanquam in minùs delica-  
tis, ea præter colationem possint omitti. In  
his igitur tradendis vltèriùs laborare no-  
lumus.

## PARADIGMATA.

### Decoctum hidroticum sim- plex Guajacj.

℞ Lig. guajci optimè incisi, vel in tenuem <sup>IV.</sup> *Prescri-*  
scobem redacti, vel Rasura ejusdem ℞ jaq. *bendi, nor.*  
communis ℞ xij. Infunde in aqua calida per *men.*  
horas 24. in vase figulino vitreato obrurato,  
deinde coque ad consumptionem partis tertie,  
vel ad medietatem, vel octo librarum: trans-  
fundatur per colatorium & seruetur vsui in  
vase vitreo. *Varij.*

### Aliud Zarzaparillæ.

℞ Sarsaparilla per tabellas dissecta cū suis  
capillamentis Vnc. iij. Infunde in aq. font. ℞  
iij per horas xviii. tepide, deinde decoquantur  
ad medietatem partis consumptionem, colatura  
I 3 ser-

seruetur in vase vitreo, de qua capiat ad Vnc. VIII. x. Varand.

### Aliud Chinæ.

℞ Rad chinarum in tenues orbiculos sectarum Vnc. j. vel jß aq. purissima ℥x. Coque in vase terreo vitreato ad medias. Vas verò tam exactè cooperiatur ut nihil exhalet. Deinde coletur decoctum ac super cineres continuo calidum seruetur. Dentur Vnc. VIII. IX. pro viribus acri. Ant. Chalmetcus.

### Aliud Sassafras.

℞ Lig. sassafras rec. cum suo cortic. frustulatim dissecti, vel si manus derafi Vnc. jß Infund. in ℥ iij aq. fontis per hor. XII. deinde decoque ad ℥ ij consumptionem. Coletur. Capiat hujus colati ℥ ß. Varand.

### Decoctū Sudatorium compositum.

℞ Lig. guajaci Vnc. x. cort. ejusdem Vnc. iij Aqua fontana ℥ XII. Infundantur per horas 24. in vase sigulino vitreato obturato, deinde deco-

decoquatur usq; ad consumptionem ℥ ix. deinde addantur vini optimi lib. iij. & iterum feruere modicè finito, postea refrigeratū colato, & in vase vitreo pro Syrupo seruato. Florēt.

### Aliud.

℞ Raf. ligni sancti Vnc. ij. rad. sars. parill. Vnc. j. ℥ lig. sassafras Vnc. ℞. Infundantur omnia, ut est artis, in aq. fontis ℥ iij. deinde decoque ad mediæ partis consumptionem, solatura seruetur in vase vitreato. Varand.

### Aliud.

℞ Raf. lig. sancti Vnc. iij. cort. ejusd. Vnc. j. Infundantur in ℥ iij. aque fontis, ut artis est, deinde decoquantur ad mediæ partis consumptionem, addendo sub finem decoctionis capill. ven. cichor. borag. card. bened. ana M j passul. purg. liquirit. Ana Drach. iij. sem. melon. Drach. ij coque omnia post vnâ ebullitionem, Capiat à ℥ ℞, ad Vnc. viii. manè calidè. Varand.

### Aliud capiti & epilepsiæ accommodatum.

℞ Eand. ligni cortic. & aque quantitatem, infundantur & decoquantur eodem modo, ad

I 4 dendo

dendo sub finem decocti fol. beton. salu. major.  
 Ana M j ss. sem. pæon. polypod. q. sem. anisi Ana  
 Drach. i. schæn. stæch. Ana P. j. Colentur, &  
 cape eodem modo. Idem.

V.  
 Vtilitas,

Vtilitas horum decoctorum amplissima. Calefaciunt, siccant, attenuant, incidunt, discutiunt, resoluunt vel sensibilibiter per sudores. vel insensibilibiter per occultam diaphæresin. Conueniunt ergo in affectibus tum Internis, tum Externis, frigidis, pituitosis & contumacibus maxime, qui à copiosa & tenacifouetur materia, quæq; alti<sup>9</sup> radices egit, ita vt nec purgantib<sup>9</sup> vulgatis, vel aliis alterantibus eam excindere sit facile. Hanc enim decocta hæc suam partium subtilitate & summa attenuandi vi, frequenter quinetiam vsu & diuturno non raro dissipant atq; resolvunt. Quales sunt vertigines, epilepsia, capitis dolores inueterati, paralyfes, tremores, stupores, catarrhi diurni & consueti, auditus grauitas, aurium tinnitus, asthma, dyspnæa, phthisis, empyema, febres nothæ & antiquæ, cachexia, fædi virginum colores, anasarca, arthritis, ischias, vlcera interna, & lues venerea, contra quam remedium vt frequentissimum, ita & optimum ab his decoctis petitur.

VI.  
 Vsum.

Vtimur his decoctis hauriendo illa calida, & corpus probe tegendo, sudandoque ad  
 pla-

placitum, vel quantum vires concesserint: si modò, sudores vt proliciat, decoctum ordinaueris. Sin minus, sumitur quidem calidè, sed sudor non vrgetur. Quamuis æger eo mane quo decoctum hausit, aërem frigidum vitare debeat. ne pori eius occurſu constringantur, & morbi solutio quæ per insensilem transpirationem fieri debet, cohibeatur.

Bibuntur ad Vnc. iij. vi. viii. prouna vice: & quidem ad dies x. xx. aut triginta in morbis contumacioribus. Si vires sabascent, licebit per biduum vel triduum intermittere. Item si aluum, propter eius adstrictionem, ægrotus clystere eluerit, aut purgans aliquod medicamentum assumpserit, eo die decocti vsum in sequentem differre poterit.

Assumuntur plerumq; tempore matutino, interdum etiam, sed rariùs, vespertino, in affectibus solùm pertinacibus & inueteratis, & corporibus robustis, ac interim copiosis excrementis refertis. Vesperi tamen post eius assumptionem æger ad sudorem vt plurimum non cogitur.

### *Decoctum hidroticocatharticum.*

Sed ne horum vsus diutius nos remoretur,

## 138 FABRICÆ RECEPTARVM

tur, ad decoctum compositum accedamus, quod simul per habitum corporis & alium causas antecedentes & coniunctas morborum depellit. Est autem decoctum hoc Neotericorum inuentum, in cuius compositione eadem, quæ in superioribus obseruanda. Neq; enim ea quicquam à reliquorum compositione differt, nisi quod in hoc purgantia quædam, cū reliquis supra enumeratis, siue hidroticis, siue etiam non hidroticis, circa finem ferè elixationis, simul decoquantur, vel in colatura etiam dissoluantur, quantitate & dosi qua conueniunt. Quorum omnium notitiam ex Apozematis purgantis præparandi ratione petere licet. Hoc vnicum notandum, purgantia non nimis debere esse valida, vel propter ipsorum copiam, vel efficaciam. Quia vires propter sudores valde debilitantur, nec sufficere possunt ad vehementes per alium purgationes.

III.  
Composi.  
tio.

## PARADIGMATA.

℞. Cort. lig. guaiaci triti ℔j. aq. font. ℔. xiv.  
Macerentur horis 24. deinde coquantur vsq;  
ad ℔iij. consumptionem, postea adde polypodii  
q. Vnc. ij. cichorii Mj. aloès hepat. Vnc. ℔. his i-  
terum per horam decoctis, adde fol. senæ epith.  
ana

ana Vnc. j. colocynth. Drach. vi. sacch. Vnc. viii. Denuo coquatur, dum pars dimidia fuerit consumpta, & ℞ viii. remanserint, coletur & seruetur ad vsū. Dos. cyath. j. manè & serò. & sudet, continuet per xx. dies. Fiorauantus.

## A L I V D.

℞. Ligni sancti ℞ j. cort. eiusd. ℞ ℞. aq. purissima ℞ x. Macerentur per 24. horas atq. coquantur ad tertie partis consumptionem; preterea ℞. Enul. camp. dactyl. ab ossibus separat. Ana Vnc. j. ℞. sena Or. Vnc. j. vini albi ℞ vi. Macerentur horas 24. super cineres calidos, ita ut propemodum vinum ferueat: deinde exprimantur, & huic vino miscetur precedens decoctio: postea adde sacchari ℞ ℞. cinamom. Vnc. j. & exactis quatuor horis ab ea mixtione traiciantur per colatorium vini aromatit: ac singulis matutinis cape Vnc. v. aut vi. & tantundem ante cœnam, vel cum se in lectum recipit. Ant Chalmetus.

## A L I V D.

℞. Zarz. parill. Vnc. iij. cort. lig. Vnc. j. rad. china

*chine Drach.ij. hermodactyl. Vnc.j. polypodij,  
rhapont. turbitib, capill. ven. rad. lib. alb. apy.  
aspar. fenic. petrosel. glycyrrh. Ana Drach.ij.  
fol. sena Vnc.ß decoq. omnia s. art. in aq. ℥xx.  
ad ℥v. Capiat bis in die manè & vesperi. Hi-*  
*spani.*

*V.  
Vtilitas.*

Iisdem, quibus superiora decoctum hoc accommodatum, morbis remedium. Huius tamen vsus, in corporibus admodum cacochymis, non minùs tamen robustis, saltem ineundus, vt quæ duplicem hanc purgationem cum *εὐπορία* ferre possint. Quando humorum morbificorum in prima, secunda & tertia corporis regione stabulantium omnem profus fomitem extirpare consilium. Hac enim ratione, per sudores, partibus materiæ morbificæ tenuioribus dissipatis: reliquæ ejus crassiores, quæ aliàs in aluo, alijsq; partibus pertinaciùs in hære solèt, simul vnâ & eâdem operâ è corpore exturbantur.

*VI.  
Vsus.*

In ratione vsus hoc præter cætera animaduersione dignum. Si vires deficiant, ab huius decocti vsu vacandum; potest tamen interim hidroticum propinari; atq; demum iterum, si morbi ratio id exigere, & virium constantia concedere videatur, ad decoctum hidroticocatharticũ regressus fieri.

*Deco-*



*Decoctum Secundarium.*

Et tantum de decocto Primario, sequitur & Secundarium; quando scilicet residua decocti Primarij in recenti liquore denuò coquitur.

In huius compositione similiter notanda Materia & Præparatio. Illa partim multum, partim parum, partim planè non coquitur.

Quæ multum, vel est solida, vel Fluida. Illa aut jam semel cocta est, aut recens. Prior est remanentia decocti sudatorij primarij; modò nulla alterantia vel cathartica simul fuerint incocta. Horum enim virtus in hoc decocto non desideratur. Posterior constat ex hidroticis recentibus, quando reliquis jam semel decoctis, vti nonnunquam fit, conjunguntur, ac simul decoquuntur. Atq; hæc sunt vel eadem specie, cum antehac decoctis, vel diuersa. Quamuis & ex recentibus solis etiam decoctum hidroticum secundarium possit parari, obseruatis obseruandis, si nullum primarium decoctum fuerit præscriptum.

Horum quantitas est varia, prout magna

*III.*  
*Compositio.*  
*Materia solida*  
*Qualitas.*

*Quantitas.*

gna vel parua in copia in decocto primario fuerint decocta. Quibus recentia ad vnciam vnam vel alteram addi solent. Vel ex hisce solis eadem vel paulò maiore quantità decoctis, decoctum secundarium parari potest.

*Materia*

*fluida.*

*Qualitas,*

*Quantitas.*

Decoquuntur autem hæc hidrotica cõmuniter in aqua dulci: eaq; accipitur proportionè ferè dodecuplâ ad materiam solidam, aut etiam majore, si præsertim hidrotica recentia solummodò assumantur.

Parùm coquitur *materia aromatica*, de qua in superioribus.

Planè non, quæ decoctum edulcat, vt est faccharû, quod ad Vnc. ß. vel integram pro liquoris post colaturam remanentis lb̄ j. adijcitur.

*Præparatio*

*no.*

Ante coctionem, vt etiam præparationem huius decocti vno atque altero verbo attingam, hidrotica, quæ iam sunt ante hæc decocta, possunt infundi, per aliquot horas, vel etiam ea infusio potest præmitti: sed si recentia assumantur, omninò necessaria est. Coctio autem protrahitur vsq; ad quartæ, vel tertix partis liquoris casum. In reliquis decoctis præcedentibus responderet. Nos exemplis hæcenus dicta illustrabimus.

PARA-

## PARADIGMATA.

℞. Residentiam ligni guajaci suprâ descrip- *Prascribã*  
 ti, aq. font. ℔ XII. Iterum coque usq; ad con- *disformu-*  
 sumptionem tertie partis, cola & serua pro po- *la.*  
 tu. *Varij.*

## A L I V D.

℞. Residentiam decocti saraparilla, Infunde  
 in aque fontis ℔ VI. per horas tres, deinde co-  
 que ad ℔ ij. consumpt. Coentur cñ sacch. & ci-  
 nam. F. Bochetum. Utatur ad sex, vel septem  
 menses ad scrophulas sanandas. *Varand.*

## A L I V D.

℞. Scobis lig. Indici ℔ j. cortic. eiusd. Vnc.  
 iij. decoq. in aq. purissima ℔ x. & c. Hanc re-  
 manentiam iterum coque in aq. purissima ℔  
 xv. ad tertias: sub decoctionis finem, addes  
 glycyrrh. rasa & contus. Vnc. ʒ. passul. mundat.  
 Vnc. ij. absolutâ decoctione addes cinam.  
 Drach. v. Ani. Chalmetem.

Affe.

V.  
Vtilitas.

Affectus quibus cōpetat hoc decoctum suprà indicauimus. Inprimis vtilissimus potus, vbi vinum tutò non datur, vel vbi exiccare sensim, ac humorum illuuiem absumere consilium est.

VI.  
Vsus.

Bibitur hoc decoctum frigide instar alterius potus in prandio & cœna quantum & quamdiu visum fuerit, per se, vel eum vino dilutum.

### OBSERVATIONES.

*Quidam decoctis hidroticis immiscere solent lactucam, intybum & similia; vel sudatoria in liquoribus refrigerantibus, ut aqua hordei, violar. buglossi, aut alijs decoquunt, ut calorem hidroticorum castigent; idq; faciunt inprimis in corporibus calidis, siccis & biliosis; atq; sic etiam feliciter rem succedere multi profitentur. Verum non desunt etiam, qui temerè hoc fieri affirmant, quod hæc, dum calorem hidroticorum corrigunt simul & sudores impediunt. Similiter etiã eos peruersè facere aiunt, qui alium soluentia sudorem cientibus coniungunt. Sed in duplicis huius questionis veritatem, alibi commodior se se aliquando offeret inquirendi locus. Interim*

rerim unumquemq; in his, suo abundare sensu libenter permittimus.

Radicis china decoctum, quia facultatem habet temperatam, omnibus temperaturis convenire creditur, tum etiam omnibus partibus, additis praesertim simplicibus idoneis. Ceterum sciendum est, quod si radix ista fuerit recens & non cariota, summopere valet ad ea que promittit, quod si fuerit antiquata, alienam qualitatem acquirendo graviores morbum reddere potest, ut per me ipsum attestari possum. Neque etiam sunt audiendi Medici illi, qui ad omnes morbos huiusmodi radicem commendare solent, cum contrarietatem determinatam cum ipsis non habeat. Ioan. Ludovic. Bertaldus.

Ant. Chalmetaus radicis china decoctum vehementius siccare quam guaiaci vult; quod ex siti facile deprehendi ait.

China rarius cum alijs sudatorijs decoquitur, quia illa nimium contabescit ac exolvitur.

Eius decoctum in cineribus calidis assernandum etiam Pragmatici precipiunt, quod alias acescat.

Ligni sassafras decoctum, non in nimia quantitate, parandum idem iubent: quia diutius assernatum, saporis & odoris grati-

am amittit; tum quia eius facultas facile euanescit. Contrà tamen Bertaldus omnium longissimè hoc decoctum durare attestatur.

Decoctum ex ligno Zarzeparillæ, humoribus emolliendis magis est idoneum ligno guajaco, palatoq; gratius, non ita exiccat, ventriculo tamen officit; vt idem Bertaldus monet.

## C A P V T VIII.

### *De Syrupis.*

*I.*  
*Quid sit*  
*Syrupus.*

**N**ON leuis certè syruporū necessitas atque vtilitas. Cum enim non quouis tempore veluti hyeme & autumno, recentes ac succulentæ ad morborum curationes suppetant herbæ; imò non rarò affectus vrgentia, tantam moram non patiatur, vt decocta aut infusa ex aridis & siccis parari possint; aut etsi parentur, sine labe tamen diutiùs asseruari nequeant: Syruporum parandorum occasio hinc Medicis & Arabibus & Mauritanis data. Vires namq; stirpium, sacchari vel mellis beneficio in forma syrupi sic asseruatæ, premente necessitate, quolibet tempore ad vsum præstò esse possunt, saporis gratiam simul comitem sibi habentes. Vete-

Veteribus Græcis vix innotuit syrapi *Nomen*  
 nomen ac compositio, attestante appella-  
 tione Barbarâ. Quamvis aliqui nominis  
 rationem Græcam faciant: dum alij syru-  
 pum dictum volunt, quasi *Συρίας ὀπὸν*,  
 id est, Syriæ succum: quod primum è Syria  
 allatus sit syrupus; atque ita Hermolao vi-  
 detur. Alij verò compositum volunt Syra-  
 pi vocabulum; à *σύρα*, traho, & *ὀπὸν*, suc-  
 cis; quasi sit Syrupus succus extractus;  
 quia ex his non rarò paratur. Alij item  
 à *συρίων* confluò syrupum deriuant: alij  
 denique alias adferunt nominis deductio-  
 nes. Actuarius Syrupum vocat *Συράσιον*,  
 quidam *Συλάσιον*, sed minùs propriè Sy-  
 rupi namque nomen, vel propriè sumitur,  
 pro syrupo videlicet qualem jam describe-  
 mus, & quales passim etiam varij in Offi-  
 cinis extant: vel impropiè pro decocto  
 humores coquente, aut Apozemate: siue  
 pro Iulepo alterante, & citra coctionem  
 parato, quod fortè horum Iuleporum ba-  
 sis sit syrupus. Sed vt vt sit, de nomine nul-  
 lo cum litigabimus, modò nobis de re con-  
 flet.

Adferunt varij varias syrapi descriptio- *Descriptio*  
 nes, nos hanc præ ceteris elegimus. Vt sit Sy-  
 rupus medicamenti forma, interna, fluida,

ex liquore conuenienti cum saccharo aut alijs edulcantibus parata, ac ad mellis cōsistentiam decocta.

Syrupus quoq; varias agnoscit differentias. Ab effectū enim alius alterās, alius Purgās. Vterq; in plures iterum distrahi potest species, quæ ex Apozemate perdiscendē. Illas enim hīc repetere longioris esset orationis. Sic à præparandi modo: Alius simplex, cuius materia Medica propinqua, vel solum est decoctum, vel infusum, vel succus expressus: alius Compositus, quando eadem ex horum duobus, vel omnibus tribus cōstat. Simplex quinetiam, ratione ingredientium, aliquando magis talis, aliquando verò minus. Magis; quando materia remota vnica & simplex quædam stirpis pars est: Min⁹; vbi harum plures, aut à varijs petita simplicibus assumuntur. Nos igitur priorem secuti diuisionem, primum syrupum alterantem ad examen vocabimus, post cathartici explanationem proponemus. Cum verò ille sit vel simplex, vel compositus: atque prioris materia remota præparetur vel per Coctionem, vel Infusionem, vel Expressionem, de illo, cuius materia propinqua est decoctum, prius agemus, & post de reliquis etiam suo quoque ordine.

Syrup-



**Syrupus alterans simplex ex  
decocto.**

Vocamus hunc Syrupum ex decocto, non quod ille solus per decoctionem comparatur; cum omnis Syrupus ad sui confectionem coctionem necessariò requirat, sed quia eius materia propinqua, vt mox audiemus, decoctum est.

In eius compositione duo notanda: Materia & Præparandi ratio. Materia duplex est: alia Remota, Propinqua alia. Remota vel Solida, vel Liquida: vtriusq; obseruanda Qualitas & Quantitas. Solida constat ex varijs simplicibus in Apozemate enumeratis, quæ vel pari, vel maiori, vel minori quantitate, ac ibidem dictum, assumuntur, prout videlicet maiorem vel minorem Syrupi copiam parere libet. Et vel horum vnicum, si Syrupum magis simplicem: vel plura & diuersa, si minus talem fieri volueris. Liquida est plerumque aqua communis, interdum tamen & alius liquor in Apozemate dictus, cuius etiam eadem hic ad materiam solidam obseruatur proportio.

III.  
Compositio.  
Materia  
Remota  
Qualitas.  
Quantitas.

K 3

Pro-

Propinqua verò materia est triplex: Alia enim propter vim Medicam, alia propter dulcorem seu conseruationem, alia deniq; propter Aromatificationem syrupo additur. Quæ vim medicatricem ipsi tribuit, vel simplicem, vel duplicem sustinet coctionem. Quæ duplicem nil est aliud quàm liquor per decoctionem paratus & post colaturam exactâ relictus, cuius mensura est ℔j. ij. iij. iv. v. vi. prout syrupi vsus frequens vel minus frequens, diurnus vel breuis esse debet. Simplicem sustinent coctionem liquores, qui nonnunquam etiam ad maiorem syrupis conciliandam energiam ipsis admiscuntur, vt sunt acetû, vinû †, spiritus quidâ vel similes liquores. Atque hæc ferè proportione, vt reliquæ syrupi materiæ ℔j. acetû excipiat Vnc. j. s. plus minus: vini vel aquarum vncias aliquot: Spirituum Drach. ij. vel Vnc. s. Omnia scilicet quantitate & copia maiore vel minore, prout magis vel minus grata ac efficacia.

*Materia  
medicatri-  
cis.  
Qualitas,  
Quãtitas.*

†  
*aqua stilla-  
ria.*

*Materia  
cõseruatri-  
ci.  
Qualitas.  
Quãtitas.*

Attendamus iam nunc etiam animû ad materiã, quæ syrupo additur, ad ipsius conseruationem, & saporis gratiam. Ea autem vel est simplex, vel composita. Simplex, vt saccharum, quod omnium frequentissime accipitur, vtpotè temperatum, & ple-

risq;

risque ferè affectibus accommodatum; suauius quin etiam & Naturæ magis amicū melle. Huius tamē aliquādo vsus, in affectibus præsertim frigidis capitis & thoracis, vbi calefaciendum; incidendum; detergendum, excerationes mouendæ & calor natuius languens recreandus. In vigilijs, catarrho tenui & acri adhibetur sapa. Composita verò est syrupus.

Atq; ad syrupum edulcandum assumitur modò horum vnicum, modò plura.

Ratione quantitatis saccharum vel mel aliquando pari cum liquore commiscentur mensurâ, aliquando saltem dimidiâ, prout scilicet decoctum syrupi magis vel minùs gratum fuerit. Si saccharum & syrupus simul præscribantur, addi potest syrupus ad vncias aliquot, saccharum verò quantitate sufficienti.

Materiam autem aromaticam quod atinet, Hęc enim è tribus erat tertia, cum illa planè sit eadem quæ Apozematis; hic terminos materiæ syrupi ex decocto constituamus. Hoc vnicum addidisse sufficiat, aromatum quantitatem aliquando ad Vnc. j. aut etiam vltra ascendere. Syrupi enim in maiori non rarò parantur mole, quàm Apozemata. Quia illi diutiùs sine corruptela asseruari possunt.

*Materia  
Aromati  
ca.  
Qualitas,  
Quantitas*

*Prescrip-  
tio.*

In præparatione nihil, præter ea, quorū in Apozemate jam facta est mentio, notatu dignum occurrit. Nisi quòd hîc coctio duplex instituitur: Vna, quæ materiam respicit remotam, de qua in Apozemate satis Altera quæ propinquam. In hac duo monenda. Primùm, quo ordine omnia decoqui debeant; secundò quamdiu coctio sit continuanda.

Postquam decoctio prior ritè fuerit peracta, in liquore colato dissoluitur saccharū, aut alia edulcantia & simul aliquandiu coquuntur, postmodum panno raro inclusa aromata induntur, ac demum & reliqui liquores dicti, si placuerit, affunduntur.

Atque coctio hæc tamdiu producitur, vsque dum omnia ad iustam syrupi consistentiam deueniant. Cuius præcipua nota est, si gutta super marmor, vel vnguem non diffuat. Diutiùs coquendum syrupum ex saccharo, quàm melle, quidam monent; & hyeme, quàm æstate. Minus diu verò, cum laxare volumus syrupum; magis autem, cum eundem adstringere cupimus.

*IV.  
Prescribē-  
di formu-  
la.*

Per regulas & præcepta syrupi ex decocto simplicis compositionem tradere conati sumus; tentemus iam idem præstare per exempla.

PARA.

## PARADIGMATA.

## Syrupus de corticibus citrij.

℞ Cort. citr. rec. & extimorum ℥j gran.  
 tinctorum seu chermes Drach ij. aq. fontis  
 ℥v. Coque ad duarum partium consumptionem,  
 adde colato sacch. optimi ℥j F. Syr. qui  
 aromatizetur cum mosch. Or. gr. iiij. August.

## Alius de glycyrrhiza.

℞ Glycyrrch. Vnc. ij. capill. ven. Vnc. j  
 hyssop. Vnc. ℞. aq. ℥ iiij. Species predicta, in  
 aqua prius seruasacta, horis 24. macerentur:  
 deinde decoquantur ad dimidias: colat. adde  
 mell. desip. penid. Sacchari Ana Vnc. viiij. aq.  
 ros. Vnc. vi. F. Syr. s. art. Mesues.

Alius, Acetosus compositus  
 dictus.

℞ Rad. fenic. apij. end. ana Vnc. iiij. sem.  
 anis. fenic. apij. Ana Vnc. j End. Vnc. ℞. coq.  
 lento igne in aq. ℥ x ad dimidias: adde colat.  
 K 5 sacch.

*Sacch. optimi ℥ iij. aceti accerrimi ℥ ij. Coquantur ad Syrupi consistentiam, Idem.*

*Syrupus alterans simplex ex Infuso.*

*Ratio no-  
minis*

Cur ita dicatur, ex ratione, quam supra dedimus, cuilibet perspectum esse potest. Nam ut prioris materia medica propinqua est decoctum, ita hujus est infusum.

*III.  
Composi-  
tio.*

Ejus compositio etiam duo requirit, Materiam & certam præparandi rationem.

*Materia  
Remota  
Qualitas.  
Et Quan-  
titas.*

Materia itidem bipartita est: alia Remota, alia Propinqua. Illa vel sicca est & infunditur, vel liquida & infundendam excipit. Vtraque tum qualitate, tum quantitate superioris Syrupi materiae remotæ planè respondet. Interim notandum, si liquor, qui vim medicatam è simplicibus extrahere debet, sit aqua communis, ipsi non raro, ad faciliorem extractionem, addi dimidiam partem vini, vel tertiam, aut quartam aceti, aquæ vitæ, siue alterius liquoris substantiæ tenuis & facultatis penetrantis. Neq; hoc silentio inuoluendum, materiam, quæ infunditur, aliquando renouari. Cum videlicet liquor omnem vim in se attraxit, materia infusa eximitur, atq; expressa abijcitur, recensq;

censq; infunditur. Et hoc interdum sæpius repetitur, vt videre est in Syrupis quibusdam officinalibus, qui ex florum infusione fiunt, qualis est Syrupus rosatus simplex & solutivus, ac alii similes.

Propinqua materia non minus ac in superiori Syrupo est triplex: Alterans, Edulcās & Condiens. Alterans, quæ scilicet loco Medicinæ est, est liquor vi medicâ imbutus, quibus & alia ex supra dictis admisceri possunt. De reliquis duabus, aliquid in mediũ vt adferamus, omninò superuacaneum. Eadem enim hîc quæ supra earundem est ratio.

In præparatione duo animaduersione digna: Infusio & Coctio. Infusionis processus talis est. Accipitur simplex aliquod, siue plura & varia, tum ex numero radicũ, tum foliorum, tum florũ &c. Et infunduntur liquoris s. q. in vase idoneo optimè clauso, per horas 24. aut omnimodam virium extractionem, in loco calido, vt B. M. aut cineribus calidis. Interdum etiam, vt eò exquisitius vis medica proledeatur, vna vel altera ebullitio instituitur Coctio verò eodem peragitur modo, vti supra dictum. Assumitur enim liquor, in quo infusio facta, colatur, & additis edulcantibus ac aromaticis,

*Materia  
propinqua  
Qualitas,  
& Quantitas.*

*Præparatio*

156 FABRICÆ RECEPTARVM.  
matis, ad congruam Syrupo crassitiem  
coquitur.

## PARADIGMATA.

### Syrupus de Boragine.

℞ Flor. borag. rec. ℥ij. aq. font. pure calenis ℥  
VIII. Affusa floribus sic in infusione per horas  
24. dimittantur, deinde floribus his (facta  
prius expressione) abjectis, infusio reassum-  
ptis novis ac recentibus floribus, secundo, atq.  
sic tertio iteretur. Postmodum accipe colat.  
hujus ℥ v. sacch. clarif. ℥iij. coque ad for-  
mam Syrupi. August.

### Alius de cinamomo dictus.

℞ Cinam. optimi seu acutissimi crassiuscu-  
le pulverisati Vnc. ij. ℥. Ponantur in cucurbi-  
tam vitream: addanturq. aq. cinam. optimæ  
℥ij. Stent in loco calido, bene obturato vase,  
ne quid expiret, horis 24. deinde colentur &  
valde exprimantur, ac in expressione harum,  
rursum tantundem cinamomi infundatur:  
itereturq. id in uniuersum quatuor vicibus.

Tunc



*Præter demum Cinamomi omni collecto sic infuso. & post quatuor expressiones relicto, affundatur vini Maluatici generosissimi lbj. stent. pariter in infusione, taceam valide exprimantur, & addantur expresso aq. ros. odor. Vnc. ij. sach. albißimi lbj. Decoquantur in vase fictili probe tecto ad consistentiam.*

### *Syrupus alterans simplex ex succo*

De ratione nominis supra nostram explicauimus sententiam.

Materia hujus Syrupi Remota non duplex est, vt in antecedentibus, sed tantum solida. Et sunt varia simplicia, aut eorundem partes, è quibus accipitur vnica quædam, vt herba, vel radix; vel plures simul; atq; vel stirpis ejusdem, vel alterius.

Hujus autem materiae, siue ab vna, siue à pluribus & diuersis sit petita stirpibus, tanta moles accipienda, vt succi expressi lbj, ij. iij. vel quantum expetimus, suppediare valeat.

Materia verò propinqua succus est expressus, colatus & defœcatus, ad lbj. ij. vel plures. Cui postmodum reliqua vt E-

dulcantia & Aromatizantia adjiciuntur.

Præparandi ratio est facilis. Accipiuntur

*Materia  
Remota  
Qualitas.*

*Quantitas.*

*Materia  
Propinqua  
Qualitas.  
& Quantitas.*

*Præparatio  
Sim- 110.*

simplicia & prelo subjiuntur, succus effluens vase idoneo excipitur, qui à residentia & fœcibus liberatus, per colum trajicitur, ac cum reliquis ad formam convenientem coquitur.

## PARADIGMATA.

### Syrupus ex succo ceras. acidorum.

℞ *Succi ceras. acid. per residentiam defœcati* ℥vi. *sacchari albiſſimi* ℥iij. *F. Syrup.*  
*August.*

### Alius de Lupulo.

℞ *Succorum depur. lupuli* ℥iij. *fumar.*  
℥ij. *sacch. clarif.* ℥iij. *F. Syrup. s. artem.*  
*Idem.*

### Syrupus alterans Compositus.

Syrupum alterantem simplicem quæ qualisq; sit componendi ratio, ex dictis manifestum puto, restat jam, ut paucis etiam

niam eompositi conficiendi modum examinemus.

Comparatur autem is modo duplici. Vel enim decoctum, infusum, aut succus, vt suprâ docuimus, seorsim adornatur, atq; postea horum liquorum colatorum duo vel tres simul junguntur pari vel impari mensurâ, vt eorū tota moles ℥j. ij. iij. v. i. cōpleat & tum additur conueniens edulcantiū quantitas, & aromatum etiam si lubet, efficiturq; Syrupus perfectè coctus. Vel paratur succus ad ℥j. ij. vel plures, atq; in eodem colato ac defæcato decoctio vel infusio instituitur, infundendo aut decoquendo videlicet in eodem alia & recentia simplicia: postmodum colatura repetitur, atq; huic liquori colato adduntur edulcancia aut etiam alia, & coquuntur simul in formam Syrupi. Aut paratur Decoctum, atq; in eodem colato alia infunduntur: siue è contrario fit infusum, atq; in eodem per eolum traiecto nova decoquuntur simplicia: Et demum colatura additis reliquis proportione congruâ ad consistentiam coquitur.

*Materia  
& præparatio  
Syrupi compositi*

## PARADIGMATA.

Syru-

IV.  
Prescribē-  
di formu-  
le.

Syrupus compositus ex decocto & succo seorsim utroque; confecto constans, & est Syr. de endiuia comp.

℞ End. rec. borag. Scar. hepat. bugl. meliss. eupat. lact. Ana Mj. quat. sem. frig. maj. Ana Vnc. j. fl. cordial Ana Drach. iij. sant. albi, rubri Ana Drach. i. Coq. in s. q. aq. fontis seu ℞ v. sec. art. ad medias: deinde colat. adde succi end. depur. ℞ v. granat. Vnc. iij. sacch. albi ℞ iij. F. Syr. ut est artis. August.

Syrupus Compositus ex succis in quibus instituitur decoctio: qualis est Syr. de mentha major.

℞ Succu cydon. acidodulc. dulc. granat. acidodulc. dulc: acid. Ana ℞ j. ℞. In succis horis 24. macera mentha sicca ℞ j. ℞. ros. rubr. Vnc. ij. his adjuncto vini antiqui Mens. duas nostrates seu ℞ iij. Coq. lento igne ad dimi-

*dimidias: postea colentur, addendo colat. mel-  
lis aut sacch ℥ij. Coq. ad perfectionem, & cū  
reposueris aromatis. cum gall. mosch. vera tri-  
ta & in sindone ligata atq; ex orificio vasis su-  
spensa Drach. iij. Mes.*

Vsum habent maximum Syrupi hi ad al-  
terandum vario modo tum corpus, tum  
eiusdem partes singulas. Hinc alii ca-  
lescunt, refrigerant, siccant, humectant:  
alii incidunt, attenuant, incrassant, con-  
stringunt, detergunt, leniunt, aperiunt, ob-  
struunt. Quidam diuretici, saxifragi, som-  
niferi, hidrotici, menstrua prouocantes aut  
sistentes, lac aut semen generantes vel cor-  
rumpentes: quidam verò alexiterii & cor-  
roborantes, cephalici, becchici, cardiaci,  
hepatici, splēetici, stomachici, hysterici, vel  
arthritici. Nonnulli refrigerando & hume-  
ctando spirituū agitationē præposterā, mo-  
tū humorum effrenē Sanguinis calorem &  
bilis furorē attemperant ac cohibent: non-  
nulli calefaciendo attenuādo & abstergēdo  
vires naturales sopitas ac languescētes eri-  
gūt, natiuū calorē, morborū curatorē pri-  
mariū recreant, & humores frigidos ac  
crassos concoquunt: nonnulli humectādo,  
laxando, aperiendo, rarefaciendo ad felicē  
*ἀνακάταρσις* corpus ac humores præparant  
si præsertim humores vitiosi in prima cor-  
poris

V.  
utilitas

l

poris

poris regione stabulentur, quò Syrupi facile sine vehiculo pertingere possunt. Conferunt ergò in vigiliis nimis & omnibus qui insomniam secum adferunt affectibus, veluti sunt dolores vehementes, phrenitis, melancholia, mania, febres. Valent ad intercipiendas cohibendasq; in crassando fluxiones capitis. impetu in fauces, pulmones & ventriculum irruentes. Lentoris enim ope diutius in ore cunctantes humorum il-lapsum facile sistunt. Conducunt omni-bus ferè pathematis oris, gingivarum, lin-guæ, faucium, columellæ, amygdalarum, laryngis, tracheæ, œsophagi: eorundem siccitatibus, tumoribus, inflammatiõibus, vlceribus, aphthis, prunæ, anginae, raucedini & asperæ arteriæ inæqualitati. Ad mor-bos thoracis, pectoris & pulmonum sunt singulares, ad omnem respirationis defe-ctum, asthma, orthopnæam, sputationem Sanguinis, peripneumoniam, pleuritidem, phthisin, tussim, uomicam, empyema. In febris etiam ephemeris & heclicis, putri-dis & non putridis, continuis & intermit-tentibus, calidis & non calidis, malignis & non malignis; ad earundè calorè contemperan-dū & fomitem tollendū, cum fructu adhi-beri possunt. Quanquam hisce in casibus in Syraporum locum Iulepi ferè à nostræ ætatis

ætatis Medicis subſtituantur. Neq; etiam negligendi Syrupi ſi quid ventriculus detrimenti paſſus, in ipſius ſcilicet intemperieb<sup>9</sup> quibusuis, coctionis imbecillitate, cardialgiâ, ardore, vomitu, ſingultu, inflammatione, picâ, malaciâ, bulimo, ſiti, cholera. Noxas jecoris & lienis ſubleuant, quales ſunt dyſcraſiæ, obſtructiones, icteri, cachexiæ. Nec non alui profluuia diarrhœam, lienteriam, dyſenteriam, tenesimum & alios inteſtinorum affectus, vt colicam, ileum ſanare valent. Renum, vreterum, & veſicæ paſſiones, ardorem nempe, obſtructiones, ârenulas, calculos, vlceraſiones, ſtranguriam, dyſuriam, gonorrhœam, & ſimiles, corrigere poſſunt. Ad omnis generis vteri fluxiones immoderatas aut præternaturales ſiſtendas, naturales verò ſuppreſſas eliciendas, alios quinetiam eiufdem affectus apprimè ſunt idonei. Suum deniq; etiam locum habent in curanda arthritide, lue venerea, ſcabie & paſſionibus ſimilibus. Atq; vt rem in pauca contrahamus, in morbis chronicis, intemperiebus partium inveteratis, vbi continuo alterandum & morbo<sup>9</sup> perenniter oppugnandus, ejuſuè reliquie rollendæ, medicamentum Syrupus vtiliſſimum. Cum aliàs noua ſemper Apozema-

tis aut alterius medicamenti præparatio cum molestia esset repetenda.

¶ I.  
Vsum.

Expendamus jam & vsum Syruporum alterantium: id est, quo modo, qua quantitate, & quo tempore in vsum ipsi vocari debeant. Primum quod attinet, vel simpliciter hauriuntur instar alterius potus: vel si adhibentur ad affectus linguæ, faucium, raudinem & sitim sedandam, diutiùs in ore retinentur, vt omnes faucium musculos irrigent ac relaxent. In oesophagi, arteriæ asperæ, pulmonis etiam & pectoris pathematis assumuntur ex cochleari vel cum baculo liquiritiæ sensim deglutiendo instar eclegmatum, capite interim aliquantum in scapulas reclinato, vel, vt alij volunt, in pectus prono, vt epiglottis laryngi incumbens eò magis hiet. Syrupi præparantes si accipiendi hyeme, & humores frigidi coquendi, calidi, non verò tepidi, ne ventriculum remittendo vomitum causent, deglutiendi: æstate verò & vbi calidi ac biliosi præparandi humores, frigidi; modò id ventriculi imbecillitatis non prohibeat. Consulunt etiam quidã, assumpto manè Syrupo ipsi indormiendum, vt eò facilius operetur. Ioubertus authot est, vt Syrupi somniferi etiam ex cochleari assumantur, diu-

tius



tius eos in ore retinēdo & sensim deglutien-  
do. Quia, inquit, si ventriculus ex frigidita-  
te aut largiore humiditate imbecillior eua-  
ferit, multò præstanti⁹ nobis, illos ore tan-  
tū continere diuti⁹, ne si absorbeantur de-  
terius multò habeat ventriculus. Possunt  
verò quamdiu os replent suis qualitatibus,  
magis afficere cerebrum, quàm longius di-  
stantes, & ab intimo corpore, (sanè quā os  
calidiore) refracti. Idem vult syrupos bechi-  
cos ad pulmones multò facilius perue-  
nire dilutos: eo modo, quo potionis alen-  
tis haud negligendam portionē in illos de-  
ferri sinit epiglottis.

Iusta etiam in porrigendis Syrupis obser-  
uanda quātitas. Syrupi præparātes ad Vnc.  
j. ij. iij. vel iv. exhibendi, pro sisporum effica-  
ciā, jucunditate & partis affectæ distantia.  
Et vel semel, vel bis in die; ac tamdiu, quam-  
diu visum fuerit, aut vsq; dum coctionis si-  
gna appareant. Somniferi aut narcotici ad  
Vnc. ℞. j. vel ij si minus efficaces. Qui ad  
ariditatem linguæ, catarrhum, pectoris af-  
fectus, & venena pellenda sunt destinati, ad  
cochl. j. ij. iij. quotiescunq; opus videbitur,  
degustandi.

Tempus quoq; Syrupos assumendi ad-  
modum est variū. Aliquando enim indiffe-  
renter quacunq; hora sumuntur, cum vr-

get affectus aliquis, qui promptum exquirat remedium, ut est lipothymia, syncope, suffocatio ab utero, catarrhus suffocatiu<sup>9</sup>, vomitus sanguinis, cholera & similes. Ita & alexiteriis hora certa constitui non potest, cum subindè deglutiendi veniant, ut cor benè muniat: efficaciores tamen sunt inani ventriculo assumpti, ut qui à cibarijs mimimè eneruentur. Huc etiam referendi qui ad tussim faciunt: hi tamè maximè post occasum solis, cum eo tempore inprimis fluxiones excitentur, exhibendi; modo ventriculus cibi non sit onustus. Item, & qui expectorationem promouent: manè tamen ut plurimum, quo nocturna defluxio, & somni ratione inspissata, eijciatur. Ita & qui sitim restinguunt, quavis horà, ipsà monente, vsurpandi. Tempore verò destinato ferè assumuntur Syrupi præparantes & ad humorum digestionem facientes, manè videlicet horis quatuor aut quinque; ante prandium: item & circa vesperam, ante cænam aliquot horis, ubi humorū concoctio acceleranda. Sobriè enim cauendum, ne Syrupi hi propinentur, ciborum cōcoctioni quando incumbit ventriculus, quia aliàs obstructions progenerant, & cibum inconcoctum ad venas capillares deducunt. Hy-

Hypnotici hora decubitus, longius à ætate, ne ventriculi concoctionem sua frigiditate impediant, adhibendi.

Neq; verò Iouberto consultore, satis est tres aut quatuor tantum horas interponi, cum noctu quàm interdiu prima concoctio longè tardior sit. Proinde ad horas antelucanas eorum vsus differendus, quibus, cum omnes ferè maximè dormiant, somnus minore negotio conciliatur, & matutinum tempus sequitur, quòd naturâ suâ ægris est remissius. Per horam verò ante cibos deglutiendi Syrupi, quum robur ventriculo addere volumus, aut vomitum vel nauseam præcauere: imò hoc in casu etiam à pastu degustandi. Cæteri quiuis, quantum fieri poterit, vacuo propinentur ventriculo.

### *Syrupus Purgans.*

Syrupi alterantis tum Simplicis tum Compositi conficiendirationē, præscribēdi methodū, vtilitatē, ac in adhibēdo vsu, hucusq; literis mandauimus, ad Purgantem vtnūc accedam<sup>9</sup>, methodi lex à nobis exposcit. Est autē is non min<sup>9</sup> varius ac Syrupus

II.  
Differen-  
tia.

Alterans. Catharticus enim etiam diuidi potest in Simplicem & Compositum.

Simplex in eum qui ex Decocto, Infuso vel Succo. Compositus verò etiam aliquando constat ex decocto & infuso, vel horū aliquo & succo, vel omnib⁹ tribus. In singulis saltē materiā breuiter enumerabimus, Præparandi enim ratio suprà jam est descripta.

*Syrupus purgans simplex ex decocto.*

Materia Syrupi purgantis ex decocto remota non est alia, quàm quæ in Apozemate purgante coquitur: purgantia videlicet idonea cum suis corrigentibus: quæ vel accipiuntur sola, vel simul ipsis admiscuntur, quædam ex alterantibus. Cathartica accipiuntur eâ quantitate, quâ in tot doses, in quot Syrupum præscriperis, sufficere possint; nisi Syrupi purgantes in decoctione, secundaria addantur. Tum enim tantum illis demendum, quantū facultatis catharticae ab his Syrupis accedit.

Alterantium verò pondus & corrigentium ex Apozematis doctrina cuius colligere est integrum. Atq; hæc materia in aqua quæ communis seu alterius liquoris quantitate

titate sufficienti decoquitur, vt in Apoze-  
mate dictum.

Materia autem propinqua est decoctum  
hoc colatum ad ℥ij. ij. iij. vel plures: quod  
postmodum eadem pro materia edulcante  
& aromatizante, quæ syrupus alterans acci-  
pit: nisi quod interdum etiam syrupi pur-  
gantes hîc adoptentur, vel etiam purgan-  
tia mollia, vt pulpa cassiæ, tamarindor. &c.  
aut elect. officinalia liquida: quorum quan-  
titas modò maior, modò verò minor, pro-  
ut syrupum magis vel minùs validum pa-  
rare voluerimus, sacchari autem vel reli-  
quorum edulcantium mensura, exactè de-  
finienda hîc est, vt possimus esse certi de  
dosi syrupi.

### *Syrupus purgans ex Infuso.*

Eadem est ratio syrupi purgantis ex In-  
fusione parati. Nam ex eadem materia, ex  
qua suprâ decoctum fieri diximus, paratur  
etiam Infusum. Nisi quod cathartica in mi-  
nori quantitate infundi quàm decoqui so-  
leant; maiori tamen, id est, duplâ, quàm si  
assumantur in substantia.

Infuso postmodum ritè parato ac cola-

L 5 to,


to, tanquam materię propinquæ, adduntur  
reliqua, & simul omnia, vt suprâ, ad confi-  
sistentiam coquantur.

*Syrupus purgans ex succo.*

Syrupus purgans simplex ex succo ad-  
modum est rarus. Purgantia enim nostra,  
(de verè talibus loquor) pleraq; sunt arida  
& ex succa, vel saltem ad succû per expres-  
sionem suppeditandum inepta. Si verò ta-  
lem parare occasio datur, catharticum ea  
quantitate assumendum, vt tantam succi  
copiam, quanta opus, de se fundere possit.  
Cui succo colato ac defæcato, postmodum  
ad conseruationem & dulcorem edulcan-  
tia, ad condituram verò & correctionem  
aromatica adijcienda, atq; simul omnia se-  
cundum legem Syrupi præscriptam deco-  
quenda. Et his de Syrupo purgante sim-  
plici sermonem nostrum concluda-  
mus: si prius exempla harum tri-  
um specierum subjeceri-  
mus.

¶(o)¶


PARA-


 PARADIGMATA.

Syrupus purgans simplex ex decocto;  
 aliàs Syrupus de Cichorio cum  
 Rhabarb. dictus.

<sup>IV.</sup>  
<sup>Formula</sup>  
<sup>remediorū</sup>  
 ꝛ. End. domest. sylvest. Ana Mij ꝛ cichor.  
 tarax. Ana Mij. cicerb hepat. lact. domest.  
 fumi terra. lupul. Ana Mj. hord. integr. Vnc. ij.  
 capill. ven. Vnc. ij. ꝛ Drach. ij. vesicar. gly-  
 cyrrh. aspleni seu ceterach, cuscute Ana  
 Drach. vi. adiantbi vulg. rad. fœnic. aspar. a-  
 pj Ana Vnc. ij. Decoq. in aq. ꝛxxx. ad medie-  
 tatis consumptionem, deinde cum sacch. albi  
 clarif. ꝛ x. F. Syr. pro cuius unaquaq. librâ  
 inter coquendum adijciantur Rhab. opt. Vnc.  
 ꝛ. spica ꝛij. Ligarò hac in Linteolum rarum.  
 ꝛ exprime in decocto, bullièdo parùm.  
 priusquam saccharum adijciatur, deinde  
 de in percocto syrupo suspēdantur.

Nic. Florent.



 Syru-

Syrupus purgans simplex ex  
Infusione florum persi-  
corum.

℞. Fl. persic. rec. ℥j. Macerentur horis 12.  
in ℔ iij. aqua calentis, expresso postmodum  
& colato liquori, parem florum recentium  
quantitatem infundendo, idq; ter aut quin-  
quies iteretur. Postreme dehinc colatura ac-  
cipe ℔ iij. sacch. albi ℔ ij ℥. F. s. art. Syrupus.  
August.

Alius de Rhabarb. Solutiuus  
vocatus.

℞. Rhab. optimi, fol. sena Ana Vncij ℥. fl. vi-  
ol. Mj. cinam. Drach. j ℥. Zingib. Drach. ℥.  
Aq. beton. cichorij, bugloss. Ana ℔ j. F. omni-  
um infusio per noctem: manè ebullitione &  
expressione facta, colatura decoquatur in Sy-  
rupum cum sacch. albi ℔ j. aut quantum satis.  
adde syr. ros. sol. comp. Vnc. iij. Idem.

Alius de Sena simplex.

℞. Fol. sena Or. mund. ℔ j. follic. eimod. Vnc.  
iij. cor-



iiij. cortic. cappar. Vnc ij. polypod. è quercu Vnc.  
 iiij. thymi. epith. Ana Mj. anisforum Vnc. j. fœ-  
 nic. fêsel. Ana drach. iij. cassutha Drach. vi.  
 trium fl. cordial. Ana Pj. Aq. cordial. temper-  
 rat. Ana. q. s. Macerentur horis xxiv. in vi-  
 treo vase strictiorificij, & manè factâ colatur-  
 râ: adde sacch. ℥ iiij ℞. Coquantur ad iustam  
 crassitiem.

### Syrupus purgans simplex ex succo: vulgò syrupus do- mesticus appellatus.

℞. Baccarum fruticis illius quem spinam  
 seruinam vocant, circa finem Septembr. aut  
 Octobris initio collectarum q. s. Contundan-  
 tur in pilâ lapideâ, deinde exprimendo colen-  
 tur. Succus expressus coquatur lento igne,  
 donec quarta pars absumat, atq. iterum co-  
 latur: ℞. huius colati ℥ iij. mellis despumati  
 Vnc. xvi. Coquantur simul, donec syrupi benè  
 cocti consistentiam acquirant, adyciendo' in  
 fine anisi, mastich. Ana. Drach. iij. Zingib. ci-  
 nam. Caryophill. Ana Drach. j ℞. F. Syr. Au-  
 gust. & Alij.

Syrup-

*Syrupus compositus purgans.*

III.  
Composi-  
tio.

Syrupus compositus purgans iisdem  
 prorsus quibus alterans compositus confi-  
 citur modis: pro materia verò accipit ea-  
 dem quæ simplex purgans. Materia enim  
 syrupi huius compositi remota eaq; solida  
 sunt varia, simplicia purgantia, tum etiam  
 alterantia aut corrigentia, plura pauciora, quæ  
 vel coquantur, vel infunduntur in liquoris  
 conuenientis quantitate sufficienti, vel ex-  
 primuntur: atque horum liquorum cola-  
 torum duo; id est, decoctum & infusum,  
 vel decoctum aut infusum & succus: siue  
 omnes tres; hoc est, decoctum, infusum &  
 succus simul confunduntur. Siue etiam  
 in parato succo, decocto aut infuso, ac co-  
 lato, alia decoquantur vel infunduntur:  
 atque denuò per colatorium transfuso hoc  
 liquore, adduntur reliqua edulcantia,  
 aut etiam syrupi purgantes, de qui-  
 bus omnibus in syrupo purgante  
 simplici actum.

PARA-

## PARADIGMATA.

Syrupus purg. compos. ex decocto & succo utroque seorsim parato constās: & vocari solet syrupus de fumar. cōpositus.

℞. Myrob. citr. chebul. Ana Drach. xx. fl. IV.  
 borag. bugl. violarum, absinth. cuscut. Ana Prescribē  
 Unc. j. glycyrrh. rosarum. Ana Drach. iv. c. di formam  
 pith. polypod. Ana Drach. vii. Prunorum la.  
 Num. centum, passul. enulc. ℥ss. Aq. fontis  
 ℥x. Coquantur omnia lento igne secundum  
 artem, & colentur: ac in colatura adhuc calente  
 dissoluantur tamarind. pulp. cassia Ana  
 Unc. ij. deinde verò adde succi fumi terre de-  
 purati, sacch. albi Ana ℥ iij. Rursum coqua-  
 tur in formam syrupi. Mef.

Alius ex succis in quibus facta decoctio paratus & vocatur syrupus è pomis regis Sabor.

℞. Succu pomor. Auls. borag. bugl. Ana ℥ jss.  
falsi.

follicul. sena Vñ. ij. croci Drach. j. sena contri-  
ta horis 24. in succis maceretur ac semel aut  
bis feruescat & coletur: expressum cum  
sacchari ℥ij. percoquatur in syrupum. Crocus  
panno lineo ligatus inter coquendum infrice-  
tur. Idem.

Alius ex decocto in quo fa-  
cta infusio apparatus: &  
syrupus Diafercos  
appellatur.

℞. Intybi latifolij seu End. cichor. Ana M  
ij. adianthi albi seu rut. murar. nigri seu ca-  
pill. ven. agrim. scolopend. seu ceterach, lupuli  
fumar. Ana M ℞. gran. halicacabi, cuscute  
Ana Drach. iij. rad. apij foenic. aspar. Ana  
Vnc. ℞. polypodij querc. Vnc. j. glycyrrh. Drach.  
vi. sem. cnici Vnc. j. ℞. sem. quat. frig. mai. Ana  
Drach. ij. hordei non excort. Pij. sem. endiu. ci-  
chory Ana Drach. j. ℞. uuarum passarum Vnc.  
j. Prunor. Damasc. Num. xx. fl. borag. bugl.  
viol. Ana P j. myrob. citr. chebul. Ana Vnc. ℞.  
Omnia in aqua ad tertius decoquantur, & in  
huius decocti iure colati ℥ij. ℞. macerentur se-  
orsim per noctem Rhabarb. el. Vnc. ij. ℞. agar.  
troch.

*troch. Vnc. j. fol sene Vnc. jß. Zingib. cinam.  
Ana Drach. j. Expressis colatisq. uerum adde  
sacch. lbj. syr. rosat. solut. Vnc. iij. Mixta om-  
nia rursus modice coquantur ad instam spissi-  
tudinem. Andernacus.*

Vt imur syrupis purgantibus in morbis  
præsertim chronicis, vbi præcautio peren-  
nis, vel euacuatio sensim per *ἐπιερασιν* facta  
est necessaria; vt sic per interualla illuuiis  
humorum euacuetur. In corporibus et-  
iam cacochymis, quibus hac ratione cõsu-  
litur; & occasio futurorum morborum  
præscinditur. Nec non vbi simul altera-  
re, roborare, vacuare & morborum vestigia  
prorsus abolere consilium. Omnium verò  
frequentissimè syrupi hi in potionibus ca-  
tharticis ad faciliorem humorum vitioso-  
rum exclusionem dissoluuntur.

V.  
Vtilitat.

Syrupi purgantes assumuntur plerumq;  
vt alia cathartica, tempore matutino, aut  
etiam vespertino, ventriculo inani existen-  
te: ne vis ipsorum à cibis obtundatur & o-  
peratio retardetur.

VI.  
Vsum.

Dosis horum syruporum vix definiri po-  
test. Est enim maior vel minor, prout ca-  
tharticis copiosis & validis magis vel mi-  
nus impregnatus fuerit. Incipit autè ab Vnc.

M

B. &c

ß. & progreditur ad Vnc j ij iv. aut etiam sex vsq; Vfus etiã eorundẽ aliquãdo frequens, aliquando verò rarus. Nonnunquam enim accipiuntur duobus vel pluribus diebus continuis, nonnunquam alternis: interdum bis in septimana, interdum verò tantummodo semel atq; iterum singulis mēsi- bus: prout scilicet variã est Medici intentio & curandi scopus.

## OBSERVATIONES.

*Syrupi ex succis extractis parandi, maxime vere & æstate, cum herbae recentes & succi plena habentur, præscribi debent.*

*Syrupis pectoralibus, ad maiorem incisionẽ, & feliciorẽ expectorationem, Practici communiter ol. Vitrioli, vel sulphuris, ad aliquot guttas, vel q. s. ad gratum ipsis conciliandum, saporem immiscent.*

*Cum omnis generis & quibusvis ferè indicationibus satisfaciẽtes syrups, in officinis iam confecti, ad usum futurum custodiantur: fit inde, ut raro admodum à Medicis syrups magistrales, & de nouo parandi præscribantur; sed plerumq; illorum plures simul inter se miscẽtes, ægrotis suis imperent.*

Cu.

## Cuius exemplum hoc est.

℞ Syr. de farf. Vnc. j. ℞. hyssop. scab. Ana  
 Vnc. j. prassu Vnc. ℞. oxymel. scillit. Drach. ij.  
 ℞. sulph. q. s. pro acore. M. Ad asthma.

## CAPVT IX.

## De Iulepis.

**V**ix quicquam est, quod Medicos apud *Quid sit Iulepis.*  
 ægros suos magis commendet, quam  
 si illos gratis ac iucundis curēt medicamē-  
 tis; quòd etiam omninò faciendum, si mo-  
 dò commoda haberi possint. Atq; hæc et-  
 iam primaria fuit causā, quod Arabes (Græ-  
 cis enim veteribus æquè ac syrupus igno-  
 tum fuit medicamentum, quod ex nomi-  
 ne barbaro colligere licet) Iulepum, vtpo-  
 tè medicamentum haud insuaue excogita-  
 rint. Vocatur autem hoc medicamenti  
*Nomen*  
 genus Iulep, Iuleb, vel Iulepus; à recentio-  
 ribus Græcis, vt Actuario, Arabum imi-  
 tatione, Ζυλάπιον vel Ζύλαπον. A Sethi ἰόλα-

M 2

Ray,

*ſor*, q. violarum infuſum, *ἰοῦ* enim Græcis violam ſignificat. Eſtq; Iulep vocabulum Arabicum ſiue Perſicum, de cuius denominatione varij variè diſputant. Braſauol<sup>9</sup> à Iu, quod apud barbaras quaſdã nationes ſuccum ſignare ait, deriuari vult. Quidam verò Iulep apud Perſas potionem dulcem notare affirmât. Latius autem multò Iulepi nomen extenditur nunc quàm apud Arabes factum. Ab illis enim Iulepi nomen abſolutè poſitum, datur ſaltem ſaccharo aquâ roſarum diſſoluto & cocto, veluti eſt Iulep roſarum Alexandrinus aliàs dictus. Hodie verò etiam eundem in modum ex aqua violarum & ſaccharo viſitatè paratur julepus: nec non ex vino, qualem deſcribit Arnold. de Villa Noua. Imò noſtræ ætatis Præctici Iulepos etiam vocant, ſyrupos aquis ſtillatiſſijs vel decoctis diſſolutos. Eſt igitur Iulep hodiernus, in genere ita dictus, medicamentum internum ſyrupo magis liquidum, cum, vel citra coctionem paratum.

*Deſcriptio  
generalis.*

Quanquam Iulepi varijs, & quidem iisdem omnibus, quibus ſyrupi, cõfici poſſint modis: nos tamen ne fruſtrà medicamentorum formas multiplicare dicamur, aliquos ſaltè, & quidem magis conſuetos, julepos præparandi modos, noſtrâ perſequemur explicatione. In reliquorum enim locum, nō incom-

incom-



incommodè Apozemata, aut syrupi substituuntur.

Præparatur autè Iulepus aliquando per coctionem, aliquando citra eam. Qui per coctionem fit, aut simplex est, aut compositus. Nos de horum utroq; simul agemus.

### Iulepus Coctus.

Incipientes ergò à priori partitionis nostræ parte, id est, Iulepo coctionis beneficio apparando; dicimus ipsum esse medicamentum internum, liquidum, ad consistentiam inter Apozema & syrupum mediam, coctione redactum.

Inter Apozema & syrupum mediam) olim in conficiendis Iulepis ad liquores sacchari vel mellis pòdus equale, imò triplù ad ijeiebatur; diutiùs etiam syrupis Iulepi coquebantur, ita ut tota ferè liquoris quantitas absumeretur, & in lbj. Iulepi, Vncia tantùm liquoris remaneret. Hodie verò dilutiores existunt Iulepi, syrupis.

Neq; enim tam diu ac syrupi coquantur, neq; tantam sacchari vel mellis copiam recipiunt. Differunt & in hoc Iulepi hi cocti à syrupis. Quod illi intemperie ferè corrigendæ, siti leniendæ, humoris ardori frenando ac compescendo, malignitatig;

M 3 fran-

17.

*Differètiæ*

*Descriptio  
Iulepi.*

*Syrupus  
& Iulepus  
quomodo  
inter se dif-  
ferant.*

*Compo-  
sit.*

*Compo-  
sit.*

*Compo-  
sit.*

frangendæ sint accommodati: hi verò ad humores præparandos ac digerendos, & morbos quosuis ferè abigendos sint destinati. Hinc etiam Iulepi comùiter saltem ex aquis stillatitijs, aut succis gratis componuntur: syrùpi autem ex succis quibusuis, nec nõ sepissimè ex decoctis, aut infusis paratur.

*In quibus Iulepi & Apozemata di- scripent.*

Longius autem multò distant hi Iulepi cocti, ab Apozematis. Sunt enim illi majoris crassitiei, & diutiùs coquantur, gustu quinetiam longè suaviores. Sacchar enim maiorem accipiunt quantitatem, nec ita varia & ingrata ad sui compositionem asci- scunt. Proinde etiam ad delectationem in- primis hæc medicamenti forma videtur ex- cogitata. Apozemata verò in humorum at- tenuationem atq; detersionem, in corporis præparationem & in reliquiarum expulsio- nem inuenta sunt.

*III. Composi- tio.*

In huius verò percoctionem parati Iule- pi compositione duo percensibimus: In- gredientia & Præparationem.

*Materia alterantis. Qualitas.*

Illa sunt triplicia: Alterantia, Edulcan- tia & Aromatizantia. Materia alterans vel est Simplex, vel Composita. Simplex: ut, aqua communis, stillatitia aliqua, suc- cus quidam expressus, & à facibus repur- gatus, vel alius aliquis liquor conveniens,

vt,

vt, vinum. Composita verò duplex est  
 Vel enim ex pluribus horum & varijs con-  
 stat; quibus annumerandum & acetum,  
 omphacium, quæ nonnunquam, vt gra-  
 tum Iulepis ingenerent acorem, adduntur.  
 Vel eorundem loco accipitur jus quoddam  
 vnius vel paucorum simplicium, aromati-  
 corum præsertim, aut, quæ sint gustus mi-  
 nus molesti, vt flores; quod jus vel per co-  
 ctionem aut infusionem in aquæ cõmunis  
 vel alterius per destillationem elicite, aut  
 succi cuiusdam depurati quantitate suffici-  
 enti, eodem, vt in syruporum doctrina di-  
 ctum, modo, apparatus. Hoc tamen notã-  
 dum, decoctũ vel infusum interdum loco  
 simplicium recipere conseruas, aut condi-  
 ta molliora ad Vnc. ℥ ij. iij. vel plures; quib⁹  
 & aliquando jungi solent aromata ad ℥ j.  
 ℥ j. vel duas; atque hæc simili ratione in ho-  
 rum liquorum aliquo, vel decoquuntur, vel  
 infunduntur. Atq; hoc si fiat, liquoris post  
 decoctionem aut infusionem colati; vsus  
 etiam esse potest loco julepi, citra alterius  
 materiæ edulcantis additionem.

Huius verò materiæ alterantis, id est, li-  
 quoris aut simplicis, aut compositi; siue ex  
 cõmixtione plurium liquorum, sine deco-  
 ctione aut infusione cõparati, quãtitas est ad

M 4

libi

avtali  
 mimbals  
 vntals

Quantitas

Quantitas  
 Quantitas  
 Quantitas

Quantitas

libitum; ℞ ℞. v. g. ℞ j. ij. maior, minor.  
Atq; in composita ex commixtione accipiuntur liquorum vel Ana partes æquales: vel modò succi, aquas: vel hæ illos: &c. aliquot vncijs superant.

*Materia  
adulcantis  
Qualitas.*

Materia dulcans plerumq; est saccharū album commune: aliquando candi, in affectibus nimirum thoracis: rarius mel, quia non æquè gratū ac saccharū. Sanis enim & ægris huius Iulepi amœnitas exoptata quasi esse debet. Ad affectū tamē frigidus ex mel le loco sacchari ipsum componere licebit. Nonnunquā adduntur & syrupi vel Iulepi officinales.

*Quantitas*

Huius verò materiæ, ratione cui? dulcescit Iulepus, accipitur, triēs, quadrans vt plurimum, aut sextans, si dilutiō expectatur Iulepus, ad materiā alteratōem. Adijcitur etiā à quibusdam mediætas, quāquam hæc dosi quibusdam nimia videatur.

*lib. Meth.  
ad praxin.  
cap. de Iu-  
lepo.*

Imò Heurnius aliquando sacchari & liquoris accipit partes æquales. Sed res est non magni momenti. Quia si multum sacchari addatur, tum minùs diu doquēdus Iulepus. Varianda tamen eius mōles, prout materia reliquā gustu vel viribus magis aut minùs fuerit efficax.

Aromatisare si lubet Iulepum. eādē ratiōne, ac iisdem perficitur, vt in syrupo dictum.

Præ-

Præparandi ratio etiam est eadem quæ *Præpara-*  
Syruporum; & ut illic ad Syrupi, sic hîc *io.*  
ad Iulepi, liquor cum edulcantibus  
coquitur crassitiem.

℞(o)℞



*M s*

*Iulepi*

*Simplex: ut, Aqua communis, stillat. succus depuratus, vinum, vel sim. liquor.*

*Qualitas: est q<sup>3</sup> vel*

*Accipitur jus quoddam ex simplicium, vel conservarum, vel conditorum coctione aut infusione paratum.*

*Alteras: cuius notanda*

*Composita: est duplex: vel enim.*

*Horum enumeratorum liquorum duo vel plures simul miscentur.*

*Iulepi coctima teria alia:*

*Quantitas: est ad libitum, major, minorue: v. g. ℥ j. iij. &c.*

*Simplex: ut Saccharum, mel.*

*Edulcans: atq, hujus percensenda*

*Qualitas: est q<sup>3</sup> vel*

*Composita: ut, sacch. & Syrup. vel Iulep. officinalis.*

*Quantitas: Tertia vel quarta pars ad liquorem*

*Aromatizans: Eadem qua Sympliciorum.*

## PARADIGMATA.

Iulepus expectorationem  
promovens.

IV.  
Ratio præ-  
scribendi.

℞ Aq. scabiosæ, farf. hyßop. Ana Vnc. iij.  
Sacch. albiß. m. Vnc. vi. Coque ad formam ju-  
lepi. refrigerato adde ol. sulph. ℥j. vel Drach.  
B. Bertoldus in Collect. Iuleporum.

Alius ad febres ardentes.

℞ Succi acetos. alleluja, limon. Ana Vnc.  
vi. succi cucurb. ℥ij. Sacch. ℥ij. Iulep. Idem.

Alius ad melancholiam.

℞ Aq. stillar. viol. borag. bugl. Ana  
Vnc. iij. succi malor. redol. Sacch. Ana  
Vnc. iij. F. Iulep. Idem.

Alius calidus cardiacus.

℞ Aq. citri. borag. ecimi. scorzonera Ana  
℞ A.

Vnc. vi. conf. bugl. borag. anihos, lil. conuall.  
 Ana Vnc. j. pulv. diacameronis, sp. el. de gem-  
 mis Ana Drach. j. conf. alkermes Drach. ij.  
 Mifceantur, simulq; parum bulliant, & cum  
 lb̄ j. Syr. confervationis citri f. julep. Idem.

### Alius frigidus.

℞ Julep. violat. rofat. de acetosa Ana Vnc.  
 ij. acidi citri conditi Vnc. iij. conf. acet. nymph.  
 bugl. borrag. cyrsti. Ana Vnc. j. aq. viol. end.  
 acetos torment. Ana lb̄ s Coquantur ad ter-  
 tias & colentur per manic. Hippocr. Idem.

### Aliud.

℞ Flor. borag. viol. bugl. meliff. citri Ana  
 M j. macerentur horis xxi. in aq. simpl. vel  
 borag. coquantur parum & colentur, in ex-  
 presso dissalve Sacch. albss. Vnc. iij. f. Julepi  
 Fernel.

### Alius.

℞ Aq. limpidissime qua vim rosarum ex  
 frequenti infusione vel quarumcunq; herba-  
 rum bibit, sacchari optimi, Ana: quaeque libra  
 aque accipiat albumen ovi recentissimi, ve-  
 hementem.



tēmenterq; quatiantur; hinc affunde saccharum; lenioq; igne coquantur, ut tota spuma euomat & abijciatur.

Deinde bis ternè per filtrum traiciatur: hinc iterum coquatur, dum cereuisia Gedano crassitudinem referat. Heurnius.

## Iulepus non coctus.

Iulepus citra omnem ignis vim paratus, duplici sit modo. Vel enim comparatur ope Colaturæ, vel Commixtionis.

Prioris meminit ingeniosissimus Fernellius lib. 4. meth. medendi c. 12; in cujus compositione duo notanda: Materia & Præparandi ratio. Materia est vel alterans, vel dulcans, vel Aromatica. Alterans eadem quæ suprâ, vt, aq. stillat. succi, decocta aut infusa, quibus & Syrupi aut Iulepi quantitate ferè subdecuplâ admisceri possunt: & post colaturâ factam de liquoribus acidis; aceto, ol. sulphuris vel vitrioli quantum satis ad acorem gratum, si lubet, affundatur.

*Edulcās est saccharum expurgatum.*  
*Aromatica sepius iam dicta est.*

Quoad

III.  
Composi-  
tio Iulepi  
per Cola-  
turam cō-  
fecti.  
Materia  
Qualitas.

*Quantitas*

Quoad quantitatem absolutam, accipiuntur singula hæc copiâ modò minore, modò majore, prohibitu scil. Proportionatâ verò quod attinet: sacchari ferè quadrâs aut sextâs assumitur respectu materiæ alterantis: aromatum verò ℥j vel Drach. ℞. pro liquoris ℥℞.

*Preparatio.*

Præparatio hæc est. Saccharum repurgatum & aromata puluerisata induntur colodenso vel manicæ Hippocratis, quib<sup>9</sup> postmodum materia alterans calefacta vel frigida sæpius affunditur, atq; subindè instar vini Hippocratici colo transigitur.

III.

*Compositio. Iulepi per commixtionem parati.*

*Materia alterantis: Qualitas.*

Sedula Neotericorum sedulitas, & aliū Iulepi componendi modum adinuenit, quo etiam hyeme, & alio quouis tempore, quâdo herbarū virentium penuria, Iulepus confici potest. Atq; hi Iulepi, in frequentissimo etiam vsu sunt apud Practicos. Eorum materia alia Alterans, alia verò Aromatica. Alterans vel Crassior est; vt, Syrupi officinales, quibus & annumerare licet Iulepos: vel Tenuior, vt, aquæ stillatitæ, herbarum decocta aut infusa simplicia, succi depurati, vt, granat. berber. ribium, limonum, vel alij liquores, vinum, acetum, ol. Salis, sulph. viæoli. Aromatica suprâ est descripta.

Cras-

back

Crassioris materiae quantitas est Vnc. *Quantitas*  
 ij. iij. vi. prout in plures doses Iulepum  
 praescripseris. Ferè enim hujus Vnc j. aut  
 j. ß. in vnamquamq; dosin sufficit. Atq;  
 hæc postmodum cum aquis stillatitiis vel  
 decoctis vel reliquis liquoribus diluitur,  
 dum ipsi pari, vel majori, id est, duplâ,  
 triplâ vel etiam quadruplâ, quod tamen  
 rarum, affunduntur quantitate. Vbi e-  
 nim præparandi humores biliosi & cali-  
 di vt in febribus calidis & ardentibus, v-  
 bi sitis vrget, & materia morbifica per  
 vniuersum corporis habitum sparsa est:  
 multum horum affundendum, parum ve-  
 rò Syruporum recipiendum. Quia hac  
 ratione minus in bilem vertitur iulepus,  
 facilius etiam ad partes longiùs distantes  
 ejus vis deducitur, & humores furentes  
 aut crassos minori cum negotio diluere,  
 & attemperare potest. Hinc etiam in  
 naturis, morbo & tempore calidis, om-  
 ninò à Syrupis quidam abstinere, & deco-  
 ctasola porrigunt. In affectibus verò vicinis  
 ventriculo minuenda materiae tenuioris,  
 augenda autem spissioris, quantitas. Imò in  
 hisce casibus sæpissimè, nec nõ in diuturnis  
 febribus, ex naturaliũ partiũ intemperie vel  
 obstru-

exempli

obstructionibus, sine liquore alio, aliquando vtiliter exhibentur Syrupi: quod etiã in hydropè ab aliquibus obseruatur, quia hoc in casu exiccare corpus intendimus. Adde, quod ob diuturnitatem morbi, ægri grandes poriones fastidire soleant.

Speciatim verò inter liquores consistentiæ tenuioris, decocta aut infusa, item aquæ stillatitiæ, reliqua copiã vt plurimum longè superant: siquidem succi Iulepo vltra vnciam vnã vel alteram rarò affundantur: imò si sint vehementer acidi; vt succus limonum, acetum, in minori etiam quantitate: quantam videlicet gustus admittit: quod etiam de spiritu vitrioli & reliquis similibus subaudiendum.

*Materia  
aromaticæ  
Quantitas*

Quidam Medici ad quamlibet potionem Iulepi, pro confortatione ventriculi, tabelam morbo conuenientẽ exhibere solent, vt, in affectibus frigidis, aromat. ros. diamosch. in calidis, diatr. santal. diarrhod. Abb. Loco cuius alij aromata puluerisara Iulepis in substantia addunt, ad Drach. ß. j. vel ij. Aut nodulo raro illigata, in Iulepo leuiter ebulliente suspendunt, ac aliquoties exprimunt.

## PARADIGMATA.

Iulepus

Iulepus refrigerans & præ-  
parans.

*IV.  
Formula  
prescribē-  
di.*

℞ Syr. de nymph. portul. ribes Ana Vnc. j.  
aq. acetos. nymph. lact. Ana Vnc. j. Spiritus  
salis gutt. viii. M. In febre tertiana à bile te-  
nui & furente. Sennertus.

Alius in quartana.

℞ Syr. viol. Vnc ij. endiv. Vnc. j. borag.  
bugl. Ana Drach. vi. decoct. portul. bugl. bo-  
rag. lact. melissæ Ana Vnc. j. arom. cum  
sp. latif. Galeni Drach. j. In panno raro suspen-  
sis leuiter ebulliant.

Alius ad palpitationem  
cordis.

℞ Aq. borrag. è fl. destill. Vnc. v. Syr. de  
succ. borrag. Vnc. j. Iulepi rosac. aq. cinam.  
Ana Vnc. ℥ marg. dissol. Drach. ij. M. f. potio.  
Crato. addit etiam auri sol. Drach. j.

Alius ad febres ardentes.

℞

Fol.

℞ *Fol. end. acetos. bugl. Ana Pj. aq. hordei q.s. F. infus. & facta diligenti expressione hujus* ℞ *Vnc. iij. Syr. de aced. citreorum Vnc. ij. M. Heurnius.*

## Iulepus hypnoticus.

℞ *Syr. de nymp. diacodij Ana Drach. vi. decoct. lact. velemuls. sem. lactuca. aut si fortius velis, decocti capit. papar. Vnc. ij. hauriat hora somni. Idem.*

*V.  
Utilitas.*

Iulepus coctus spirituum, humorum & omnium corporis partium, imprimis vero pulmonis, cordis, ventriculi, & hepatis intemperiei calidæ corrigendæ, priuato quodam jure consecratus est. Hinc valet ad capitis ardores demulcendos, ad vigilias exuperantes corrigendas, putredinem humorum anteuertendam, æstum febriliū extinguendum, spiritus procreandos, vapores malignos & corruptos pellendos, omnemq; pestilitatis labem fugandam. Sanis & ægris liquore conuenienti dissolutus, ad sitim fallendam propinatur. Confert etiam speciatim ad expectoratum facilitandum in asthma & quauis alia dyspnœa.

In genere verò, ad omnes affectus, ad quos Syrupus accommodari potest. Sic etiam

jule-

Iulepus per colaturam apparatus, vires exhaustas instaurat, indomitorum humorum ferociam placat, & partes humani corporis, quando ob æstus flagrantiam torrentur, reficit atq; humectat. Imò omnia quæ antecedens præstat.

Postrema verò Iulepi species, quæ per simplicem ingredientium commixtionem paratur, quibusvis ferè morbis inseruit, & ad corporis ac humorum digestionem ac præparationem, vt plurimum loco Apozematis alterantis usurpatur. Si igitur, plura ejus commoditates spectantia, desideras; ibi reperire poteris.

Iulepus Coctus ac Colatus rarò per se bibuntur, nisi in affectibus thoracis, sed plerumq; cum aqua simplici, vel decocto hordei, aut simili potu, dissoluti. Cochleare vnum vel alterum, in singulos haustus, immiscendo. Potest & ipsis addi spiritus vitrioli, salis aut sulphuris, pro ægri gustu; videlicet ne linguam feriant acrius, aut stuporem dentibus adferant. Maximè vbi morbus alicujus malignitatis particeps, & magnum humorum ac partium incendiū: quando putredines aut contagionis labia arcenda, humores crassi

*vt.*  
*vsus.*

196 FABRICÆ RECEPTARVM  
attenuandi, obstructione suè aperiendæ. E-  
orum autem vsus tamdiu continuandus,  
quamdiu hæ indicationes apparebunt. Et  
cum ad sitim leniendam, ac rapidi æstus po-  
tentiam edomandam, communiter impe-  
rentur, quotiescunq; hæc iusserint, hauri-  
endi. Iulepus verò non coctus, in omni-  
bus planè respondet Apozemati alteranti.

### OBSERVATIO.

*In Iulepis digestivis notandum, quosdam  
etiam ipsis immiscere Syrupos purgantes:  
quod tamen nonnulli vehementer improbant.  
Quia Syrupi hi coctionem humorum potius re-  
morantur, ut ijdem existimant, quàm pro-  
mouent.*

## CAPVT X.

### De Potione.

*r.  
Quid sit.  
Nomen.*

**N**il frequentius in formulis Medicorum  
resonat, quàm illud, *Misce, & fiat po-  
tio.* Nomen autem Potionis medicamen-  
ti hæc forma est sortita, quod instar potus  
vnico haustu sumatur; & non instar Apo-  
zeratis



zematis pluribus diebus continuetur, nec nisi diebus aliquot interjectis vt plurimum repetatur: hinc etiam Dosis, & Haustus, à quibusdam vocatur.

Est igitur Potio medicamentū internum, *Descriptio.*  
fluidum, ex liquore & aliis conuenientibus  
constatum, vnà vice assumendum, & ad pur-  
gandum, vel alterandum accommodatum.

Variè quoq; diuiditur Potio. Alia enim  
Purgans est, alia Alterans Cathartica vel  
propriè ita dicta. quæ scilicet per aluū pur- *II.*  
gat: vel minus propriè; atq; hæc vacuat vel *Differen-*  
per vomitum, vel per sudores, vel per vri- *tia.*  
nas. Ejus, quæ per inferiora excrementa  
corporis expellit, differentiæ, in Apoze-  
matis purgantis differentiis inquirendæ.  
Nolumus enim easdem sæpius inculcare.  
Alterans est admodum multiplex: alia cale-  
faciens, alia verò refrigerans: quædam la-  
xans, quædam adstringens: illa hypnotica,  
hæc corroborans seu Cardiaca &c. Neq;  
enim ejus differentiæ quicquam dissident à  
differentiis Apozematis alterantis: ob id  
etiam ad eas cognoscendas lectorem eò ab-  
legamus. Ad alia namq; nobis iter.

### I. Potio cathartica.

Vox καθάρσεως & Purgationis etſi interdum pro quacunq; vitioſorum humorum ſiue per alium, ſiue per vomitum, ſiue per urinas, ſiue per ſudorem euacuatione accipitur: propriè tamen humorum excrementiorum per alium beneficio catharticoꝝ procuratam, expurgationē ſignificat. Hinc etiam Potio per inferiora purgans generis ferè nomine, & καθάρσιον potio dicitur. Atq; cum omnium ſit frequentiffima, ab ipſa exordio ſumpto, ad reliquas progrediemur.

III.  
Compoſi-  
tio.  
Potionis  
ſimplicis  
per coctio-  
nem para-  
ta.  
Materia  
coquenda  
Qualitas,  
& Quan-  
titas.

Est autem ea bipartita: Simplex videlicet. & Compoſita. Simplex, alia ſit per Coctionem, alia per Infuſionē, alia per nudam mixtionē. Quæ per coctionem, in ea duo conſideratione digna: Materia, & Præparandi ratio. Materia alia coquitur, alia non coquitur. Quæ coquitur: vel eſt Officinalis, vel Magiſtralis. Officinalis, quando aſſumitur decoctum aliquod Officinale, quod ad uſum futurum in pharmacopoliis jam paratum aſſeruatur, veluti eſt decoctum fl. & fruct. pectorale, lenit. majus & min⁹ &c. Hoc autē cum à Medicis in ſpecie non præſcribatur, ſed in formula ſimpliciter imperetur, vt ex exēplis infra appoſitis compertū fiet, illius materiam, ſigillatim

latim nostrâ oratione, persequi, volentes prætermittimus. Si verò potionem, ex decoctione magistrali confici volueris, ejus materia alia Remota, alia verò Propinqua. Illa partim est sicca, partim fluida: vtramq; si conferes cum materia Apozematis, comperies vtrobiq; similem. Sicca enim vel Simplex est, vel Composita. Simplex quando vnicum decoquitur, medicamentum, idq; vel catharticum, vel alterans. Multiplex est, quando plura accipiuntur cathartica, aut si hisce etiam adjiciantur corrigentia siue alia quoq; ex alterantibus.

Purgantium ea assumatur quantitas, quæ in vnam dosin sufficiat, modò post coctionem in porione nihil catharticoꝝ dissoluatur. Aliàs enim purgantia decoquenda minuenda. Dosis alterantium summa, quintam vel quartam partem materiæ Apozematis alterantis decoquendæ adimpleat. Materia etiam composita ita est limitanda, vt respondeat quartæ vel quintæ parti materiæ Apozematis compositi:

Fluida est vel aqua simplex, vel destillata vel plures simul, vel alius aliquis liquor in Apozematis notatus. Mensura ejus quadrupla, sextupla aut octupla, est ad materiam

teriam elixandam: præscribitur tamen plerumq; quantum satis.

Materia verò propinqua est liquor post coctionem atq; expressionem relictus & coctus; cujus assumuntur Vnc. ij. iij. iv. vel q. s. prout ipsi plura vel pauciora adduntur de materia hac, de qua jam proximè sumus acturi.

*Materia  
non coctæ,  
Qualitas.*

In liquore enim hoc cocto dissolventur, vt plurimum quædam alia adhuc: eaq; aut cathartica, aut Alterantia. Cathartica, quando liquor non satis est Purgans suntq; illa partim simplicia, partim Composita. Simplicia: vel sicca, vel mollia. Sicca, vt pulveres purgantes simplicium cathartico- rum, vt, rhabarb. senæ, aut alteri. Mollia; vt, pulp. tamarind. cass. manna. extr. agar rhabarb. Composita: atq; hæc iterum vel sicca & Arida, vel Mollis, vel fluida est. Sicca: vel est substantiæ dissipatæ; vt, pulveres officinales aut Magistrales purgantes compositi; vel coherentis; vt, tabellæ aut trochisci purgantes.

Mollis; veluti sunt, elect. purgantia liquida; catholic. diapr. lenit &c. extracta item composita; vt, catholic. enicopharm. & similia. Fluida; vt, Syrupi purgantes.

Ratione quætitatis dissolventur hæc purgantia dosi vel majore, vel minore; prout materia

ua magis vel minùs purgã-  
 ò cum catharticis in liquo-  
 ram dofin integram & legiti-  
 mant.

on purgans etiam est varia-  
 da; vt, puluis aliquis, aut fac-  
 mollis; vt, conserua aut con-  
 iam: vel quod magis vsitatum,  
 1 syrupus, succus, aqua stillat. aut

r conueniẽs. Pulueres addi solẽt  
 rach. j. ij. saccharum à Drach. ji. ad

Sed hoc infrequens est, syrupi à  
 ad Vnc. ß. i. ij. Aquæ stillatitiæ à

ad Vnc. ß. aut integram. Atque ex  
 bus plura, pauciora Potioni indũ-

empta ex ordine catharticorum,  
 rantium, vel vtrorum seu. Eandem

ateriam, nisi molestum fuerit, sic  
 breuiter reiterare libet.



teriam elixandam: præscrib  
rumq; quantum satis.

Materia verò propinqua e  
coctionem atq; expressionem  
latus; cujus assumuntur Vnc.  
q. s. prout ipsi plura vel paucio *pozematis*  
de materia hac, de qua jam pro  
acturi. *ta parsi-*

*Materia  
non coctæ,  
Qualitas.*

In liquore enim hoc cocto dita.  
vt plurimum quædam alia adhuc *ozema-*  
aut cathartica, aut Alterantia.  
ca, quando liquor non satis est  
suntq; illa partim simplicia, parti  
posita. Simplicia: vel sicca, vel mol  
ca, vt pulveres purgantes simplia *vel*  
tharticatorum, vt, rhabarb. senæ, au *r-*  
Mollia; vt, pulp. tamarind. cass. i  
extr. agar rhabarb. Composita: atq;  
iterum vel sicca & Arida, vel Mollis.  
fluida est. Sicca: vel est substantiæ dissip  
tæ; vt, pulueres officinales aut Magistrale  
purgantes compositi; vel coherentis; vt,  
tabellæ aut trochisci purgantes.

Mollis; veluti sunt, elect. purgantia li  
quida; catholic. diapr. lenit. &c. extracta  
item composita; vt, catholic. enicopharm.  
& similia. Fluida; vt, Syrupi purgantes.

Ratione quætitatis dissoluuntur hæc pur  
gantia dosi vel majore, vel minore; prout  
materia

materia propiua magis vel minus purgans  
 extiterit: modò cum catharticis in liquo-  
 re decoctis vnam dosin integram & legiti-  
 mam constituent.

Materia non purgans etiam est varia.  
 Atque; vel solida; vt, puluis aliquis, aut sac-  
 charum: vel mollis; vt, conserua aut con-  
 fectio quaedam: vel quod magis vsitatum,  
 fluida; vt, syrupus, succus, aqua stillat. aut  
 alius liquor conueniēs. Pulueres addi solēt  
 à ℞ ad Drach. j. ij. saccharum à Drach. ii. ad  
 Vnc. ℞ Sed hoc infrequens est, syrupi à  
 Drach. ij. ad Vnc. ℞. i. ij. Aquæ stillatitiæ à  
 Drach. j. ad Vnc. ℞. aut integram. Atque ex  
 his omnibus plura, pauciora Portioni indū-  
 tur; desumpta ex ordine catharticorum,  
 vel alterantium, vel vtrorumq. Eandem  
 materiam, nisi molestum fuerit, sic  
 breuiter reiterare libet.



Preparatio.

De præparandi ratiõe, postquam materiam potõionis simplicis ex decocto parata ad finem perduximus, cuius diiudicare erit facile, si quis ea, quæ in coctione Apozematũs diximus, in memoriam sibi reuocauerit nos itaq; vno atq; altero verbo eam expediemus. Materia enim remota solida, coquitur primùm in fluida eodem, vt in Apozemate dictum, modò, ad tertiã vel quartã partis liquoris consumptionem, pro iudicio videlicet Medicamentarij, postmodum liquor expressus colatur, & ipsi adhuc calẽti, si lubet, quædam de materia quæ coctionem non experitur, adijciuntur.

## PARADIGMATA.

### Potio purgans ex decocto magistrali.

IV.

Formule  
prescriben  
di.

℞. Diacatholic. Drach. vi. el. de succo rosarum Drach. iijß. decoct. fl. & fruct. in aq. endiu. facta q. s. adde syr. violac. Vnc. j. M. F. potio. VVECK.

Alia



## Alia ex decocto magistrali.

℞. Polypod. querni Vnc. j. passul. Vnc. ℞. sena-  
 or. Epith. Ana Drach. ij. anisi Drach. j. fl. cor-  
 dial. Pj. F. decoctio in quart. j. dissolu. diaph.  
 Drach. iij. syr. ros. lux. Vnc. j. M. In Melan-  
 cholia. Rondelet.

## Alia.

℞. Rhab. opt. ℥ iij. cinam. ℥ j. schœnantb. gr.  
 iij. Coq. in s. q. aq. endiuia. colat. ℞. Vnc. iij. in  
 quibus dissolue manœ opt. Vnc. j. rhab. opt. pul-  
 ueris. ℥ ℞. syr. endiu. Vnc. ℞. M. Sennert.

## Alia.

℞. Rhab. opt. ℥ iij. agar. troch. ℥ j. cinam. ℥ ℞.  
 Zingib. gr. vi. Leniter coquantur in s. q. aq. s.  
 colat. ℞. Vnc. iij. in qua dissolu. mell. ros. sol.  
 Vnc. j. extr. mechoac. gr. vii. Idem.

Per Infusionem verò, ubi videlicet varia  
 simplicia alterantia aut purgantia in liquo-  
 re ad rem faciêtem macerantur, si quando po-  
 tionem parare libet, in ea etiam notanda  
 Materia, & Præparandi Modus.

Potio sim-  
 plex per in-  
 fusionem.  
 parata.

Mate-

III.  
*Composi-  
 tio.*  
*Materia*  
*Remota*  
*Qualitas.*  
*Et Quan-  
 titas.*

Materia in duplici est differentia: alia est ex qua Infusio constat, alia verò quæ infusioni præparatæ additur. Prior duplex est: Remota aut sicca & infundenda, aut fluida seu infundendam excipiēs. Vtraq; tū Qualitate, tum Quantitate, cum potionis prioris materia remota, quæ ad decoctionem adhibetur, planè conuenit. Inprimis ex purgantibus ad infusiones adhibentur rhabarb. agar. præparatus, sena & similia, quorū vis, si decoquantur, facillè auræ cedit: atq; his adduntur corrigentia, aut etiam alterantia proportione ad purgantia sæpiùs jam monstratà.

Fluida verò, in qua scilicet infusio fit, materia, est, vel aqua cōmunis, vel destillata, vel alius aliquis liquor, non rarò vinum, aut aqua stillatitia & vinum, aliquando alteri liquori additur aq. vitæ, ad faciliorem extractionem, in morbis frigidis: acetum, vel succus limonum, aut quidam alius, in calidis. Tota liquoris quantitas tripla, quadrupla, aut etiam maior est, ad materiam solidam. Plerumq; tamen, quantum satis, eius præscribitur. Acetum, aqua vitæ & similes liquores efficaces ad Vnc. ℥. vel Vnc. ij. adijciuntur reliquis liquoribus.

Materia propinqua est liquor post infu-  
 sio-

tionem remanens, expressus & colatus, ad <sup>Materia</sup> Vnc. i. iij. iv. vel plures. Materia autem quæ <sup>Propin-</sup> post infusionem factam eidem adiungitur, <sup>qua.</sup> nullam omninò à superiori quæ in decocto dissoluitur habet differentiam.

Præparandi methodus hæc est Infunditur materia solida in aquam, vel alium liquorem & quidem feruentem, si valde infusorum vires liquor sorbere debet, ilicoq; vas occluditur, ac cineribus tepentibus, aut fursuribus, aut B. M. per horas 12. 24. vel vsque dum materia liquida omnem herbarum vim cepit, imponitur, postea fit expressio, & liquor per colum transigitur: cui liquori, si ex vsu videbitur, adhuc calenti, alia admisceri possunt.

## PARADIGMATA.

*Rz. Rhab. Indici. sel. Drach. iij. agar. albi Drach. j. B. spice nardi Drach. j. Zingib. ꝑj. Concidantur singula minutim, & macerentur in liquoribus stillat. intybi satini latifolij castih borag. Ana Vnc. j. Stent in ijs per horas XII. dein in linteolum mandum coniecta, valide exprimantur, & colentur, adiectaq; serapy ex intybo satino latifol. Vnc. B. M. F pot. Fuchf. Alia*

## Alia.

℞ Turpethi sel. Drach. j.ß. Zingib. ℥j. Tri-  
ta macerentur horis octo in vini odoriferi Vn-  
cij. dein probè exprimantur & per colum tray-  
eiantur adycianturg, antidoti Indi Drach.  
iij. mellis rosac Vnc. ℞. Commisceatur omnia  
℥ F. pot. Idem.

Potio pur-  
gans sim-  
plex per mi-  
xtionem.

III.  
Composi-  
tio.

In casu præcipiti, ubi per affectus urgentiam:  
aut aliam ob causam, decoctum vel Infusum  
parare non licet aut libet, potio cathartica e-  
tiam constitui potest per simplicem mixtionem,  
idoneis inter se confusis. Est autem in hac ob-  
servanda materia, (siquidem præparandi mo-  
dus, ad sui explanationem, nihil desiderat) que  
duplex est. Alia namq; potioni facultatem &  
vim catharticam, vel etiã alterantem, si mi-  
sceamus & alterantia, tribuit: alia vero  
formam idoneam ad hauriendum ipsi com-  
municat. Prior eadem est cum ea, quam in superi-  
oribus potioni post coctionem vel infusionem fa-  
ctam demum addi diximus, siue jam solũ mo-  
dosus purgans, siue etiam alterans: siue sicca;  
ut pulvis, aut tabella: siue mollis; ut electuari-  
um liquidum, aut extractum aliquod: siue  
fluida, ut, syrupus.

Materia purgans eã quantitate assumen-  
da, ut ad excretionem promouendam sit  
sufficiens: alterans verò dosi suprædictã.

Informans autem materia, quæ videlicet

po-

potionem ad bibendum reddit accommodatam, est liquor idem, quem supra ad decoctionem aut infusionem adhiberi diximus, plerumque aqua stillaritia vnica, vel plures. Eius mensura raro à Medicis limitatur, sed communiter Sepiasarij iudicio relinquitur. Est tamen ferè Vnc. ij. iij. iv. raro plurium.

## PARADIGMATA.

℞. *Diacathol. Drach. v. El. de succo ros.* *Methodus*  
*Drach. ij. diaphæn. Drach. jß. aq. end. borag.* *prescribens*  
*Ana Vnc. jß. syr. ros. lax. Vnc. j. M. F. pot.*  
 VVECK.

## Alia.

℞. *Extr. cathol. Andern. ℥ij. aq. borag.*  
*Vnc. jß. vini maluat. Vnc. ij. M. Sen.*

Atque hi sunt modi potiones parandi simplices. Licet verò & portio cathartica composita, ex eadem, ex qua superiores constet materia: istud tamen intercedit dissimilitudinis, quod vt simplices per vnicū, sic cōposita per duplicem paradi modum, præparetur: idq̄, etiā dupliciter. Vel enim fit ex idoneis decoctum, vt supra docuimus,

cuius, & postea in liquoris colati Vnc. iij. vi. aut q. s. infunduntur, dosi conuenienti, purgantia, cum suis corrigentibus, vel simul & alterantia, & de hinc liquor iterum colatur: cui etiam alia videlicet quæ suprà in decocto colato dissolui diximus, adiungi possunt. Vel paratur seorsim decoctum & infusum, ambo methodo in antecedentibus descriptâ, atq; hi duo liquores colati postmodum inter se commiscuntur: quibus, si nõ satis fuerint cathartici, quædam ex purgantibus, aut si hoc, saltem ex alterantibus multoties iam designatis, adiunguntur.

## PARADIGMATA.

## Potio phlegmagoga.

*17.*      *℞. Polypod. querc. gram. passul. Ana Drach.*  
*Prescribē.*      *ij. Sem. carth. Drach. ij. chamadr. chamapith.*  
*d. normā.*      *beton. Ana M℞. anisi Drach. j. F. decoct. in*  
*qua decoque lento igne fol. sene Drach. ij. ℞.*  
*In colat. infunde agar. Drach. j. ℞. macis ℞. in*  
*expressione dissolu. syr. ros. pallid. Vnc. j. F. pot.*  
*Renod.*

Alia

## Alia potionis forma.

℞. Myrobal. flav. Drach. ij. sem. anisi spica  
 Ana ℥℞. Trita macerentur diu noctuq; in  
 decocti passarum vuarum Vnc. iij. postea vali-  
 de exprimantur. & adyciantur antidoti è suc-  
 co rosarum Drach. ij. è prunis Damascenis  
 purgatorij Drach. iij ℞. julep. violac. Vnc. ℞. M.  
 & fiat pot. Fuchf.

## Alia.

℞ Rad. cichor. Drach. iij. glycyrrh. Tama-  
 rind. Ana Drach. ij. sem. 4. frig. mai. Ana  
 Drach. j. end. cichor. agrim. capill. ven. Ana  
 Pj. fol. senæ el. Drach. iij ℞. passul. Vnc. ℞. coq. s.  
 art. in s. q. aq. s. colat. ℞. Vnc. iij. Infunde  
 in ijs agar. troch. ℥ ij. rhab. el. ℥ iij. spica schæ-  
 nanthi Ana gr. v. Colat. adde syr. endiu. Vnc.  
 ℞. Aromatizetur cum sp. diatr. Santal. ℥ ℞.  
 M. F. h. Sen.

## Alia.

℞. Passul. mund. Drach. iij. liquirit. rase.  
 anisi

BIO FABRICÆ RECEPTARVM

anisi Ana Drach. j. prun. Damasc. Num. vi.  
 zamarind. Vnc. ʒ. in floribus cordial. cich.  
 end. nouvelle Ana Mj. F. decoctio colata pro v-  
 na dosis, in qua dissolv. cast. fistule rec. Vnc. j. vel  
 Drach. vi expressionem Drach. j. vel ʒiij. vel  
 Drach. j. ʒ. rhabarb. el. infusi vt decet. syr. vio-  
 lar. Vnc. ʒ. vel Vnc. j. M. F. Dosis. Gorraeus. In  
 principio februm tertianarum.

V.  
 Vtilitas.

Ut vene sectionis indicans est plethora,  
 ita purgationis cacochymia. Originem au-  
 tem ducit hæc, vel ab humoribus extremē-  
 titijs naturalibus, vel præternaturalibus. Ab  
 illis dum secundum aliquod entis genus &  
 secundum aliquod peculiare esse v. g. quan-  
 titatem & copiam Naturæ molesti sunt: ab  
 his verò dum putredine, maligna qualitate  
 & toto genere ac secundum omne entis ge-  
 nus à Natura dissident. Atq; horum vitium;  
 cum tantum sit, vt nec dietâ corrigi aut mi-  
 nori aliquâ euacuationis specie, vt per su-  
 dores, aut insensilem trãspirationem, emē-  
 dari possit; omninò, purgatione adhibitâ, è  
 corpore prorsus exturbandi. Et cum, ob  
 hanc rationem, nullus ferè reperiat mor-  
 bus, qui non, aut propter causam antee-  
 dentem, aut continentem, à purgatione  
 solatium expectet, in morbis illis percen-  
 sendis catalogum prolixiorē instituēdo,  
 lecto-



lectori ulterius molesti esse nolumus. In specie autem purgationis hæc ratio, quæ nempe percoctionem catharticam perficitur, utilis est imprimis, quando humores morbifici hærent in prima vel secunda corporis regione illiq; citra corporis perturbationem educendi, neq; à longinquis trahendi, vt in affecto ventriculo & partibus vicinis, pancreate, mesenterio, liene, hepate, & alijs inferioris regionis partibus laborantibus. Potio enim, ob exiguam, quam in ventriculo habet, moram, non facile, nisi sit validior, in remotiores partes, vim suam catharticam diffundere potest.

Secundo, confert subiectis temperie calidis, siccis, biliosis & emaciatis. Si præsertim affectus, tempus anni & regio consentiat. Quia hæc medicamenta actu liquida, aptiora.

Item, quando melancholia purganda, quod hic humor, siccitate squalid<sup>9</sup> ac crassus, madore actuali velit perfundi ac dilui.

Ac deniq; præsentibus obstructionibus à crassis succis & densatis humoribus quibusuis. Has enim potio, vt potè medicænti forma liquida, faciliùs alijs soluere potest.

Sed potionis cathartice, vt finiamus inceptum, vsus, cuiuslibet etiam ex plebe not<sup>9</sup>.

O 2

Bibi-

VI.  
V/ass.

Bibitur enim tota, vnico haustu, manè cōtinendo se aliquandiu in lecto & probè tegendo ventriculum, ne vomitu reijciatur.

## II. Potio vomitoria.

Sed hucusque de potione, per inferiora noxios humores educente; progressus iam fiat ad eam, quæ eisdem vi & impetu per superiora & os extrudit.

II. *Differētia.* Est autem vomitorium aliud leuius, cathartico aluum laxanti & eccoprotico simile, quantitate & copiâ ferè suâ tantum operans: aliud validius, quod purgantibus propriè dictis respondens, qualitate magis atq; vi specificâ & internâ, motum illum per superiora concitat. De priori priùs; de posteriori, posterius.

III. *Compositio.*  
*Vomitoria leue.*

Vomitorij leuioris materia aliquando est vnica; aliquando verò ex pluribus commista. Vnica, vt, aqua tepida communis vel hordei, jusculum carniū pingue, hydromel, oleum oliuarum, vel lini, butyrum liquatum, oxymel simplex &c. Commista autem est, si horum duo vel plura inter se misceantur. Mensura huius vomitorij vniuersa, est ferè Vnc. vi. viii. Imò Mer-

Mercurialis ad ℥j. ij. vel etiam tres eamascendere statuit. Speciatim verò variâ hæc inter se miscentur proportione. Aqua tamē communis, hordei, jusculum, hydromel in maiori ferè copîa, respectu reliquorum, assumuntur.

PARADIGMATA.

℞. Ag. hordei ℥j. syr. acetos. vel oxymel. Vnc. iij. M.

IV.  
Prescribē.  
disformis-  
la.

Vel.

℞. Hydromel. ag. hordei Ana Vnc. v l. ol. com. vel chamem. cochl. ij. syr. acetos. Vnc. j. M. Bertal<sup>us</sup>.

Potio autem emetica efficacior, non minus ac potio per aluum purgans, vel Simplex est, vel Composita. Simplicem vocantes eam, vti supra, quæ vel per solam coctionem, vel Infusionem, vel mixtionem paratur: compositam verò, quæ duplicem, aut triplicem præparandi modum requirit. Sed cum harum omnium præparandi modus, illis sit cum superioribus communis, volentes illum prætermittimus; ac solummodo in materiam harum potionum sermone nostro inquirimus.

Vomitoriâ  
Calidum.

Potio igitur vomitoria, quæ per coctionē

III.  
Compositio.

3 para-

paratur, duplicem habet materiam: Vnam, quæ coctionem experitur, alteram, quæ post illam demum additur. Quæ coquitur vel est Remota, vel Propinqua. Remota & sicca & Fluida. Vtriusq; tum Qualitas, tum Quantitas, commemoranda.

*Materia  
solida.*

Materia solida constat aut ex solis vomitorijs decoqui consuetis; vti sunt vegetabilium partes, radic. cortic. herbæ, semina, flores &c. quæ videlicet vi emeticâ sunt prædita, ex quibus vnum, vel plura præscribuntur: aut simul & alijs alterantibus, vomitum vel adiuuantibus, vel alijs scopo præfenti inferuentibus.

*Quantitas*

Emeticis vix dosis certa assignari potest. Est enim maior vel minor, prout illa magis vel minus sunt valida; quorum notitia aliunde ediscenda. Assumuntur autem, ferè ad Vnc. ℥. ij. iij. Nec non etiam reliqua quæ emeticis interdum adijci solent.

*Materia  
fluida.*

*Qualitas.*

Materia fluida, in qua hætenus enumerata decoquuntur, est; vel aq. simplex, vel hordei in affectibus biliosis; hydromel tenue & aquosum in humoribus frigidis; jusculum pingue, vbi lubricandus & laxandus ventriculus.

*Quantitas*

Quantitas huius liquoris committitur, iudicio Pharmacopœi. Possunt tamen eius Vnc. v. i. ℥. j. vel ij. præscribi, & decoctio  
ad

ad tertie partis, vel medietatis casum fieri.

*Materia Propinqua.*

Materia propinqua est decoctum colati & expressum ad Vnc. iij. vi. vel plures; si præsertim nihil ulterius ipsi admisceatur.

*Materia qua non cognitur. Qualitas.*

Huic enim decocto colato, nõ raro quedam addi solent; quæ vel vomitum sciendi facultate sunt prædita, vt puluis, aut succus, aut aqua quædam stillatitia emetica: vel solummodo ad faciliorem humoris per vomitum excernendi motum, faciunt.

Eaq; sunt; vel oleaginosæ, de quibus in vomitorio facili, vel attenuantia & detergentia; vt oxymel simpl. scillit. syr acetos. simpl. plex aut compositus &c.

*Qualitas. Quæritas.*

Vomitoriorum mensura est varia; prout decoctum magis, vel minus emeticum, vel illa ipsa magis aut minus fuerint efficacia. Præparantia ad vomitum ab Vnc. ʒ. ad Vnc. j. ij. siue plures affunduntur.

**PARADIGMATA.**

Canones, ex quibus potio emetica per decoctionem parata confici debeat, hætenus dedimus; demonstramus jam idem per exempla.

ʒ. Rad. raph. Vnc. j. asari Drach. j. agar. ʒj. F. decoct. in oxymelite ad Vnc. vi. M. Rondel.

O 4 vel

Vel.

℞. Flor. anethi, atripl. Ana Mj. sem. raph. Drach. j. rapi. Drach. B. radic. beto. Drach. j B. byssopi M B. Coquantur singula in justa aliqua quantitate ad terras, deinde coloras fundantur: huius decocti ℞. Vn. iij. oxymel simpl. Vnc. j B. commixtis omnibus F. pot. Fuchsi

III.  
Composi-  
tio.  
Potio Vo-  
mitoria ex  
infuso.

Paratur, & quidem satis frequenter, potio emetica & per Infusionem, de cuius materia quisq; sine negotio iudicare potest, si quis ea, quæ antecedenti complexi sumus oratione, in memoriam sibi reuocet. Est enim ea quoque duplex: Alia ex qua infusio cõstat, alia verò quæ infusioni facta demum additur. Illa, vel est Remota, vel Propinqua. Remota, aut solida, quæ scilicet infunditur, aut fluida, vt, quæ eandem excipit.

Materia  
infunden-  
da.

Qualitas,  
& Quan-  
titas.

Quæ infunditur interdum vel est tantum vomitoria, vel simul & alterans. Vomitoria autem petitur; aut à vegetabilibus; vt radic. herbis &c. aut mineralibus; vt, antimonio, vitriolo, & similibus. Cum verò emetica hæc, viribus & efficaciam longè inter se distet, eorum in exhibendo dosin certam hinc statuere haud licet. Itaq; ea aliundè haurienda.

Liquor,

Liquor, in quo fit infusio, varius est, vinum, jusculum, aqua destillata, vel simile quid. Sic etiam ratione quantitatis est differens; prout scilicet in majori vel minori copia infundenda adhibentur. Ab Vnc. j. ascendit ferè ad Vnc. ij. iij. vi. vii. i. &c.

Materia proquina est liquor post colaturam relictus. In quo eadem, quæ supra in potione ex decocto dissolui possunt.

In præparatione tamen hujus medicamenti notandum, quâdo infunduntur vehementiora illa emetica, vt, helleb. antim. vitriolum, communiter per chartam emporeticam colaturam institui, ne quid materiæ crassioris transeat, quod ventriculi lateribus adhærescens vomitum molestum & diuturnum ac difficilem efficiat.

*Materia fluida  
Qualitas.  
& Quantitas.*

*Materia propinqua*

## PARADIGMATA.

☞ Cortic. mediani juglandis juxta radicem Drach. ij. vel iij. vini albi scyphum dimidium. Maceretur per totam di. noctem. Ranzouinus.

*IV.  
Forma  
prescrib.*

## A L I A.

☞ Helleb. alb. ℞j. secetur per fibras & ma-

O 5

cere-

ceretur tepide in vini dulc. ꝛnc. iij. vel juris  
pinguioris, aut cremoris hordei per noctem  
integram, addendo mane sem. anisi, & cinam.  
Aua Drach. j. Coletur. Capiat mane. ꝛranst.

## A L I A.

ꝛ Vitri antim. gr. viii. vel ix. Infunde ꝛ no-  
ctem totam in vino albi ꝛnc. iij. Coletur. ad-  
dendo pulv. el. diambre Drach. s. M. Talem

III.

Compositio  
Potto Vo-  
mitoria  
ex mistio  
ne.  
Materia-  
Qualitas.

Hauftus autem emeticus, qui solum ex  
paratis jam medicamentis, & inter se mistis  
cōstruitur, duplicē habet materiam: vomit-  
oriam & non vomitoriam: vtraq; partim  
Cohærens, partim diffuens. Illa; vel sicca  
& arida, vel mollis. Sicca, vt, puluis aliquis  
simplex aut cōpositus, tabellæ vel trochis-  
ci. Mollis; vt, conferua, conditū, electuari-  
um liquidum, rob. extractum &c. Diffuens,  
vel minus, vel magis talis. Min<sup>9</sup>, vt, Syrupi,  
Iulepi: magis, vt aq. stillat. succi expressi, o-  
lea aceta &c. Atq; horum omnium, nunc  
plura, nunc pauciora adhibentur.

QUANTITAS

Vomitoria eā quantitate, quā conueniunt  
assumenda, reliqua, dosi sæpius dictâ. Sin-  
gula verò inter se eā proportione misceri  
debent, vt potionis formam legitimā con-  
stituant.

P A R A.



## PARADIGMATA.

℞ Syr. acetos. simpl. oxymel. s. ol. amygd.  
 dulc. Ana Vnc j. aq. nucum, raph. Ana Vnc.  
 ij. M. in caro. Platerus. IV.  
Formula  
prescribē-  
da.

## VEL.

℞ Rad. asari optimè trit. ℥ij aq. rosæ, vi-  
 ni albi Ana Vnc. iij. M. f. h.

## Composita.

Potio Vomitoria minus est vsitata, ita ut  
 ejus componendi methodum describere  
 planè non necessarium ducamus. Imò ea  
 per se cuiq; facilis apparebit, si quis illa quæ  
 in confectioe potionis purgantis compo-  
 sitæ adduximus, ad hunc locum transferat.

III.  
Composita  
Potio Vo-  
mitoria.  
Composita

## PARADIGMATA.

℞ Sem. arapl. Drach ij. fl. aneth. Pj. Coq.  
 in aq. raph. q. s. De colat. Cape Vnc. iij. In-  
 funde per noctem cortic. elleb. alb. ℥ss. cinam.  
 gr. vi. colat. fort. express. adde ol. com. Vnc. j.  
 aq. cinam. Drach ij. M. f. h. IV.  
Formula.

Vtilissima ac præstâtissima hæc per vomitū  
 pur- V.  
Vtilitas.

purgandi ratio, modò facilis & moderata, obtingat, quanquam apud nos minus sit frequens, quam fuerit apud veteres. Forſan non ſine multorum valetudinis ſactura & detrimento. Noxios quippe humores ex iſſis fontibus ſinceros elicit & evacuat, omnemq; in ventriculi capacitate & ejus tunicis hærentem illuuiem expurgat. Facit etiam ad reuulſionem humorum, ad partes nobiles labentium. Hos enim, vel è tertia corporis regione, conſecutione quãdam, aliquoties præſertim repetita, ad ventriculum reducit. Hinc confert in affectibus capitis chronicis & contumacib<sup>9</sup>, qui ex conſenſu ventriculi in primis fiunt, veluti ſunt hemicrania, cephalæa, vertigo, epilepſia, paralyſis, amblyopia, ſuffuſio, ſurditas, aurium tinnitus & ſimiles. Exhaustã enim ſcaturigine ipſã, Symptomata inde proueniẽtia evaneſcere necesse eſt. Vacuat etiam humores ex cauiſ hepatis, ſplene, pancreate, præcordiis, venis meſaraicis, ac vicinis aliis partibus ventriculi, quos ſapè aliud purgans etiam vehemens non poterat exturbare; quia ex his partibus, in ventriculum viã ſunt & ſatis lata & breues. Ob id quoq; conueniens eſt ad febres intermittentes & longas, quotidianam, tertianam, notham,

notham, quartanam, cachexiam, icterum, & similes morbos: quia hi plerumq; hisce in partibus fomitem habent. Morbis autem idiopathiis ferè omnibus ventriculi singulariter dicatum est remedium vomitio: ipso cruditate crapulà aut alijs prauis humoribus onerato, vel veneno deleterio infestato. Si appetentia langueat, nausea, vomitus creber, dolores, cardialgia eundè excrucient. Si quid œsophago hærens, degluttoni respirationiq; vim inferat, non rarò mediante vomitu rejicitur. Speciatim verò vomitorio leui vtimur maximè, quando humores vitiosi per vomitum excernèdi, aut continentur in ventriculo, suntq; ad excretionem apparati, vt vel minimà occasione possint extrudi; aut si Natura conetur ipsos expellere, sed efficiat id, vel minus celeriter, vel minus sufficienter; tum, inquam, leuiori tali emetico excretici facultati occasionem motus & veluti principiū damus. Validiora autem & efficaciora vomitoria in vsum vocamus, vbi excernenda per vomitum, vel non sunt in ventriculo, vel in ventriculi tunicis altiùs impacta hærent, vel minus sunt præparata, vt non nisi maiori conatu eliminari possint.

Sed non absq; re fore iudicamus, si nunc  
etiam

VI.  
Vss.

ZZZ FABRICÆ RECEPTARVM

etiam breuiter potionis vomitoriaꝝ vsum tradiderimus. Alia autem ejus vtendi modum concernunt, alia quantitatem definiunt, alia deniq; tempus assumendi designat. Bibitur enim vomitorium & quidem tepidè, vt eò facilius nauſeam ventriculo concitet, & extricem facultatem irritet. Ob id etiam octauâ horæ parte, post ejus assumptionem, digitus in gulam paulò altius adigatur, vel penna oleo foetido aut butyro rancido illita in fauces immittatur; ventriculi regio in circuitu fricetur, corp<sup>9</sup> moueatur; motu & exercitatione exagitetur, vel curru vehatur, aut nauiculâ, si proximus sit stagnò; flumini mariuè. Atq; cum oborto cordis dolore, illuuias copioſior affluens laborantem vrget; prono ſitu collocandus, firmato capite, ventriculo manu compreffo; dum primum cibus & pituita, deinde bilis varia aut alij humores noxij, quantum neceſſitas poſtulat, eruperint, omnisq; impetus ſedetuf.

Simplex & leuè vomitorium, ad Vnc. vii i aut ſß j. vel etiam maiorem copiam affumi poteſt, ab adultis & grandioribus.

Nam quò maior quantitas exhibetur, eò facilior fit vomitus. Fortius autem ad Vnc. iij. iij. vi. vii i. prout liquor magis vel minus

minus fuerit emeticus. Atque semel ferè tantum, instar potionis catharticae, exhibentur vomitoria, nisi post aliquot dies eadem repetere visum fuerit. Quanquam veteres ad morbos præcauendos singulis mensibus duobus continuis diebus vomitum suaferint. In eorundem etiam curatione, altero die potest reiterari, si prima vice materiam morbificam non sufficienter exhausserit: quod omninò obseruandum, si venenata materia per incuriam accepta. Ibi enim toties potionem vomitoriam reuocare necesse est, etiam eodem die sæpiùs, modò vires sufficiant, vsque dum materiam illam omnem, aut saltem maiori ex parte reiectam cognouerimus.

Tempus vomitoria exhibendi accommodatum est; non, vt cathartica, vacuò ventriculo, sed cibo præmissò, præsertim liquido; vt jusculo aliquo pingui. A cibo enim, minori cum molestia succedit vomitus, si præsertim fiat post corporis agitationem, vel frictionem super ventriculum in gyrum: in primis verò id faciendum, si humores viscosi ac lenti vomitu reijciendi. Quia aliàs, non nisi maximà cū difficultate

euocantur

euomuntur. Quamuis ante cibum plus materiae peccantis vacuetur, praesertim pituitam quod attinet, quia haec in ventriculifundo magis haeret. In morbis etiã chronicis manẽ, ieiuno ventriculo, instar purgantium, assumi possunt, vbi praesertim humores exturbandi fuerint tenuiores.

In morbis verò periodicis, febribus intermittentibus, maximè horã paroxysmi; quandoquidem & naturam videamus passim tunc temporis hãc viã vacuationem, moliri. Siue jam prius cibus capiatur, siue non. Quouis autem tempore sumenda re noxiã aliquã, aut veneno deglutito.

### III. Potio Hidrotica.

III.  
Composi-  
tio.

Ad faciliorem nostram reddendam orationem, partiti sumus supra potionem purgantem in propriẽ & minus propriẽ talem.

Impropriẽ ita dictam in tres distribuim⁹ species, in Vomitoriã, Hidroticã & Diureticã. De Vomitoria hætenus, de Sudatoria igitur vt jam, atq; de Diuretica, vt post, dicamus, ordinis ratio postulat. Cum verò jam antehac de decocto sudatorio, ex primariis illis hidroticis parato; tractationẽ in spe-

ie instituerimus : hinc de potione diaphoretica sigillatim iterum velle agere, potius ad operis augendam molem, quam lectorem instituendum facere videtur. Eadem enim est huius, de qua hoc in loco agimus, quæ potions catharticæ componendi methodus. Diuidi namq; potest etiam in Simplicem & Compositam. Simplex itidem parari vel per Coctionem, Infusionem, aut Commixtionem. Hoc tantum habet discrepantiæ, quod pro cathartics, hinc necesse sit substituere hidrotica. Atq; hæc omnia, ex formulis hisce, quàm notissima fient.

## PARADIGMATA.

Potio hidrotica in febrimaligna.

17.  
Norma:  
prescribitur  
di.

℞ Diascord. Frac. Drach. j. sp. de hyacinth.  
 ℞ j. pulu. rub. Pannon. alexiph. vel ejus loco sp.  
 cordial. temperat. aut degem. frig. Ana ℞.  
 Syr. de s. scordij ꝛnc. j. de limon. Drach. vi.  
 ꝛ tunia Drach. iij. aceti de rubo jdeo ꝛnc. ℞.  
 aq. calendul. pipinell. Ana q. s. M. f. per  
 Minder.

P

Alia.

## Alia.

℞. Mithridat. theriac. opt. Ana Drach ℞.  
 marg. preparat. corall. rubr. Ana ℥j. boli. Arm.  
 Drach. ℞. syr. de limon. Vnc. j. aq. bugl. scabi-  
 os. Ana q. s. Querc. contra vulnera sclopetica  
 venenata.

## Sudorif. Pyrettagogum.

℞. Card. bened. M ij ℞. rad. asari mund. &  
 contus. Vnc. ℞. Coq. in aq. ad dimidias. Bibat  
 manè calidè Vnc. vi. Ruland.

## Ad hydropem.

℞. Rad. asclepias seu vincetoxici ℞℞. per  
 noctè in vino maceretur, & deinde vsq. ad ter-  
 tias decoquatur. In consil. Crat. Casp Hofman.

## Vel.

℞. Theriac. Vnc. j. ℞. calam. aromat. Quart.  
 j. Decoque benè recta in Mens. j. ℞. vini rubri,  
 ad consumptionem tertie partis. Bibat noctu  
 cubitum iurus haustum calidè, & totidem  
 mane. Plat. in hydrope.

## Alia.

℞. Aqua vite ℞j. theriac. Vnciam  
 j. ℞. myrrha rubr. Vnciam ℞. radices  
 petra-



perasid. mod. exic. Vnc. j. sperm. ceti, terr. Lem.  
 Ana Drac. j. rad. vincetox. Drach. ij. dictam.  
 valer. ostrut. Ana Drach. j. *camp*ph. gr. VII.  
 crassiuscule puluerisata infundatur vitro pro-  
 be clauso & loco frigido per octiduum macerē-  
 tur. Dosa cochl. ℞. ad cochl. j. cum aliqua por-  
 tione aq. acetos. ros. calend. nucum aut cardui,  
 nec non granis aliquot salis absinthij, aut sca-  
 biosa, vel fraxini. *Heur. in peste.*

V.

Natura non rarò, concitatis sudoribus, *Vilissas.*  
 noxios humores per poros cutis expurgare  
 solet, itaq; & Medicus, vtpote Naturæ re-  
 ctè agentis minister & imitator, aliquando  
 idem per conuenientia exhibita medicæna-  
 ta cētare satagit. Humores autem huic eua-  
 cuationis generi maximè accommodati sunt  
 aquosi, tenues & biliosi, nonnunquam &  
 frigidi, crassi, attenuati tamen: præsertim  
 in ambitu corporis stabulātes. Imò & in re-  
 liquo corpore ac alijs partibus hærentes,  
 modò commodè ex illis ad venas, & hinc  
 ad ambitum corporis, propelli possint. Hæc  
 igitur vacuandi vim, adhibere solemus tre-  
 mori, stupori, paralyfi, destillationibus diu-  
 turnis, febribus continuis & intermittenti-  
 b<sup>9</sup>, putridis & ephemeris, malignis & pestilē-  
 tibus in primis; ictero hydropi, leucophleg-  
 matiæ, asciti, tympanitidi, ischiadi & omnib<sup>9</sup>  
 alijs articularum dolorib<sup>9</sup>, erysipelati, luei

veneræ, elephantias, scabiei siccæ & humidæ, & quibusuis aliis cutis infectionibus.

VI.  
Vfus.

Vfus huius potionis, quo ad exhibendi modum, idem est qui decocti sudoriferi. Bibitur enim & hæc potio calidè, ac corpore postmodum ritè ad sudorem compsito. Assumitur ferè ad Vnc. iij. iv. vi. vnicâ tantum vice, aut etiam aliquoties, si morbi ratio id exigat: Et vel diebus alternis, aut longiori temporis spacio interposito, vel diebus aliquor continuis, vel semel atq; iterum eodem die, vt in febribus pestilentialibus.

Tempus eius hauriendi est vel vniuersale, vel Particulare. Quoad illud, elicitur sudor vt plurimû, progresso jam aliquo vsq; morbo, & purgationibus vniuersalib<sup>9</sup> præmissis. Nam cum sudor tenues & fluxiles magis humores expellat; metus est, ne si vniuersalis purgatio non præcesserit, tenues solum humores euacuentur, & crassi in corpore relinquantur, ob quod postmodû difficilior multò fieret purgatio. Prohibet etiâ in principio morbi sudoris prouocationem materiæ copia. Periculum enim est, ne ad curem delata, exigua ejus spiracula occludat, & cito putredinem vel gignat vel augeat. Tempus verò particulare diaphoretica exhibendi est, quâdo cibus jam concoctus est.

Sudor

Sudor enim si provocetur, crudis humoribus in venis hærentibus, in vniuersum ijdē corpus rapiuntur, vnde plurima mala sequi possunt. In morbis accessiones habentibus, tempus commodius est paroxysmi declinatio.

Nam tum temporis, Medicus naturam auxiliatricem habet, quia & ipsa tunc humores ad ambitum corporis trudit.

Has tamen conditiones, in illis potionibus sudorificis, quæ ad malignas, pestilentes ac venenosas materias expellendas adhibentur, velle obseruare, absurdum. Longè enim morborū pestilentium ac venenatorum, quàm aliorum est ratio. Cum enim horum materia, quatenus talis, nullam coctionem aut præparationē recipiat, & nisi mox euacuetur, hominem in certum vitæ discrimen adducat, statim in principio morbi sudorifera, ad illam exterminandam, propinanda.

#### IV. Potio Diuretica.

Quod de potione Sudatoria antea diximus, idem & de Diuretica intellectum volumus. Nam si in locum purgantium, succedant vrinam cientia, potionem habebis diureticam. III.   
 Compos.   
 110.

### PARADIGMATA.

P 3

Sunt

27.  
Prescriben  
di ratio.

℞. Summit. absinth. Drach. ij. cicer. rubr.  
Drach. vi. Coquantur. Bibat patiens Vnc. iiii.  
Platerus in tertiana notha.

## Alia.

℞. Rad. petrosel. vino macer. Drach. ij. adi-  
anth. P. ij. summit. aneth. P. j. Infundantur in  
aq. border Vnc. viii. in colat. dissolu. emulso-  
nis sem. melon. Vnc. j. s. M. F. pot. Heur. in fe-  
briliosa.

## Alia.

℞. sp. diarrhod. abb. troch. de eupat. Ana. ℞ij.  
succirad. jreos Drach. vi. aq. mellis Vnc. iij. M.  
F. h. Brüel.

v.  
Vtilitas.

Hę potiones conducunt in primis ad hu-  
mores liquefactos & attenuatos, pituitam,  
scilicet tenuiorem, bilem & serum, ex uni-  
uerso genere venoso ac arterioso purgan-  
dos. Cum autem quę urinam mouent, pau-  
latim & sensim corpus euacuēt, in illis mor-  
bis maximè conueniūt, in quibus sensim &  
paulatim materiam euacuare vtile est: in  
quibus verò subitâ excretionē & cōfertim  
factâ euacuatione opus, in ijs vix hæc pro-  
sunt. Ob id potiones diureticę, in febr-  
ibus tertianis puris & nothis, quotidianis,  
quartanis intermittentibus & cōtinuis, cir-  
ca ea

ea earum declinationem maximè ad reliquias repurgandas adhibentur; ad gibbam hepatis partem, renes, vesicam, & his inferuentia vasa, ab excrementis liberanda. Vsum habent maximum etiam in hepatis obstructione, tumore, ictero, ascite, renum infarctione, calculo eorundem & vesicæ, ischuriâ, aut stranguriâ.

Vfus longâ enarratione non indiget.

Haurimus enim hanc potionem etiam cõmuniter calidam, cuius moles ascendit ad *VI.*  
*vtendit ad* *110.*

Vnc. iij. vi. viii.

Tempus autem propinandi medicamēta vrinam cientia quod attinet, sciendum, in morbi ea initio vix conuenire.

Nam cum tum temporis materia plerūq; in magnâ redundet copiâ, satius est differre hæc medicamenta, vsq; dum materia nō nihil fuerit imminuta. Humor enim multus & copiosus per vrinam commodè non euacuatur. Quia sui copiâ, dū ad vias angustas ruit, faciliè eas obstruit, atque hinc sibi transitum intercludit. Quapropter, cum vel in vniuerso corpore, vel circa epar multi humores prauis hærent, priùs per aluum instituenda est purgatio.

Particulatim autē tēpore matutino, vētriculo à cibis libero, vtiliter hæ potiōes diure

332 FABRICÆ RECEPTARVM  
tiaz assumuntur. Quia hac ratione cauetur,  
ne cibi inconcocti ad vias vrinae precipite-  
tur, atq; ibidem obstructions causent,

## V. Potio Alterans.

III.  
Composi-  
tio.

Cum potiones purgantes absoluerimus,  
progressus jam fiat ad Alterantem, quæ scil-  
citra quamuis expurgationem, corpus va-  
riis immutare potest modis. Sed cum hæc  
potio in omnibus planè conueniat cum an-  
tecedentium compositione, ne simus in ejus  
enarratione nimij, illam pluribus persequi  
breuitatis studio omittimus.

## PARADIGMATA.

IV.  
Forma  
prescri-  
bendi.

℞ Summit. absinth. pont. chamomill. Ana  
P. j. thuris albiss. Drach. j. Decoq. in s. q. aq.  
pure colat. ℞ Vnc. iij. Syr. de s. chamomill.  
vel matric. Vnc. ℞. M. Crato ad colicam.

## ALIA.

℞ Lig. aloës odor. vel ligni rosei in talcol. re-  
uues scissi Vnc. j. rosarum pallid. ℞ j. cumini,  
anis Ana Vnc. ℞. gran. juniperi Drach. vi.  
Infunde vini mulsi ℞ j. per se dentur Vnc. viii.  
huius

*huius colat: vel remisce guttas quasdam ol.  
baccarum sabina, vel troch. de myrrha ℥iij.  
(hæc summa est eorum dosis) cum borac. &  
seroci ℥j. Henrnius ad menstrua prouocanda.*

## Alia.

*Philon. Rom. Drach. ℞. aq. lact. Vnc. j.  
syr. papau. Drach. vi. Idem ad somnum con-  
ciliandum.*

## Alia cardiaca.

*Confect. alkeris. Drach. ℞. aq. bugl. bo-  
rag. Ana Vnc. j. syr. conseruat. cort. citr. Vnc.  
℞. M. Bertaldus.*

Ad eisdem, ad quos Apozema alterans, <sup>v.</sup> *resistat.*  
accomodata est hæc potio vsus. Nisi quod  
ad præparationem humorum frequentius  
adhibeatur illud, siue Iulepus: ad partium  
verò principalium corroboratiõem, mor-  
borum & intemperierum emendationem,  
sæpius potio talis imperetur.

Hinc multoties præscribitur ad affectus  
capitis, epilepsiam, apoplexiam, carum, vi-  
gilias immodicas, dolores excruciantes: i-  
tem morbos cordis, syncopen, palpitationem,

P 5 nem,

nem, malignitatem, & quemuis facultatis vitalis defectum: ad passiones ventriculi cardialgiam, singultum, nauseam, vomitum &c. ad noxas jecoris, lienis, & reliquorum viscerum, facultati Naturali inferuentum: ad symptomata vteri, mensum abundantiam aut defectum, partum difficilem, sterilitatem, suffocationem &c.

V. I.  
Vtendi  
modus.

Vsus huius potionis ex reliquis cognosci potest.

## OBSERVATIONES.

Vomitiva vitanda in corporibus attenuatis, aut valde crassis, capitis dispositione debili, omnibus eius & oculorum affectibus primarijs, imprimis calidis, in vertigine, lingua resolutione. Item pectore aut pulmonibus, laborantibus ut in asthma, hemoptoe, tabe & quavis dyspnoea. Nec non quando pectus angustum, cervix gracilis & oblonga, ventriculus imbecillus, praecordia inflammata aut doletia. Hyeme etiam rarius praescribenda emetica.

Quia hisce omnibus in casibus difficilis contingit vomitio & ob id praecordia, ac quae sub ijs sunt viscera valida concussionem debilitat, eorum humores rapit impuros, caput implet, sensus de grauat & offendit: imò non raro cruenta

ex-



expuitionis, venarum ruptiois, aut suffocatio-  
nis metum infert. Contra ad vomitū apti exi-  
stunt, qui sunt absq; dolore capitis, sine phleg-  
mone interna, & nihil precedentium patiun-  
tur: qui habent thoracem latum, partes abdo-  
minis & ventriculi robustas & carnosas, vom-  
itui sunt assueti: si praesertim materia spontè ad  
superiora vergat, & tempus aestivum accedat.

Qui fortiora vomitoria sumpturi sunt, ij.  
diebus aliquot incidentia tergentiaq; ante su-  
mere debent: item cibo & quiete, consilio Hip-  
pocratis, prahumectandi sunt.

Olea vomitorijs in febribus non addenda,  
quia in hisce perpetuo leditur ventriculus, nisi  
maxima cardialgia & ventriculi punctio vr-  
geat, quo in casu, post oleum assumptum, robo-  
rantibus ventriculus confirmandus est. Iul.  
Ces. Claud.

Aqua in vomitorijs (communem intellige)  
non usurpanda, in ventriculo frigido, sed ius  
substituendum: quod etiam in consuetis aquā  
bibere, est subaudiendum. Aqua enim illis fa-  
miliaris diutius retinetur. Idem.

Id etiam obiter hoc loco adnotandum,  
oxymel & syr. acetosum communiter cen-  
seri à Practicis inter vomitum cientia: quod  
tamen rationi & experientiae aduersatur,  
ut scribit Fernelius. Quia cum acetum  
adstringens sit, sanguinis eruptiones, alui  
profluvia

profluvia & vomitiones sistere aptum est, non modo potum, sed etiam odoratum & appositum. Licet autem stillaritium id præstet, euidenter id ipsum, ex plumbo, in cerusam, ignis vi, degenerante, accipit: unde in graua sæpe discrimina sumentes trahit. Quare si conueniant huiusmodi ex aceto medic. vomitui ciendo, hac ratione prodesse puto, quod crassos humores & ventriculi tunicis hærentes incidat, præparentq; ut facilius dein, vel sola tepidi aqua admistâ ventriculum relaxante sursum educans.

Idem Fernelius, vomitua per infusionem parata, melius operari scribit, quod coctione eorum vis euanescat.

Circa potionem diureticam aduertendum, conuenire eam minus calidis & siccis affectibus: ut febribus ex calidis humoribus: tabidâ itom, & macie confectis. Diuretica enim calefaciendo & siccando malum auerent. Neq; etiam vrina prouocatio utilis est, si renes, vesica & huic euacuationi destinata vasa ac vie, vel exulcerata, vel inflammata sint, aut simili vitio laborent. Non enim conuenit humores redundantes in reliquo corpore, ad partem aliquam affectam & debilem mouere.



## CAPVT XI.

*De vino Medicato.*

**S**I quando vel propter ægrum, vel morbum, vel aliam ob causam, liquido opus habemus medicamento, vires remediorum solidorum in liquorem traducere studem⁹; idq; duplici consequimur ratione: Coctione, & Infusione. Coctionem adhibemus, vbi medicamenta sunt densa & terrena, viresq; suas firmas ac penitus mistas habent. Atque huius beneficio plures paratur medicamentorum internorum formæ, de quibus iam satis abundè. Infusione verò vrimur, vbi remedia texturæ sunt raræ, & facultates suas in tenui substantia ac superficie sitas obtinent. Quia horum virtus coctione euanesceret. Infusio enim cum miti fiat tepore, non ita in auram tenuem remediorum vim abijcit. Adde quod infusio sæpius vires medicamentorum efficacius ipsa co-

sâ coctione in humorem euocet, & quod sit illa magis, hâc, delicata.

Loquimur autem hîc non de tali infusione, cuius ope quædam simplicia corriguntur; vt quando esula aceto, vel lacte maceatur: vel maiores vires acquirunt; vt quando radices aperitiuæ aceto, aut vino infunduntur; vel de aliâ simili infusione seplasiarijs consuetâ: sed de ea, quæ ad certum aliquod medicamenti genus compositum, in rem præsentem parandum, adhibetur. Tale autem est vinum Medicatum, apud gentes ad Septentrionem sitas admodum frequens; cuius etiam vsus, multa iam experientia probauit; & industriæ dexteritas securum reddidit. De eo igitur hîc tractationem instituemus.

*I.*  
*Quid sit*

*Descriptio.* Nominis origo cuiuslibet manifesta. Est enim vinum Medicatum remedium potulêtum, ex vino, quod varias, variorum medicamentorum in se infusorum, vires ebiberit, constans.

*II.*  
*Differêtiâ.* Estq; in duplici differentiâ. Ab effectu namq; aliud Purgans, aliud Alterâs Vtriusq; distinctiones ex Apozematum differentijs edisces. Agustu verò siue sapore, nonnunquam edulcatum seu dulce, aliquando autem non dulce.

Vinum

*Vinum Medicatum purgans.*

Vinum medicinale purgans quod scilicet variorum simplicium purgantium infusorum vi imbutum, superuacuos & noxios in corpore existentes humores expurgare aptum est, ad sui compositionem vt & reliquæ omnes medicamentorum formæ, duo desiderat: Materiam conuenientem, & certum præparandi modum.

Materia hæc duplex est. Vna sicca & Infundenda, altera Liquida & infundendam excipiens Infundenda rursus diuidi potest in cathartica & Alterantem: vtriusque Qualitas & Quantitas examinanda. Purgans constat ex varijs simplicibus catharteticis ad infusionem idoneis, qualia sunt Sena, polypod. agar. troch. rhabarb. mechoaca, helleb. & alia similia, decoctionem in primis prolixiorem non sustinentia. Pro materia verò alterante, infunduntur vel saltè catharticoꝝ corrigentia, vel simul & alia simplicia, quæ variè corpus imutare valent, partèq; affectam respiciunt, & vinū magis appropriatū ac efficax reddūt. Nostri, ppter gustū semper ferè addunt absinthium. Ple-  
riq;

III.  
Compos-  
itio.  
Materia  
infunden-  
da.  
Qualitas,  
& Quan-  
titas.

riq; enim vinum absinthites sine nausea bibunt.

Purgantium quãtitem definitur numerus dosium, in quot scilicet vinum parare consilium est. V. G. Si vinum pro sex vicibus præscribas, purgantia etiam sex doses constituant necesse est. In duplã autem quantitate præscribuntur hãc, quã si darentur in substantia.

Quamquam Iouberius maiorem dosim velit adhiberi in Infusione quã decoctione. Quia, inquit, vt infusionis humor blandius medicamentorum vim allicit, & magis superficiarias, quã profundas qualitates, è maceratis simplicibus mutuatur: sic infundendorum moles, quã decoquendorum maior esse debet, sed cum magna tum infundendorum, tum liquoris sit diuersitas, quæstio hæc ita generaliter decidi nequit. Quædam enim cathartica substantiã sunt leui, rarã, tenui, atq; vires quasi in partibus superficialijs habent: alia verò crassa, densa & solida sunt, atq; vim purgantem, medullæ quasi inclusam, occultam gerunt. Et hæc potius ad coctionem quã infusionem accommodata sunt; illa autem potius ad infusionem quam coctionem. Quia vt Infusio terrenorum facultates non satis potenter

tenter prolestat: sic decoctio tenuiorum in auras diffundit. Hinc etiam testantur auctores Practici. Rhabarbarum ex infuso rite præparato exhibitum, magis aluum mouere, quàm si assumatur in substantia. Quod partes terrenæ & crassæ sic relinquuntur, eliciantur verò tenues ac subtiles, & ad purgandum magis efficaces. Non parum etiã refert quis qualis ué ad infusionem adhibeatur liquor. Nisi enim, veluti hîc vinum est, sit tenuis substantiæ, ut ad intima queq; penetrare possit, segius quoq; infusorum vires prolicet. Hoc etiam aduertendum, cathartica validiora in minori copia esse infundenda respectu minùs fortium.

Corrigètia dosi sub triplâ vel subquadruplâ ad purgatiã præscribuntur; si præsertim nulla alia alteratiã simul infundatur, quod tamen rarò fit: & ob id etiam in minori copiâ corrigentia assumuntur. Alterantia autem reliqua, adduntur dosi eadẽ quã in Apozemate composito, maiori vel minori, pro utin plures vel pauciores doses vinum institueris.

Liquorem verò, qui, ad vires, cõmemoratae hæc ten<sup>9</sup> materiæ, extrahendas, accommodatur, ipsa remedij huius denominatio patefacit. Sumitur autem vinum vel Recês,

*Materia  
liquida.  
Qualitas.*

Q

&

& non defœcatum, quòd aliàs Mustum appellatur. Atq; hoc vinū ad opus hocce maximè laudatur, quia huius beneficio ac feruore, color & sapor infundendorum alien⁹ magis occultatur. Sed quia tale vinum non semper, neq; vbiq; locorū suppetit, eius loco frequenter admodum accipitur vetus & defœcatum. Possset & in vini locum substitui cereuisia, illis videlicet in locis, vbi vini copia non datur. Sed quia crassior & min⁹ partium subtilium, ob id etiam min⁹ efficaciter infusorum vires in se attrahit. Eligitur communiter vinū album, vtpote quod sit tenuis & penetrantis substantiæ, & ad vires infusorum ebibendas maximè aptum.

*Quãtitas.*

Huius mensuram limitabunt vsus & infundenda. Plerumq; tamen ad infundenda vini assumitur triplum, quadruplum, octuplum, aut etiam si lubeat, decuplum siue dodecuplum. Minorem verò vini quãtitatem si elegeris, min⁹ etiam magnam vini copiã pro vna vice haurire necesse erit. Sit tamen eius quantitas ad minus tanta, vt maceranda operiat, ijsq; aliquantum emineat.

*Preparatio.*

Præparandi modus differt, prout Infusio fit vel in vino veteri, siue recenti & nondum defæcato. E musto ita conficitur. Medica-



dicamenta solida sacculo lineo raro inclusa, in doliū paruum musti plenum, tamdiu, vsq; dum mustum deferbuerit, conijciuntur. Vbi illud factum, & vinum clarum redditum, transuasatur, atq; in vsus necessarios asseruatur. Ex vino autem veteri & depurato ita paratur. Remedia sicca & mundata, concisa aut crassiusculè cōtusa in vas vitreū vel figulinum conijciuntur dissoluta, vel potius in sacculum sericeum colligata, affunditur vinum, simulq; stant in infusione, loco calido vase probè clauso.

## PARADIGMATA.

℞. *Abinth.* Mj *B. card. bened.* Mj. *agrim.* iv.  
*Mj. asplen. erica, verbenæ Ana* M℞ *Rad. j-* Prescribō.  
*reos Florent.* Vnc. j℞. *rad. cappar. asari, poly-* disformu-  
*podij. Ana* Vnc. ℞. *rad. cichor.* Vnc. j℞ *rad. fœ-* la.  
*nic.* Vnc. j. *apij* Vnc. ℞. *sem. fœnic. apij, petrosel.*  
*knisi Ana* Drach. j. *calam. aromat. cinam. Ana*  
*Drach. ij. sene* Vnc. j℞. *soldanelle* Mij.  
*rad. irid. concisa* Vnc. iij. *turpeti cōcisi* Drach.  
 v. *vini albi generosi, in quo chalybs ignitus se-*  
*pius fuit extinctus.* ℞ xviii. M. *Vtere alternis*  
*diebus, initio pastus poculum vnum hauriēdo.*  
*Aquas purgat. Erasius.*

Q<sub>2</sub>

Aliud,

## A L I V D.

℞. Absinth. Mj. cētaur. card. bened. quin-  
 g. folij Ana MB. rad.gent. Drach. j. ſena  
 Vnc. ij. rhabarb. Drach. vi. agar. Vnc. ſ. me-  
 choac. Vnc. j. ſpice Indica Drach. j. Zingib.  
 Drach. j. Inciſa omnia in ſacculo linteo mun-  
 do ponantur, ſuperinfundendo vini albi boni  
 menſuram j. capiat eger poculum dimium, ſto-  
 macho jeiuo. Febres tertianas ſpurias radi-  
 cituſ tollit. VVECKERVS.

v.  
 Vtilitas.

Purgationis hæc forma accommodatiſ-  
 ſima: tum quia vinum vires rerum bibit-  
 penitiſſimè, tum quia ob ſpirituum tēuita-  
 tem in profundiffimos quosq; partium re-  
 ceſſus ſeſe traiecit, tum quia Naturæ noſtrę  
 medicamentum eſt admodum familiare.  
 Hinc multi ab alijs purgantibus omnibus  
 abhorrentes, huius vini familiaritate illecti,  
 nullo cum tædio euacuantur. Vſus eius ma-  
 xime ſalutaris in morbis, tempore, corpore  
 & regionibus frigidioribus, diuturnioribus  
 ac contumacioribus. In vitijs autem ner-  
 uorum, vel neruoſarum partium, aut feбри-  
 bus, præſertim calidis, minus conuenit.

Prodeſt in incubo, melancholiâ, epilep-  
 ſiâ, viſus & auditus debilitate, aſthmate, or-  
 tho-

thopnœa, tussi. In cruditate ventriculi, inflatiōe, singultu, inappetētia, picâ, bulimo, ructu acido. In iecoris, lienis, mesenterij inueteratis & pertinacibus intemperieb<sup>9</sup> obstructionib<sup>9</sup>q;: in aurigine, cachexiâ, aquâ inter cutem, colicâ. In intumescētia vteri præternaturali, molâ, inflatione, hydrope, mensibus suppressis, albo virguncularum colore, crudo vteri fluore, sterilitate, & quibusuis vteri affectibus à causâ frigida oriundis.

Bibitur vinum catharticum tēpore ferè <sup>VI.</sup> <sup>vsus.</sup> matutino, ventriculo vacuo, vt alia medicamenta purgantia. Quamuis jusculum, ante ipsius vsus possit forberi. Hâc enim ratione vinum neruos minùs feriet. Quidam etiam idem, cum cibo atq; in prandio exhibent, tamen rectiùs horâ vnâ atq; alterâ ante prandium vsurpatur.

Quod ad quantitatem, eamq; continuâ, haustus vnus adæquet Vnc. iij. iiij. vi. vel plures: prout videlicet maior vel minor, vini copia medicamentis affusa fuerit. Discretam verò quod attinet, vini purgantis vsus per dies quatuor, quinque, sex aut etiam plures continuatur: assumiturque vel diebus singulis, vel alternis.

*Vinum medicatum alterans.*III.  
*Compositio*

Vinum hoc eodem fit modo, vti præcedens, nisi quod nulla hîc infundantur purgantia, sed tantùm varia alterantia, radices herbæ, semina, flores, aromata &c. atq; vel in quantitate maiore, vel minore, pro vsus longitudine aut breuitate.

## PARADIGMATA.

IV.  
*Formula  
prescribē  
de.*

℞ Sem. Alkek. Vnc. iij. rad. ononid. Vnc. ij. rad. rusci a par. rub. tinct. Ana Vnc. j. fol. beton. saxifrag. Ana Mij. fl. ononid. saxifrag. Ana Pij. sem. vrtice Vnc. j. bacc. junperi ciccer rubr. Ana Mj. vini vel musti Mens. xv. Incidenda incidantur, contundenda contundantur, & ferueant simul in dolio paruo. Dosis haustus vnus stomacho ieiuno. Calculos atterit. VVECK.

## ALIVD.

℞ Rad. pœon. Vnc. iij. jreos, enul. camp. Ana Vnc. 8. herb. salu. maior. chama. Ana Drac. ij. sem.

ij sem. pœon. Drach. iij. sem. fœnic. Drach. j.  
*Incidantur pro duabus mensuris vini. Bibat  
 singulis matutinis haustum. Ad epilepsiâ. Pla-*  
*terus.*

Vt imur hoc vino maximè in intemperie-  
 bus & affectibus inueteratis, ubi sensim &  
 per vices morborû vires infringere, impu-  
 ritates ex morbis relictas absumere, & parti-  
 bus debilitatis vigorem pristinum restituere  
 consilium. Imò nullus est affectus, modò  
 sit frigidus, qui ab eo fructum non percipiat:  
 nisi vinum propter suam vim, qua parti-  
 bus nervosis est inimicum, bibere non ex-  
 pediat.

Exhiberi potest singulis matutinis per  
 horam vnam vel alteram ante prandium,  
 vel etiam, vt quidam Pragmaticorum sua-  
 dent, in ipso prandio, pro primo haustu.

Potest & circa vesperam, aut in cœna, si  
 lubet aut necessarium visum fuerit, repeti.  
 Dosis ipsius, pro qualitate & quantitate in-  
 gredientium, ac vini affusi copiâ, varia ex-  
 stitit. Assumitur autem commûiter aliquot  
 vaciarum pondere.

### *Vinum edulcatum seu Aromaticum.*

Atq; hæten<sup>9</sup> de vino medicamentoso, quod  
 absq; <sup>i.</sup> *Quid sit*

Q4

absq;

<sup>i.</sup> *Quid sit*

absq; edulcantibus paratur : describamus  
 jam etiam theoremata componēdi vinum  
 magis gratum & dulce. Quod, quia eius in-  
 gredientia maxima ex parte sint aromata,  
 Alterans inprimis quod attinet, iure Aro-  
 maticum à quibusdam vocatur. Quamuis  
 & alia alterantia addi possint, pro varietate  
 indicationum, sed tum ferè suavitatis gra-  
 tiam amittit. Vinum autem hocce Aro-  
 maticum duplici indigitatur nomine. Aliquā-  
 do enim appellatur Hippocraticum, ali-  
 quando Mulsū. Vinum Hippocraticum  
 seu claretum dicitur plerumque, quando  
 pro materia dulcante additur ipsi saccha-  
 rum. Quanquam forsā non incommodè  
 speciatim claretum dici posset illud vinum  
 aromaticum, quod post colationem clari-  
 ficatum est. Vinum mulsū verò, quod &  
 Oinomel, Nectar, & Melicratum, quamuis  
 improprie, à nonnullis vocatur, est, quod  
 dulcorem à melle contrahit. Quidam etiā  
 inter hæc duo vini genera & aliud disci-  
 men faciunt: dum ad Hippocraticum vi-  
 num rubrum accipi volunt, ad Mulsū au-  
 tem vinum album. Sed plerique hoc negli-  
 gunt; ad vtramque vini speciem, modò vi-  
 num album, modò rubrum eligētes, pro ꝑ-  
 gri scilicet conditione & gustu. Etsi autem  
 vinum

II.  
 Differentia.

vinum Aromaticū & Alterans & Purgans componi possit, nos tamen, breuitatis studio, saltē de alterante sermonē instituem⁹. Purgantis enim quæ sit compositio, vtilitas ac vtendi modus, partim iam dicta, partim nunc dicenda, lectorem edocere poterunt.

Vini Aromatici conficiendi modus duplex est: Alius magis, alius verò min⁹ vulgaris. Prior triplicem requirit materiam. Quædam enim Condituram, quædam Dulcorem, quædam deniq; formam potulentam vino huic impertit. In singulis obseruatione digna Qualitas & Quantitas.

Materia quæ condituram seu vim medicinalem vino præstat, plerumq; constat ex aromatibus gustu, odore & viribus inprimis efficacibus & gratis: qualia sunt, cinam. caryophyll. nux mosch. santal. gran. parad. piper. cardamom. &c. Item radix jreos, enulæ, sem. fænic. anisi. coriandri, passulæ: crocus aliquando ad vinum tingendum.

Atq; hæc accipiuntur modò in quantitate maiori, ad Vnc. vi. viii. vel plures etiam, si magnam vini copiam parare libeat: modò in minori, vt, Vnc. ß. ij. iiij. si paruam, eiusdem apparare voluerimus.

Quæ verò dulcoris vinum particeps reddit materia, est vel Simplex, vel Compo-

Q 5

sita.

III.

*Compositio.**Modus preparandi Vinum**Aromaticū magis consuetus.**Materia*

sita. Simplex, aut Saccharum, vt in vino Hippocratico, aut Mel despumatum, vt in vino Mulso. Composita, si ambo hæc ad vini confectionem assumantur.

Edulcantia, hæc adduntur quantitate, quadruplâ, octuplâ precedentibus, vel qua sufficiant, ad vinum sufficienter, edulcandum.

Vinum verò est materia quæ huic medicamento formam potabilem communicat, idq; vel album vel rubrum; interdum generosum, vt maluaticum vel simile. Posset & vino aliquid de aquis stillatitiis convenientibus admisceri.

Aromatum verò Vnc. ß. affunditur ferè vini Mens. j. plus minusuè. Et pro parte j. mellis aut sacchari, vini accipiuntur part. ij. tres, aut etiam quatuor.

Præparatio tribus absolvitur: Infusione, Colatione & Clarificatione.

Initiuntur enim aromata crassiusculè incisa vino, atq; simul stant in loco calido, per horas aliquot, in infusione.

Quidam hujus loco adhibent ebullitionem in B. M. per horam dimidiam; inprimis si opus accelerare, aut vinum mulsum parare voluerint. Postmodum, accipitur vinum, cum aromatis, additur, sacchari



ſacchari vel mellis conueniens quantitas, ſæpiuſq; omnia per manicam Hippocratis transfunduntur. Interdum liquor hic, per colatorium tranſactus, etiam clarificatur adhibito albumine oui, ſeu lacte amygdalarum, vt habet Alex. Bened. & Geſn. in ſuo Euonymo. Et demum ad uſum aſſeruatur.

## PARADIGMATA.

## Vinum Hippocraticum alterans.

℞ Cinam. el. Vnc. j. Drach. v. zingib. ℥vi. 1v.  
 caryop. galang. Ana Drach. j. macis. nuc. moſch. Ratio præ-  
 Ana ℥ij. granor. parad. cardamom. coriandr. ſcribendi.  
 Ana ℥j. aniſi ℥℔. Sacch ℔ij. vini rubri Menſ.  
 ij. F. s. art. vinum Hippocr. LANGIVS.

## ALIVD.

℞ Cinā. opt. Vnc. j. caryophyll. Drach. j. ℔. aniſ.  
 ſœnic. Ana ℥j. glycyrrh. ℥. ij. macis. cardā. gre-  
 os Ana ℥℔. ſacch. alb. Vnc. ij. Singula dilige-  
 ter trita, infundatur cū ſequētib;: ℞ vini mal-  
 uat. Vnc. ix. aq. borag. ℔ij. roſac. Vnc. j. ℔ meliſſ.  
 Vnc.

Vnc. iij. Per tres horas juxta fornacem relictam  
tandem sepius per saccum filtri colato. f. Hip-  
pocr. vinum clarum. Euonymus.

### Vinum Mulsum alterans.

℞ Cinam. el. Vnc. j. Zingib. Vnc. ij. nuc.  
mosch. Vnc. ℞ macis Drach. vi. caryophyll.  
Drach. j. Piper. coriandr. prep. calam. aro-  
mat. gran. parad. cardam. Ana Drach. j. ℞.  
Contusis crasso modo affundantur mensura  
vini quatuor, mellis desp. Mens. j. Bulliant in  
B.M. per horam dimidiam, traiciantur per  
manic. Hippocr. Sennertus.

### Aliud.

℞ Zingib. Drach. ij. cinam. Vnc. ℞. caryo-  
phyll. Drach. j. vini albi Mens. iij. mellis Vnc. j.  
sacch. albi ℞ ℞. f. s. art. claretum. Arnoldus.

### Claretum laxatiuum.

℞ Fol. sene Alex. mund. Vnc. j. rhab. el.  
Drach. ij. agar. opt. Drach. iij. cinam. el. Vnc.  
j. ℞. Hac omnia misceantur in duobus sexta-  
riis vini optimi, ac in loco calido ponantur  
per horas XII. deinde colentur per laneum  
saccum septies, & postea addatur sacc. alb.

℞ ℞

℞ ℞. & benè miscatur. Sumatur pro vice dimidius sextarius. Frider. N. Med. Regis Danie.

### Nectar laxatiuum.

℞ Rhab. el. Vnc. ℞. agar. opt. Vnc. j. cinam. el. Vnc. iij. cubeb. Drach. j. sem. fenic. anis. Ana Drach. ij. spica Indica ℞j. Zingib. Drach. ℞. vini opt. ℞vii. Ferueant omnia l. art. in duplici vase per hor. vi. Deinde permaneant in infusione, per hor. xii. postea f. fortis expressio, & colentur per saccum mūdum sexies aut septies, tandem adde sacch. puri & albi duobol. ℞j. ℞. f. in modum Nectaris. Dos. potest esse pro adultis Vnc. iij. Pro infantibus ad Vnc. ij. Ranzouius.

Paratur autem vinum Aromaticum & alio, eoq; non minus artificioso modo. In hoc materia est bipartita: alia Remota, alia Propinqua. Remota vel sicca & infundenda, vel Liquida & infundendam excipiens. Siccam constituunt aromata superius recensita. Liquidam verò spiritus vini. Atq; hujus partes octo, decem circiter sint aromatum partem vnam.

Materia propinqua est spiritus vini aromaticum

III.  
Compositio.  
Vinum aromaticum  
preparandi  
ratio vniuersalis  
Materia  
Qualitas,  
& Quantitas.

matum viribus imbutus, & post infusionē colatus. Atq; huic jungitur saccharum vel mel, item vinum album vel rubrum, aut simul & aq. stillatitiæ: hac ferè proportionē.

Ad tincturæ Drachmas aliquot vel Vnc. ij. assumitur Mens. vini semis aut integra: sacchari autem vel mellis Vnc. ij. iv. vi. aut plures.

*Præparatio.*

Præparandi hæc est ratio. Aromata crassiusculè contusa spiritui vini infunduntur, in vase vitreo probè obturato cerâ vel luto ex farina & aquâ, per sex vel circiter dies, ac in cella vinaria interim ponitur, bis quotidie concutiendo, vt semotæ variè res mixtæ sese feriant vq; dum spiritus omnem tincturam extraxerit. Postea Spiritus à reliqua materia per inclinationem separandus ac filtrandus: atq; tum ipsius quantitas conueniens cum Saccharo & vino miscenda, vinum Hippocraticum quando parare libuerit.

## PARADIGMA.

*IV.  
Norma  
Præscri-  
bendi.*

*℞ Cinam. el. Vnc. j. ℞ zingib. Drach. j.  
piper. albi Drach. ℞ gran. parad. nuc. mosch.  
caryophyll. Ana Drach. j. schenanthi ℞ spica  
gr. VIII.*

gr. viii. Omnia crasso modo contusa, infundantur in Spiritus vini Vnc. xx. per dies quat. Singulis diebus bis agitentur, tandem Colentur. Vbi claretum parare libuerit ꝛ Sacch. albi Vnc. iiii. Infusi prædicti Vnc. ij. vini ꝑjß f. Clar. SENNERT.

V.

Regium planè hoc est medicamentum, *Vtilitas.*  
 nectar viuificum, & jure lac senum dicendum. Mortale enim & caducum illorum animæ immortalis habitaculū vsu crebriore, interim moderato, ad immortalitatem quasi quandam, qualis vel quanta quidem in hoc seculo obtineri vel præstari potest, aspirare facit Calorem namq; nativum refuscitat, spiritus quosuis regenerat, sensus omnes, tum internos, tum externos exacuit, & quasi iuventutem de nouò senibus, naturis frigidis, humidis & debilitatis ingenerat Præstat maximopere prophylacticà ratione morbos ferè quoscunq; præcauendo.

Hinc si cephalicæ quædā noxæ à stomacho prodeuntes periculumminentur, veluti vertigo, scotomia, convulsiones, tetan<sup>9</sup>, epilepsia, apoplexia, paralysis, oculorum obfuscationes, aurium tinnitus, &c. optimum hoc vinum remedium. Catarhos frigidiorè vel causâ vel materia  
 con-

constantes, aut ex consimili intemperie oriundos temperat & concoquit: hinc defluxionibus ad oculos, aures, fauces, asperam arteriã, columellam, pectus & pulmones deciduis opitulatur. Phlegma pulmonibus illisum incidit & attenuat, grauem anhelitum expedit; ac raucas vociferationes crassæ pituitæ transitu factas demulcet. Oesophagum à crudis repurgat humoribus, & animam fœtentem, orisq; graueolentiam inuehentem corrigit. Subuenit ijs quibus coctio ventriculi infirma, quibus ructus acidi molestiam ferunt, quibus cibi fastidium extra causam calidam obrepit, quibus stomachus tumet, vel hypochondria tensa difficultatem pariunt: quibus cardialgia immanis aut singultus excrucians est infestus: quibus lienteria, aut diarrhœa frigida negotium facit. Crudos siquidẽ stomachi humores concoquit, & à corruptione vindicat: ipsam ventriculi concoctionem firmat ac fulcit. eamq; perfectam præstat & consummatam edit. Vinum hoc si biberis, nulla in hepate, liene, aut venis mesaraicis persistet obstructio aut scirrhus, non infestabit icterus, hydrops exulabit, atq; omnis cachexia & malus corporis habitus in meliorem reponetur. Idem  
quine-

quin etiam apprimè prodest colicis & calculosis. Renum namque calculos atterit, & sabulum eorum eluit, mucos in ijs contentos & in saxeam coalescentiam abituros diffringens & elidens. Auxiliū adfert vesicę perfrigeratę, aut quę mucositates imbibit, phlegmateuē opplera fatiscit. Vt-ero frigido & humido imprimis benefacit, matricis rheumatismū abolet, obstructions & flatus, ijs in locis contentos, ac suffocationes inde prodeuntes aufert, nec non, partiū illarum vires & firmamenta reponit. Senib<sup>9</sup>, quibus manus tremūt, femora torpent, genua à neruorū nimia humiditate luxatorum infirmitate vacillāt, robur & firmitatem concilat. Ne verò Empirico quodam modo in huius vini laude versati fuisset, & ad omnes omninò affectus promiscuè id commendasse ac extulisse videamur, vitare illud jubemus acurè vel lentè febrientes, hecticos, emaciatos, phthificos. Et cum deficet, corporib<sup>9</sup> succorum superfluam copiam congregantibus aut possidentibus, quam exsuccis & gracilibus potius conducit, frigidioribus magis, quàm calidioribus, etate prouectis magis quàm iuuenibus: pituitosis magis quàm biliosis.

R

Quo-

VI.  
Vsu.

Quotidiè vel alternis diebus, semel vel pluries in die, vinum hoc Hippocraticum assumitur, ad cochleare vnum aut alterum: vel Vnc. ℞. j. aut ij. prout magis vel minus fuerit efficax: atq; vel manè ventriculo ieiuno aut assumpto prius iusculo, vel etiã inter pastum, aut paulò ante ipsum.

## CAPVT XII.

### *De Emulsione.*

CVm varij ac innumeri sint affectus, quibus homines ex beatissimo, in eũ, quo vix miserior, in hac mortali vita obtingere potest, statum conijciuntur; sollicita Medicorum indago jure meritò etiam ad ipsorum leuamen plura eaq; multiplicia inuenit remedia: vt quisq; in morbi cuiuscunque calamitates incidens, commodis, ad reparandam salutem, præsidij non destitueretur. Ex quorum numero cum etiam sit Emulsio, illi hoc caput dedicare volumus. Nūcupatur autem ita, quod lacteus ipsius liquor, instar lactis ferè, ex medulla fructuum & seminum emulgeatur.

7.  
*Quid sit.*

*Nomen.*

Est



Est autem emulsio medicamentum potulentum, ex medulla fructuum aut seminū quorundam contusā, affuso liquore idoneo paratum. *Descriptio*

Materia, quæ ad ipsius compositionem requiritur, est duplex: vna; ex qua lactea emulsionis substantia constat: Altera, quæ ipsi demum post emulsionem factam nonnūquam additur. Illa partim solida, partim est fluida. *III. Compositio.*

Solidam subministrant aut fructus: vt amygdalę excort. dulc. nuclei pini, pistachia. Quamquam hæc postrema sint omittenda si colorī studeamus, quia viridem succum remittunt. Aut semina: vt, quat. frig. maj. lact. pap. albi & similia. Aut pulpa capi vel pulli, si scilicet simul nutrire est animus. Ex his autem aliquando solū fructus assumentur, aliquandò tantū semina; non raro fructus & semina simul, aut etiam pulpa caponis. *Materia solida. Qualitas.*

Atque materia hæc præscribitur ab Vnc. ꝑ. ad Vnc. ij. iij. vel plures: & modò semina quantitate exuperant fructus; modò hi illa; pro varia Medici intentione & scopo. Seminis papaueris & similium quantitas, ob insignem eorundem refrigerandi vim, ascendit à Drach. j. ad Vnc. ꝑ. ferè. *Quantitas.*

R 2

Li.

*Materia*  
*fluida.*  
*Qualitas.*

*Quantitas*

Liquor verò cuius beneficio lacteus hic succus emulgetur, est vel aqua cõmũis, vel stillatitia aliqua; aut decoctum hordei, liquoritæ alteriusve rei gustu non ingrata: ius item pulli, capi vel testudinum, si ad nutritionem respiciamus. Ac etsi eius mensura rarò à Medicis exprimat, est tamen ferè quadrupla siue sextupla ad materiam emulgendam. Et cum Emulsio in tres vel quatuor doses communiter imperetur, diutius enim quin grumescat, faciliè asseruari nequit, liquor ad ℥̄ss. ℥̄ssj. vel j̄ss. asendus erit.

*Materia*  
*qua emul-*  
*sioni addi-*  
*tur.*  
*Qualitas.*

*Quantitas*

Atq; hæc est materia, quæ album illum emulsiois cremorem suppeditat; quæ verò ipsi, vt plurimum propter dulcorè, alia adduntur, ea sunt vel Sicca, vel Mollia, vel Fluida Sicca: vt est sacch. album. candi penidiatum, rosac. violac. Manus christi simplices vel perlatæ, margaritæ præparatæ vel nõ preparatæ, corallia preparata, & similia alia; quæ scilicet gustum nullo sapore ingrato percellunt. Mollia; vt, conseruæ, confectioes & electuaria liquida Fluida: vt aq. stillat. item syrups: sed hi rariùs affunduntur, cum emulsionem genuino & maximè amabili suo colore, albo videlicet, priuent: quod etiam de alijs quibusuis similiter affectis dictum

Etum sit. Saccharum & manus christi dissol. *Quantitas*  
 uuntur ferè à Drach. ij. ad Vnc. ß. Drach. vi.  
 Vnc. j. In maiori scilicet quantitate in af-  
 fectibus pulmonum; in minori verò in fe-  
 bribus. Mollia à Drach. ß. ad Drach. j. ij. vel  
 plures margaritæ & corallia à ß. ad Drach.  
 ß. j. aut duas. Quæ verò sunt substantiæ  
 fluidæ ab Vnc. ß. ad ij.

Emulsionem præparandi modus talis *Præparatio*  
 est. Assumuntur fructus aut semina, & in *no.*  
 mortario marmoreo cum pistillo ligneo  
 contunduntur, sensim interea affundendo  
 liquorem destinatum, postea omni extra-  
 cta muceagine, colatura instituitur, cui &  
 alia ex supradictis addi possunt.

## PARADIGMATA.

### Emulsiõ pro hecticis.

*℞. Pinear. mundat. quat. sem. frig. mai.*  
*Ana Vnc. j. amygd. dulc. depil. pulpa capi A-* *III.*  
*na Vnc. ij. Iuris testud. nemor. q. s. M. F. Emuls.* *Forma*  
*Bertaldus.* *prescri-*  
*bendi.*

**Alia.**

**R 3 .**

*℞. Len-*

*R. Lentis palustr. sem. lact. Ana Drach. ij. sem. plantag. portul. Ana Drach. j. sem. quat. frig. maj. Ana Vnc. ʒ. Pistentur in mortario lapideo cum aq. coctæ ℥ j ʒ. adde sacch. rosati Vnc. iij. F. Emulsio pro quinq. aut sex dos. sumendis horis duabus ante pastus. Ad gonorrh. virul. Renodæus.*

*R.  
Pulicæ.*

Emulsio vt plurimum est remedium alimētosum, refrigerans, humectans, leniens, attemperans, humorum estum ac ferociam domans, & partium squalorem ac ariditatem corrigens. Vnde ad somnum prouocandum in cephalalgia, phrenesi, melancholiâ, maniâ & alijs quibusuis morbis, qui vigilias post se trahunt, confert. Item, ad linguæ ariditatem ac scabritiem tollendam, ad pectoris, cordis & pulmonum affectus calidos leniendos ac demulcendos. Proinde eius vsus celebris in peripneumoniacis, pleuriticis, phthificis, tussiculosis ac hecticis: in febribus continuis & ardentibus, ad earundem calorem exorbitantem cōtemperandum. In inflammatione stomachi, ardore & siti discruciente, nec nō quorumuis viscerum calore igneo præstans est remedium. Diarrhoeam etiam bitiosam ac dysentericæ tormina mitigare valet. Inprimis verò eius effectus nobilita-

litatur in ardore renum, dolore nephritico, urinæ acrimoniâ ac feruore, ischuriâ, dysuriâ & gonorrhæâ aboliendâ. Annotant quidam, lac amygdalarum non consisti-  
pare, nisi aliquando ratione frigiditatis, quando multum capitur de aqua, tum in-  
frigidare, efficereq; vt tardè transeat aqua.  
Aufertur autem nocumentum tardioris  
transitus, si furfures decoquantur in aqua,  
& coletur, ac postea cum illa temperetur.  
lac amygdalarum dulcium.

Hauritur communiter emulsio tempo-  
re matutino, vel etiam vespertino, duabus  
aut tribus ante cibum horis: aut etiam ho-  
ris duabus à cœnâ sumptâ elapsis, si somnū  
conciiliare debeat. Vno hausto absumun-  
tur ferè Vnc. iij. iv. vi. aut plures; quia ad  
longè distantes sæpè partes penetrare de-  
bet: idq; semel vel bis in die, per dies  
duos, tres, quatuorue conti-  
nuos.



R 4 CAP.



## CAPVT XIII.

*De Destillato instaurante.*

**Q**uemadmodum noua secula nouos so-  
 lent edere foetus; sic & artes ætate non  
 modò prouectiores, verùm etiam perfecti-  
 ores euadere, nec non dierum procrastina-  
 tione ac perenni temporum defluuio ma-  
 gis magisque perpoliri cernimus. Hinc  
 plurima medicamenta posterioribus seculis  
 ad augmentandam & locupletandam Me-  
 dicinam, in publicæ sospitatis emolumen-  
 tum, à varijs & præstantibus in arte nostra  
 proceribus excogitata fuere, quæ vel vete-  
 res minùs norunt, aut neglexerunt, vel in-  
 sufficienter dederunt. Ex quibus & hoc  
 est, quod Recentiores Destillatum instau-  
 rans vocant. Quia constat ex liquore,  
 ex carnibus euechymis, conferuis, pulueri-  
 bus cardiacis atq; his omnibus, quæ vel o-  
 dore, vel substantiâ spiritus instaurare, &  
 partes nobiles roborare valent, per destil-  
 latio-

*I.*  
*Quid sit*  
*Nomen.*

lationem elicitō. Dicitur & frequentiori significatu Aqua Caponis, quia caro caponis ferè basis est hujus medicamenti.

Est igitur Aqua caponis medicamentum alimentosum & potulentum, ex liquore, è brodio caponis, aut etiam quorūdam simplicium, per alembicum elicitō, constans. *Descriptiō.*

Atq; aqua hæc destillata est vel simplex, quando nil præter brodium caponis destillatur: vel Composita, quando ipsi & alia ante destillationem adduntur. Sed vtriusq; tractationem, gratiâ breuitatis, vni subijcere titulo placet. *II. Differentia.*

Ritè verò vt compositio procedat, ad duorespiciendum, ad materiã ex qua constat destillatum hoc instaurans, & Eiusdem præparandi modum. Materia ad duos referri potest ordines; eam quæ coquitur, & aliam quæ destillatur. Quæ coquitur, vel est solida, vel Liquida. Illa vel Animalis, vel Vegetabilis. Animalis: vt, caro caponis, gallinæ, perdicis, armus vitulinus, testudines, coxæ ranarum &c. Vegetabilis: vt, variæ stirpium partes, quanquam hæ, si præsertim ingrato vel sapore, vel odore sint præditæ, destillatum nauseabundum reddant. Assumitur autem ferè caro caponis aut gallinæ totius, cui interdum adjicitur

R 5

fru-

frustum de armo vitulino, testudines aliquot, seu coxæ ranarum, in phtificis aut hecticis. Vegetabilia verò adduntur ad Manipulum vnum vel alterū, Pugillos aliquot, aut Vnciam vnā, duas siue plures, si grata fuerint.

*Materia  
liquida*

*Qualitas  
& Quantitas.*

*Materia,  
qua destil-  
latur*

*Qualitas.  
& Quantitas.*

*Qualitas.  
& Quantitas.*

Materia liquida est aqua communis fontana seu fluuialis : atq; hæc eā accipienda quantitate, vt ad carnem coquēdā sufficiat.

Materia verò quæ destillatur est vel vnica & simplex, vt in aqua caponis simplici, vel varia & multiplex, vt in composita. Simplex est brodium colatum & post coctionem sufficientem, ac fortem expressionem remanens ad ℥ ij. iij. aut plures; prout magna carnis aut simplicium quantitas decocta fuerit. Composita verò hæc fit materia, quando huic brodio alia admiscetur, eaq; vel fluida, vt, aq. destillatæ, succi, vinum aut similes liquores: vel Mollia, vt, conserv. condita, confectiones aliæ molles: vel sicca: vt, simplicia quædam, minùs ingrata, aut aromata siue species officinales aromaticæ. Aquas destillatas solent miscere ad vncias aliquot ℥ ij, ij. vel plures: succos ad Vnc. iij. vi. mollia, à Drach. j. ad Vnc. j. ij. iij. siue plures: pulueres à Drach. j. ad Vnc. ℥. aut ij. Ali-  
qui



qui etiam, vt Gorraeus, iterum recentem carnem caponis addunt, & micam panis, in liquore aliquo, vino, v. g. aut aquâ rosarum maceratam.

In præparandi ratione duo notanda: *Preparatio*  
 Coctio & Destillatio. Quod ad illam, accipitur capus vel gallina euiscerata, atq; in frustra incisa, pinguedine, omni depositâ, vt alibi jam docuimus: cui & reliquæ carnes ritè præparatæ, si lubet, adduntur; atq; hæc simul coquuntur cum aquâ s. q. in olla vitreata, vel cucurbita vitrea, vsq; dum omnia ad mucilaginem quasi redeant, postea fortiter exprimuntur, & liquor colatur. Quod ad hanc, brodium ita paratum inditur cucurbitæ, & simul etiam quædam ex modò dictis, si aquam expetis caponis compositam, atq; post ex ipsis liquor per destillationem elicitur.

## PARADIGMATA.

### Aqua Caponis simplex.

*IV.*  
*Formula præscribens*  
 Caponem euisceratum atq; in frustra incisum, &c.

cisum, deposita pinguedine, decoque in s. q. a-  
que s. art. Rec. postea brodi fortiter expressi  
remanentiam, & destilla in alembico vitreo  
l. art.

### *Aqua caponis Composita citra co- ctionem.*

℞ Pulpam vnus capi cursu fatigati &  
venati, antequam juguletur, pelle & pingue-  
dine detractis, & in aq. nenuph. & lact. ab-  
luatur, addendo conseru. viol. rec. fl. nenuph.  
Ana Vnc. j. borag. bugl. Ana Vnc. j. B. sem.  
pap. alb. lact. Ana Drach. j. sp. diamarg. frig.  
Drach. j. B succ. pomor. redol. Vnc. ij. M. om-  
nia simul & in duplici vase reponantur, de-  
still. s. art. In febre. Gesnerus.

### *Aqua Caponis composita cum co- ctione.*

℞ Caponem euisceratum atq; in frusta in-  
cisum deposita pinguedine decoque in s. q. aq.  
sec. art. ℞ brodi colati ℞ ij B. aq. borag. bugl.  
Ana ℞ j B. fl. ros. viol. borag. bugl. Ana Drach.  
ij. cinam. el. Vnc. j. Destillentur in alemb. vi-  
treo s. art. August.

Alia

## Alia adstringens.

℞ Conf. cichor. ros. symph. cornelorum,  
 minucydon. Ana Vnc. ij. pulu. el. diarrhod.  
 abb. triasant. Ana Drach. ij. troch. de carab.  
 berb. terr. sigill. Ana Vnc. ℞. corall. rubr. la-  
 pid. hemat. Ana Drach. j. aq. decoct. caponis  
 unius vel duorum alteratorum cum planta-  
 gine. centinod. taps. barb. lact. sem. berb. fu-  
 mach. & omphacio ℥ viii. Repone omnia in  
 alembico cum carnibus duorum pullorum, vel  
 duarum perdicum, vel duorum turturum, vel  
 unius caponis, vel plurium ex his, & cum mi-  
 ca unius panis albi vel duorum panum ma-  
 defactorum in aqua rosarum fiat destill. in B.  
 M. lento igne: ℞ predicta destill. ℥ ℞ succ.  
 mali granat. Vnc. j. vel j. ℞ sacch. rosat. Vnc.  
 ij. cinam. el. Drach. j. passentur per manic.  
 Hippocr. viatur eger omni hora. Gorreus.

Vtilitas hujus destillati eadem quæ Jus-  
 euli restaurantis seu consummati dicti. V-  
 timur autē illo per se ex cochleari, vel in jus-  
 eulis dissoluto ad cochlearia aliquot, vel ip-  
 si additis aliis, vt succo lim. granat saccha-  
 ro, marg. præparat. &c. atq; quancocunq;  
 & quoriescunq; visum fuerit. Viribus nimi-  
 rum vacillantibus & restauratione indi-  
 gentibus.

V. VI.  
 Vtilitas.  
 & V. VII.

OBSER.

## OBSERVATIONES.

Multi destillatum hoc sine coctione parant, dum caponis carnem ritè preparatã nõ coquunt sed statim, additis & aliis conuenientibus, in vase idoneo destillant. Vti exemplum ex Gesnero adductum demonstrat.

Quod si ambra vel moschi vim in destillato hoc liquore, desideres, poteris hæc ad gr. iij. vi. vel ℥b. linteo vel nodulo conclusa, alembici naso appendere, vt liquor transiens eorũ vim & odorem secum ducat. Hæc enim ratione commodius id peragitur, quàm si cum reliquis destillentur.

Suprà monimus in confectione Iusculi corroborantis frustrã quosdam perlas, fragmẽta pretiosa, bolum, auri folia & similia admiscere, quandoquidem nihil uiriũ jus coctione ex illis exugat: quod etiã nõ minus verè de Destillato hoc dici potest. Quia in eiusmodi destillatione leui, per B. M. vel arenã institutã, nullã hæc de se vim energeticam seu spiritum efficacem, fundit, cum etiam urgentiori calore vix haberi possit. Imò non pauci Pragmaticorũ reperiuntur, qui parum huic destillato tribuunt, imprimis simplici. Nihil enim, aut per parum commodi, ex illius usu, in agros redundare ajunt: cum per hanc destillationem vis alimentalis

lis ex carnibus non eleueta: sed tantū succus  
 crudus & aquens, omniq; facultate nutritiā pri-  
 uatus ac destitutus. Forsan quod pinguedo su-  
 pernatans humori subiecto pelliculam indu- Ioan. Lōg.  
 in Epist. 53  
 cat, per quam subditus humor vix euaporare  
 possit. Sic oleum, vino aut aquis odoratis affu-  
 sum, ea exhalare non sinit: & raphanus quo-  
 q;, cum oleo comestus, de ventriculo eructatio-  
 nes, quas solet, ciere non potest. Ideo multi hu-  
 jus destillati loco, iusculo corroborante vi ma-  
 lunt. Nos tamen nihilominus de hoc verba  
 hic facere volumus, ne cui ex incuria illud  
 prateruolasse videamur.

## CAPVT XIV.

## De Aqua Confortatiua.

**V**Nica adhuc superest medicamēti for-  
 ma, ad præcedētiū classē etiā referēda,  
 quam Nostri vernaculē *Ratiffwasser* dicūt:  
 Latinē, si verbum verbo reddas, Aqua con-  
 confortatiua seu Corroborans vocari potest.  
 Aqua quidem, quod hæc medicamēti spe-  
 cies, magnā ex parte, ex aquis stillatiis cō-  
 stet: confortatiua verò seu corroborans,  
 quod communiter ad sui compositionem  
 confortantia recipiat, & ad vires in mor-  
 bis sustentandas plerumq; imperetur.  
 Et si

I.  
 Quid sit,  
 Nomen

Etsi autem nullus Authorum eorum, qui formulas remediorum evulgarunt, aut de compositione medicamentorū scripserūt, huius medicamenti, quod equidem sciam, meminerit: nos tamen, cum modernis Medicis, remedij sit formula plusquam familiaris, eius differentias, compositionem, utilitatem ac reliqua breuiter ad trutinam vocabimus atq; ita medicamenti internis, ijsq; fluidis, finem imponemus.

*Descriptio* Est autem Aqua hæc medicamentum potulentū, ex aquis stillatitijs, tum alijs ad scopum facientibus, per simplicem mixtionem, ad corroborandum in primis, paratum.

*II.*  
*Differētia* Eius differentix statui possunt plurimæ, prout ex varijs alterantibus cōficitur. Hinc alia ad calefaciendum, aut refrigerandum apta; alia verò ad corroborandum vel percipiendum comparata. Quædam ad humorem biliosum alterandum est idonea; quædã verò ad pituitosum aut melancholicum instituta. Illa capiti est accommodata, hæc cordi vel jecori consentanea. Sed ex his lector leuiter se expediet, si, quas in Apozemate alterante enumeravimus differentias, consulat.

Totus compositionis huius aquæ cardo,

do, in cognoscenda ejus materia versatur. Est enim alia Fluida, alia verò Mollis, alia deniq; Sicca vel Solida.

Fluidam suppeditant magna ex parte *Materia fluida* liquores illi stillatitij, quos aquarum nomine complecti solemus, siue jam sint simplices, siue compositæ; quibus non raro affunduntur succi quidam expressione elicti, vt, granat. ribium, limonium, vel etiam alij liquores; vinum acetum &c. Aliquando, sed rariùs, Syrupus quidam conueniens. Cum enim in aqua hac, Medici plerumq; studeant colori albo, omnia illa, quæ ipsum obscurant aut interuertunt, ferè omittunt. Quod tamen neq; perpetuum, neq; necessarium. Præscribitur autem hæc materia ad Vncias aliquot, quatuor, sex, v. g. aut etiam ℥ circiter vnam. Ita tamen, vt aquæ stillatitiæ plerumq; reliqua quantitate superent. *Qualitas*

Mollem verò materiam constituunt conferuæ, condita aut similis consistentiæ confectiones officinales aliæ; sed hæc omnia rariùs in vsum veniunt. Si tamen horum aliquid assumi libeat, potest id fieri à ℥. ad ʒj. pro liquoris Vnc. j. *Materia mollis*

Materia demum solida constat ex varijs *Qualitas*  
*Quantitas*

S rijs

riis simplicibus, plerumq; aromaticis & gratis, aut pulueribus officinalibus, quorum ℥ ℥. vel ℥. ℥. aut j respondeat materiae fluidae Vnc. j. Huc etiam merito referenda, quae propter dulcorem & gratiam ipsi aquae adduntur, ut, est Saccharum album commune, rosat. violat. vel, quod frequentissimum, manus Christi simplices aut perlatae. Horum materiae fluidae Vnc. j. recipiat Drach. j. aut ij.

## PARADIGMATA.

IV.

Norma  
prescriben  
di.

℞ Aq. fl. tiliae. lauand. salu. Ana Vnc. j.  
cinam. Vnc. ℥. mirab. Lang. Drach. iij. sp. ce-  
ras. ℥j. sp. diamb. contra. apoplex. Ana ℥℥.  
corall. rubr. præp. ℥j. marg. præp. ℥℥ succ. alb.  
præp. Gr. iij. Man. Christ perlat. Drach. vi.  
M. Contra Apoplexiam.

### Alia ad palpitationem cordis.

℞ Aq. meliss. basilic. Ana Vnc. j. borag. è  
fl. destill. Vnc. ij. cinam. Vnc. ℥. vini maluat.  
Vnc.



Vnc. j. β. Iulepi rosac. Drach. vi. sp. de gem.  
calid. ℥j. lig. aloes Gr. vi. sant. citr. corall.  
rubr. prap. Ana ℥β. ras. eboris gr. iiii. marg.  
prap. ℥j. unicornu veri gr. v. Manus Christi  
perlat. Vnc. j. M.

V.  
Vtilitas;

Vtiliter adhibetur aqua confortatiua in  
affectibus cerebri quam plurimis, ad ejus  
humiditates absumendas, spiritus anima-  
les adaugendos, obstructions meatuum  
recludendos, paroxysmos vertiginosos,  
convulsorios, epilepticos aut abrum-  
pendos aut præcauendos, affectus so-  
poriferos carum, catochen, lethargum  
& similes tollendos, tremulis, paralyti-  
cis, aut paresin è colica perpeffis mo-  
tum restituendum, sensus tum inter-  
nos tum externos exacuendos. Po-  
test & esse vsui melancholicis & aliis præ-  
ter rationem tristibus timidis ac solita-  
riis, ad lætitiã animi augendam fletus  
inuoluntarios compescendos.

Nec non in affectibus thoracis & pul-  
monum, vt eorundem inflammationi-  
bus, obstructionibus, exulcerationibus,  
vasis exesis & sanguinem fundentibus.

Inprimis autem robur facultatis vita-

S 2 lis

talis eximiè tuetur ac reficit talis aqua, hinc viribus exolutos sibi ipsis restituit, & omnè penè noxam cordi adversam disiciit ac expellit. In cardiacis, animi defectionibus & cordis syncope ac tremore mirabilis efficacix ac juuamenti existit, febribus syncopalibus, malignis & pestilentibus aduersatur, & cor à prauorum fuliginum noxa tuetur.

Daturetiam magno cum emolumento in præfocatione vteri, item ad ejusdem ligamenta firmanda ac factum imbecillio rem roborandum, ob id grauidæ & foetui confortando remedium salutare. Imò nulla natura, nullæ ætas, non sexus, non morbus, in quo non bonis agris rebus exhiberi possit.

Solet autem propinari per se ex cochleari interdium ac noctu, quotiescunq; visum fuerit, ad vnum, duo aut plura cochlearia.

*¶ 1.  
V. s. s.*

## CAPVT XV.

### DE BOLO.

*1.  
Quid sit.*

Medicamentis Internis quæ fluidæ sunt substantiæ ad finem perductis, aggrediamur

mur jam ea, quæ consistentiam nacta sunt aliquo modo solidiorem, non tamen omninò duram, sed inter hæc & antecedentia mediam, atq; ob id Mollia vocantur. Inter quæ primum occurrit Bolus, qui, quod sit medicamentum magnitudine frusti alicujus buccam explentis, nomen hoc est adeptus. Aetij Interpretes eandem etiã ob causam Buccam ipsum appellant.

*Nomen.*  
Est autem Bolus medicamentum internum, molle, sphæricum, & vnâ vice deglutiendum.

*Descriptio.*  
Molle) Per hoc ab antecedentibus omnibus, & duris ac solidis subsequituris remediis seiungitur.

Sphæricum, & vnâ &c.) Hæc bolum ab Electuario & Eclegmate differre faciunt.

*II.*  
Bolus, vt vitetur omnis confusio, in duplicem digeripotest classem: quarum prior complectatur Purgantem, posterior verò Alterantem. Ille autem itidem bipartitus est.

*Differètiæ.*  
Alius enim noxios humores cathartica vi per alvum exturbat; alius eosdem concitato vomitu per os eijcit.

Ad illius autem differentias cognoscendas, ea, quæ in Apozematis cathar-

etici differentiis diximus, dilucidioris explanationis gratiâ, ad hunc etiam locum, si modò gratum fuerit, accommodari poterunt. Nos à bolo cathartico exorſi reliquas species huic inferius annectemus.

*Bolus Catharticus.*

III.  
*Compositio.*

*Materia excipienda.*

*Qualitas.*

Bolus qui propriâ significatione catharticus dici consuevit, duplicem habet materiam: aliam propriam, alteram verò Communem. Propria diuiditur in Excipiendam & Excipientem. Illa est sicca & arida, vt, puluis aliquis purgans, aut etiam alterans, qui vel ad purgantium vim efferam corrigendam, vel gratiam odoris aut saporis bolo conciliandam, vel aliam ob causam ipsi additur.

Vterq; vel Simplex, vel Compositus; officinalis siue magistralis: quo etiam referre licet tabellas catharticas in Officinis asseruatas. Hisce tamen rarò utimur, quia non nisi in magna copia sumptæ ferè purgant, ob quod boli molem nimis intumescere faciunt. Constat etiam

etiam puluis hic ex omni simplicium puluerabilium genere, his solum exceptis, quæ vel propter insuauitatem fastidium mouent horroremq; excitant, vt sunt species hieræ Galeni, quæ tamen Medicis Italialis in frequenti sunt vsu, vel propter malignitatem castigari, nec in propria substantia dari debent.

Puluis purgans eâ quantitate assumendus, vt dosin ad purgandum integram constituat, modo bolus nulla alia purgantia recipiat. Alterans verò à granis aliquot, ad ℥j. vel Drach. j. si præsertim nullus ex cathartîcorum genere ad compositionem boli fuerit adhibitus.

Excipiens est vel Mollis, vel Fluida. Mollis aut Purgans, aut Alterans. Illa siue Simplex, siue Composita. Simplex: vt, pulpa cassiæ, quæ frequenter confectiorem boli ingreditur, vel prunor: tamarindorum aut alia similis, item extractum aliquod alicuius cathartîci simplicis. Composita quando ex modò dictis plura accipiuntur, vel horum loco electuarium aliquod cathartîcum officinale aut ex tractum compositum. Alterans

*Quantitas**Materia  
excipientia  
Qualitas.*

etiam est vel simplex; vt, conserua quædam, aut confectio alia consistentiæ ejusdem; vel composita, quando harum plures asciscuntur.

Mollia verò hæc alterantia ferè omittuntur, si bolo quædam ex purgantibus ejusdem consistentiæ fuerint addita.

Fluida autem solet affundi, quando boli materia ex siccoribus & meris pulueribus constat. Hujus enim beneficio in vnum cogi possunt. Assumitur autem ferè Syrupus aliquis: isq; aut purgans, aut alterans, mel rosatum, violatum, aut simile quid. Præter hæc & bolo nonnunquam ad corroborandum admiscuntur olea stilatitia, anisi, v. g. macis, cinam. caryophyll.

*Quantitas*

Materia cathartica mollis, siue sit simplex, siue composita; vel per se sola ad purgandum sufficiens esse, vel, si simul pulueres cathartici fuerint assumpti, cum ipsis dosin absolutam, constituere debet. Conseruas verò aut confectioes alterantes, si pulueres excipere oportet, à Drach. ß. ad Drach. ij. vel Vnc. ß. eadem adhibentur; si autem & alia mollia cathartica bolum ingrediantur, tum hæc aut prorsus negliguntur, aut in minori copia assumuntur. Syruporum accipitur ad informandū  
quan-

quantitas sufficiens, Olea verò defillata, ad

atque

a siue

3. j.

verò *Materia*

olum *communis*

effin- *Qualitas.*

ersa- *Quãtitas.*

opter

osaf.

gra-

titas

tum,


nè,

S 5


PA-

**B** Bolus

Boli purgantis materia alia







etiam est vel simplex; vt, conserua qua-

dam

dem

resa

M

tur,

dem

F

mat

con

cog

rup

tera

le q

ad

latit

*Quantitas*

ple

gan

uer

fis

Co

tes,

ß. a

bentur; si autem ex aqua mollia cathartica  
bolum ingredientur, tum hæ aut profus  
negliguntur, aut in minori copia assumun-  
tur. Syruporum accipitur ad informandū

quan-

quantitas sufficiens, Olea verò destillata, ad guttas saltem aliquot affundi solent. Atque hæc est bolicathartici materia propria siue specialis: quæ in vniuersū pōdere æquet ʒ. j. ij. iij. aut iv. siue etiam Vnc. j. Materia verò communis, quæ scilicet ad quemuis bolum siue fuerit catharticus siue alterans effingendum adhiberi potest, in duplici versatur differentia. Alia enim additur propter gustum, velut est saccharum album, rosat. violat. &c. puluis cinam. anisi aut alius gratus & corroborans: atq; horum quantitas non definitur. Alia verò propter ornatum, quando videlicet bolus, pro ijs maximè, qui speciosis & aureis delectantur. medicamentis, aurifolijs obtegitur.

*Materia  
communis  
Qualitas.  
Quantitas.*



S 5

PA-

B. Bolus

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula  
prescribē.  
di.

℞. El. lenit. S. catholic. Ana Vnc. ℞. cum  
sacch. F. bolus. Sen.

Alius.

℞. El. catholic. Vnc. ℞. vel Drach. vi. dia-  
phæn. Drach. j ℞. aut ij. F. bolus cum sacch.  
Schyron.

Alius.

℞. Pulp. cass. fistul. ad vaporem decoct. anisi  
extr. Drach. vi. el. de s. ros. Drac. ij. rhab. opt.  
Drach. ℞. cum sacch. F. bolus. Renod.

Alius.

℞. Conf. viol. Vnc ℞. rad. mechoac. Drach.  
j. cum syr. ros. lax. formetur bolus VVECK.

Alius.

℞. El. lenit. simpl. Vnc. ℞. de s. ros. Drachm.  
ij ℞. conf. borag. bugl. Ana Drach. j. M. F. bo-  
lus Sennert.

Alius.

℞. Tur-

℞. Turpetibi Drach. j. Zingib. mastich.  
 Ana ꝑ. sacch. ꝑj. mell. rosac. q. s. M.  
 F. bolus. Fuchsf.

## Alius.

℞. Terebinth. aq. alkek. lota Drach. ij. rhab.  
 opt. ꝑj. succ. albi ꝑ. cum sacch. & pulv.  
 glycyrrh. F. bolus Sen.

Ad intelligendam boli cathartici vtilitatem prodesse queunt ipsa, quæ in potiõe purgante diximus. Priuatim autem bolus purgans excogitatus in gratiam eorum, qui facilè vomituriunt & dilutas purgationes aut auersantur aut statim reiiciunt: nec interim tamen catopotia aut propter deglutendi difficultatem, aut temperamenti calorem ac siccitatem, aut cœli squalores, aut aliam ob causam adhibere licet. Item quando medicamentorum quorundam acrimonia & insuauitas occultanda, aut talia exhibēda, quæ cõmodè dissolui nequeūt, nec ob molē commodè formâ pilulari deglutiri possunt. Adde, quod hæc medicamento formâ diutius ipsis potiunculis in ventriculo hæreat, & à partibus magis lon-

V.  
 Filulae.

VI.  
V<sup>us</sup>.

longinquis trahat. Deglutitur autem bolus; vel vnâ vice totus ac integer, vel in plures partes diffractus, vna post alteram deuoratur. Interdum per se solus assumitur, nonnunquam verò ex cochleari cum vino, jure aut syrupo; aliquando panis azymo, in liquore priùs madefacto, inuoluitur.

Potest etiam superbibi parùm vini, aut alteriùs liquoris, vt eò citius dissoluatur. Accipitur autem bolus purgans ferè tempore matutino, more aliorum cathartico-  
rum.

### *Bolus Emeticus.*

III.  
Composi-  
tio.

Licet forma liquida & fluida ad vomitum concitandum videatur accommodatior, quod humore perfusus & liquore repletus ventriculus, facilius vomat, nec excernenda diluta ventriculi lateribus adeò pertinaciter adhærescere possint; nihilominus tamen & forma boli aliquando vomitorium exhibemus.

Est autem eius materia itidem duplex: Specialis scilicet & Generalis. Illa vel est sicca, & materiæ excipiendæ locum obtinet: vel mollis aut fluida, & excipientis vi-  
cem

em gerit. Sicca siue solida, est puluis aliquis emeticus simplex aut compositus, cuius dosis exprimi hinc nequit. Est enim modo maior modo minor, prout magis aut minus fortis est ac validus. Vel etiam alterans, cuius pondus à granis aliquot, ad ℥j. vel Drach j.

*Materia  
excipiendâ  
Qualitas.  
Quantitas*

Materia mollis vel est vomitoria, vel nõ vomitoria. Vomitoria, vt extractum aliquod emeticum, cuius quantitas tanta sit, quæ ad facultatem stomachi excretricem irritandam sufficiat. Non vomitoria est conferua aut confectio quædam similis consistentiæ: quarum pondus incipit à Drach. β. ad Drach. j. & desinit ad Vnc. β. De materia fluida; vt, syrupis & oleis stillatitijs, supra sermonem fecimus: nec non etiam de materia Generali seu communi: itaq; in ipsis repetendis lectori molesti esse nolumus.

*Materia  
excipien-  
tis.  
Qualitas,  
& Quan-  
titas.*

## PARADIGMATA.

℞. Conf. ros. Drach. β. st. antimon. gr. iij. vel  
v. M. F. bolus auro coopertus, vel saccharo cõ-  
spersus. VVECK.

*℥v.  
Forma  
Prescrib-  
da.*

Vel

## Vel.

*℞. Vitrioli Rom. exicc. vel chalcātbum dis-  
sōlu. in aqua & depuratum euapora, quod in-  
fundo remanet accipe ad gr. ij. cons. ros. roris-  
mar. vel bugl. Drach. j. M. Heur.*

*v.*  
*Utilitas.*

Hæc vomitorij forma expetitur potissimum in affectibus cōtumacibus & inueteratis, vbi viscosi crassi & tenaces à partibus remotioribus humores euocandi.

*VI.*  
*Vsus.*

Vsus ex bolo cathartico patet. Non in-  
cōueniens etiam est, si à deglutitione boli  
emeteci post horam dimidiam, aut integrā,  
liquor aliquis, vt brodium pingue, ad fa-  
ciliorem rejectionem hauriatur.

*Bolus Alterans,*

Bolus alterans, qui videlicet ad corp<sup>9</sup> al-  
terandum seu corroborandum potius quā  
purgandum instituitur, ex duplici, vt reli-  
qui duo præcedentes, constat materiā: spe-  
ciali scilicet, & communi. Illa: vel est sicca:  
vt, puluis aliquis simplex, aut compositus;  
vel mollis, vt conferva aut rob, aut confe-  
ctio quædam alia: vel fluida, vt, syrupus  
aliquis,



aliquis, aut oleum quoddam destillatum.

Puluis præscribi solet à gr. aliquot ad ℥j. Drach. j. aut ij. Mollia, à ℥j. ad Drach. ij. Vnc. β. Reliquorum dosis in superioribus determinata est. In genere tamen vniuersa boli alterantis massa rarò Drach. ij. aut Vnc. β. excedit.

## PARADIGMATA.

℞. Conf. viol. Drach. iij. nymph. Drach. j. o- <sup>IV.</sup> Præscribē.  
 py gr. j. croci gr. ij. sp. diamarg. frig. gr. vi. cum <sup>disformis.</sup>  
 sacch. F. bolus. Sen. Ad somnum cõuiliandum. <sup>ls.</sup>

## V E L.

℞. Requiri Nicol. Drach. j. pulu. cl. de gem.  
 Drach. β. M. Bertald.

### Alius ad Venena.

℞. Ther. Ven. Drach. j. terr. Lem. ℥j. lap. be-  
 zoard. gr. vii. M. F. bolus Idem

### Alius.

℞. Conf. ros. sic. Drach. j. menth. minæ cy-  
 don.

don. s. Ana Drach. B. sp. aromat. ros. diamarg<sup>o</sup>  
frig. Ana ꝑB. conf. alker. gr. iij. Cum Sacch. F.  
bolus auro coopertus. Post purgationem ad  
corroboracionem ventriculi.

## Alius ad vlcera renum.

ꝑ. Troch. alkek. Drach. j. el. de charab. ꝑB.  
conf. viol. Drach. ij. M. Bertaldus.

V.  
Utilitas.

Bolus alterans quibusuis in morbis ex-  
hiberi potest; imprimis tamen confert ad  
ventriculum corroborandum postridè  
post assumpta medicamenta cathartica  
deglutitus, ad vomitum compescendum,  
fluorem alui quemuis cohibendum, ad co-  
licos item, ac iliacos, cæterarumq; partium  
dolores lethales mitigandos.

VI.  
Vsu.

Assumitur autem hoc medicamenti ge-  
nus manè vel etiam alia quavis horâ, vrgen-  
te necessitate per se, vel excochleari, parùm  
cum liquore aliquo dilutus, superbiben-  
do, si lubeat, aliquid vini, aut alte-  
rius liquoris idonei.



CAPVT

## CAPVT XVI.

*De Electuario.*

Quæ, qualisue remedij forma Electuarij <sup>l.</sup>  
 nomine subintelligenda, explicare est *Quid sit*  
 difficile: cum vox hæc à Medicis, varijs ac  
 diuersis inter se medicamentis, attribuatur;  
 atque de eius origine ac deriuatione non  
 minùs dissidentes sint Practicorum sen-  
 tentiæ. Quidam enim Electuarium Græcis  
 Antidotum dictum putant. *Nomen.*

Verùm enimuerò cum non solum ad-  
 uersus venena, vt Græcorum antidota, sed  
 & quouis modo ad corpus tum alterandū,  
 tum purgandum Electuaria comparentur,  
 euilibet patet, minùs antidoti nomen ipsi  
 Electuario competere.

A quibusdam Electuaria distribuuntur  
 in liquida siue Mollia, & solida. Piora a-  
 liàs Opiatas vocare solent, propter confi-  
 sistentiam, quâ cum veterum confectioib<sup>9</sup>

T

opia-

opiatas conueniunt. Sed cum noſtra Electuaria nec quæuis, nec ſemper opium recipiant; minùs nomen hoc in ipſa quadrat. Poſteriora uerò, id eſt, ſolida magis propriè Tabellæ, Morſelli, Rotulæ ſeu alia ſimili uoce appellantur. Deductionem nominis quod attinet.

Quidam Electuaria quaſi Electaria dicuntur, ab ἐκλέγομαι deligo, ſeligo; quod ſcilicet Electuaria, in primis alterantia, ex electis conſtēt aromatis; uel quod ad eorum compositionem medicamenta odore ſaporeq; gratiora & iucundiora maximè deligantur.

Accedit & hoc, quod plerq; confectiones aromaticæ, quæ hodie in tabulis, uel forma pulueris habentur, olim cum melle aut ſyrupis exceptæ conuenientibus, forma electuarij, ut paſſim apud Meſuen videre eſt, aſſeruabantur. Verùm hi Doctiſſimo noſtri ſæculi Medico Sennerto non ſatisfaciunt: cum non ſolùm aromaticæ & ſuaues, ſed & purgantes ac non ſatis guſtui gratæ confectiones inter electuaria recenſeantur. Ipſi igitur uocabulum Electuarij deductum, aut potiùs corruptum uidetur, à Græcorum nomine, ἐλεκτὴριον uel ἐλεκτὴριον, quo nomine ipſi medicamentum appellant, quod lin-  
gendo

gendo quasi absumi potest. ἐκλείχεν enim & ἐκλείχεν est lingere, & lingēdo absumere. Ita ut Electuariū ab Eclegmate nomen traxisse videatur, cum inter se non multū differant. Sed satis superque de nomine Electuarij. Ut igitur tandem, quid per hoc vocabulum intelligi velimus, pateat, talem ipsius descriptionem proponimus. Quod sit Medicamentum internum, molle, consistentiæ inter bolū ac Eclegma mediæ.

*Descriptio*

Consistentiæ inter &c.) Bolo enim aliquantō liquidius, Eclegmate verò crassius esse debet.

Electuarium verò aliud est Purgans, aliud Alterans. Vtriusque differentiæ ex superioribus petendæ. Ratione autem compositionis vnumquodque horum, vel est simplex, vel compositum. Simplex, quando materia remota decoquitur, aut infunditur, aut prælo subiecta exprimitur, aut vniuersa electuarij materia, saltem inter se miscetur. Compositum, quando duplicem adhibemus materiam remotam, dum videlicet in decocto parato recentia infunduntur, aut nisi infuso noua decoquuntur, aut in succo extracto alia infunduntur siue decoquuntur.

*II.  
Differentia  
tia.*

T 2

El-

*Electuarium purgans simplex ex decocto.*

III.  
Compositio.  
Materia Remota.  
Qualitas.  
Quantitas

In huius electuarij compositione duo comodanda: Materia & præparandi methodus. Materia: vel est Remota, vel Propinqua. Illa partim solida, partim fluida. Sicca constat ex varijs simplicibus in Apozemate enumeratis, quæ pondere ac copiâ qua lubet, in materiæ liquidæ, id est, aquæ communis, vel alterius liquoris sufficienti quantitate decoquuntur, vt ibidem dictum. In decoquendis autem hisce notandum, raro ad decoctionem hanc adhiberi purgantia, præter ea quæ vim catharticam in abdito habent, ac duplicem coctionem, vt post patebit, absq; iactura suarum virium sustinere valent. Atq; in eorum quantitate definienda, respiciendum tum ad ipsorum in purgando vires, tum ad purgantia ea quæ post coctionem ipsi electuario adduntur, tum etiam ad ipsum electuarij vsum. Hæc enim omnia ipsorum molem vel augendam, vel minuendam declarabunt. In genere autem tanta ea esse debet, vt in toto doses sufficiat, vna cum ipsis, quæ post coctionem adduntur,

ca.

catharticis, in quot electuarium distribuere volueris.

Materia autem huius electuarij propinqua est bipartita.

Alia enim coquitur, alia verò non coquitur. Quæ coctionem experitur; vel est medicamentosa, vel dulcans. Medicinalis est decoctum colatum, ad ℥̄ ℞. ℥̄ j. aut plures. Dulcans verò est vel saccharum, idq; commune album, aut rosatum, aut candi aut penidij; vel mel despumatum, quibus interdum jungitur syrupus aliquis officinalis, ad Vnc. ij. iij. aut plures. Materia autem hæc edulcans vniuersa adæquet medietatem liquoris decocti & colati, vel ad huius partes tres sumantur illius partes duæ.

Quæ verò non coquitur materia; est vel Purgans, vel non purgans. Vtraq; aut mollis; vt, pulpa cass. prunor. tamarind. electuar. liquida offic. extracta, conseruæ alterantes, condita seu confectioes aliæ molles; Aut sicca & arida; vt puluis aliquis simplex, vel compositus, magistralis vel vsualis.

Materiæ huius quantitas alia Generalis, alia verò Specialis. Secundum illam, materia hæc non decoquenda pondere materiæ coctæ par sit, aut paululum infra subsistat;

*Materia  
qua non  
coquitur.  
Qualitas.  
Quantitas*

*Materia  
qua non  
coquitur.  
Qualitas  
Quantitas.*

si præsertim multum de pulueribus recipiat. Satius enim est, hanc in paulò minori, quàm nimis magna quantitate addi, cum electuarium liquidius leui coctiõe aut euaporatione facile ad maiorem spissitudinem aut lentorem redigi possit. Secundum hæc verò, id est, quantitatem specialem: Purgatiã eã copiã dissoluenda, vt vel per se ad purgandum sint sufficientia, si nihil catharticatorum fuerit decoctum, vel cum hisce doses iustè cõpleant. Alterantia verò ea quantitate addenda, quã congruam electuario formam concilient; Modò maiori, modò minori prout scilicet multum, aut parum, de catharticiis fuerit additum.

*Prepara-  
tio.*

Sed doceamus jã & huius electuarij præparationem, quantum quidem ad præsens attinet negotium. Primò fit decoctum, vt in Apozemate annotatum, postmodũ liquor vi medicamentorum imprægnatus colatur, ipsiq; miscetur materia dulcans, atq; simul in syrupi consistentiam coquantur: vbi paululum refrixerint, additur materia mollis; siue ea sit purgans, siue simul & alterans, & probè omnia agitantur, ac postremò pulueres tenuissimè triti insperguntur; atque ita singula diligenter commiscendo, ad formam electuarij rediguntur.

PARA-



## PARADIGMATA.

## Diacassia cum manna.

℞. Prun. Damasc. Vnc. ij. Fl. viol. Mjß. aq. pure Vnc. xviii. Bulliant, ut artis est, ad medietatis consumptionem: cola, & in colat. dissolue pulp. cass. Vnc. vi. tamarind. Vnc. j. manne opt. Vnc. ij. syr. violati Vnc. iiii. sacch. candi, penidy Ana Vnc. j. violati Vnc. iiii. confice, ut artis est. I. A.

IV.  
Forma  
Prescribē-  
di.

## Elect lenit Florenzolæ.

℞. Passul. enuel. Vnc. ij. capill. ven. sen anthi nigri, viol. rec. bordei mundi Ana Mj. iuiub. sebest. Ana Num. xx. glycyrrh. Vnc. ß. prunor. enuel. tamarind. Ana Drach. vi. fol. sene, polypod. Ana Vnc. ij. mercurialis Mjß. Decoquantur, ut artis est, in sufficiente aqua postmodum cola, & in colato dissolue pulpar. cassia, tamarind. prunor. sacch. opt. violati Ana Vnc. vi. pulu. sene Vnc. iij. ß. F. El. ut artis est.

T 4

El.

## El. len. de manna.

℞. Prun. Damasc. Num. xx. viol. Vnc. j.  
 capill. ven. ceterach, lichenis seu hepatica Ana  
 Draoh. iij. sem. quat. frig. maj. Ana Vnc. j. Co-  
 quantur in aqua sufficiente, ad medietatis cō-  
 sumptionem, exprimantur & colentur: in co-  
 lato dissolu. manna opt. & puriss. conf. viol. pul.  
 cas. Ana Vnc. j. sacch. alb. ℞ iij. Coq. ~~ma~~ ex-  
 tract. ad mellis consistentiā: ad extremū suble-  
 quentes pulveres paulatim inspergantur sem.  
 quat. frig. viol. nymph. sem. lact. scar. portulac.  
 rhab. el. fol. sene Ana Vnc. j. Pulveris entur si-  
 mul omnia, & cum prædictis misceantur.  
 Nicol. Alexandr.

Electuarium purgans simplex  
 ex Infuso,

III.  
 Composi-  
 tio.

Vocatur ita, quod eius materia remota  
 per Infusionem præparetur. Neq; à præ-  
 cedenti Electuario, tum materiā, tum præ-  
 parandi ratiōe quicquam differt, nisi quod,  
 ut illic materia Remota solida in liquoris  
 quantitate sufficiēti decoquitur, sic hic sal-  
 tem

rem infunditur. Et qui fusiro huius compositionis explanationem desiderat, consulat Syrupum simplicem per Infusionem paratum Nos paradigmate rem illustrare conabimur.

℞ Fol. sen. or. mund. Vnc. j. Agar. rec. troch. Drach. v. hermodact. Drach. iij. turbitih. el. ℥ij. sem. anis. fenic. zingib. Ana Drach. j. cinā. Drach. ℞. macis ℥j. Infunde in vini albi & aq. hyssop. Ana part. aq. per horas 24. de colat. fort. expr. sume ℔ j. adde mell. desp. Vnc. vi. Syr. de hyssop. Vnc. ij. de carth. Vnc. j. Coque supra consistentiam Syrupi: adde pulp. caß. cũ decoct. anis. extr. Vnc. iij. el. diacarth. Arnold. Indi mai. Ana Vnc. j. ℞. rhab. pulueris. Drach. ij. sp. aromat. ros. Gabr. ℥j. troch. alhand. ℞. M. f. El. s. art.

IV.  
Norma  
Præscri.  
bandi.

## Electuarium purgans simplex ex succo.

Per expressionem etiam paratur electuarium, quando scilicet succus ex medicamentis torculari subjectis vi exprimitur. Atque huius electuarii, non minus ac duorum antecedentium materia est vel Remota, vel Propinqua.

III.  
Compositio.

T 5 Remo-

Remotam subministrant medicamenta simplicia, ex quibus succus eliciendus venit, quantitate eâ sumenda, quâ liquoris quantitatem sufficientem suppeditare valeant. Materiam verò propinquam constituunt, succus expressus, colatus ac defæcatus, cui postea additur mel, saccharum, aut alia etiam, edulcantia quantitate, sufficienti: coquuntur simul ad consistentiam justam: atq; demum adduntur reliqua, quæ nullam scilicet coctionis vim experiuntur, suntq; illis in Electuario ex decocto parato dictis planè conformia.

## PARADIGMA.

17. *Ratio præscribendi.* Succ. ros. rub. sacch. albi Ana Vnc. xvi. Coquantur simul ad consist. Syrupi: deinde hæ species trite adiciantur, scam. præp. Vnc. j. Sant. rub. albi, citr. Ana Drach. vj. sp. de ebore Drach. iij. camph. ℥j. M. f. El. de succo rosarum dictum Nicolaj.

*Electuarium purgans simplex ex nuda mistura ingredientium paratum.*

177. *Compositio.*

Facillimus ac simul v'sitatissimus electuarium

rium præscribendi modus existit, quando  
 citra ullam aliam longiorem operationem,  
 materiam Electuarium constituentem in-  
 ter se solummodo miscere sufficit. Ad hujus  
 autem compositionem, duplex concurret  
 materia: alia Informanda, quæ propter vim  
 suam medicinalem electuario additur, alia  
 verò Informans, quæ ipsi consistentiam aut  
 formam congruentem tribuit. Nos vtri-  
 usque Qualitatem ac Quantitatem metho-  
 do consuetâ explicabimus.

Est igitur materia informanda duplex: *Materia*  
 alia sicca & arida, alia verò mollis: utraq; *informan-*  
 aut Purgans, aut Alterans, atque vel simplex: *da*  
 ut, pulvis aliquis vnius simplicis, aut extra- *Quantitas*  
 ctum aliquod simplex, siue pulpa quæ-  
 dam similis: vel composita; ut, pulvis ali-  
 quis ex pluribus commixtus, electuarium  
 aliquod, aut extractum ex variis compositum:  
 de quibus omnibus magis fuse in com-  
 positione boli cathartici.

Quantitas huius materiæ alia Totalis, a-  
 lia verò Partialis. Illa ad modum inæqualis  
 est, nec certis limitibus includi potest. Iam  
 enim vniuersa huius materiæ quantitas  
 adæquat solummodo Vnciam vnâ vel alte-  
 ram; modo verò etiam ad ℥ij. aut ultra as-  
 cendit, si crebet, ac diuturnus electuarij  
 vsus

*Quantitas*

vsus

vsus esse debet. Partialis autem quantitas agit vel de pondere catharticoꝝ & alterantium in specie; vel de proportione & analogiâ quam mollia ergâ sicca & arida obseruare debent. Priorem quod attinet, purgantia eâ assumenda copiâ, vt tot doses purgantes suppleant, in quot electuarium distribuere animus. Alterantia pondere eodem, majori vel minori possunt addi: sed ferè horum tantum tertia, aut quarta pars ad cathartica adiicitur. Quia si alterantia in majori addantur mole, magna etiam & nauseabunda electuarij quantitas, pro vna vice, erit deglutienda. Molliora etiam & liquida quantitate superare debent solida, ita vt Vnc. j. illorum, excipiat horu Drach ij. iij. aut circiter.

Nâq; aliâs materiæ informâtis magna requiritur copia, quæ postmodum electuarij dosin in nimis magnam excrescere facit molem.

*Materia  
informan-  
te  
Qualitas.*

Pro materia verò informante, id est, quæ materiæ jam enumeratæ, formam electuarij congruentem inducat, eligitur vel Syrupus aliquis, vel mel despumatatum, vel saccharum aquis stillatitiis dissolutum, vel ex his plura simul. Huius autem materiæ mensura non semper definitur à Medico; cum

*Quantitas*

NON

non rarò quantitas sufficiens imperetur.  
 Quod si verò de dosi Electuarii, quam vi-  
 delicet in vnam vicem accipere conueniat,  
 certi esse voluerimus, expressam ejus in for-  
 mula necesse est assignate quantitatem.  
 Atq; illa debet esse vel major; si nempè ma-  
 teria informanda ex meris pulueribus, aut  
 magna ex parte constet; vel minor; si è cõ-  
 trario ex liquidioribus; ut, conseruis, con-  
 ditis, vel similibus confectiõibus sit com-  
 posita: quia hæc vicem materiæ informan-  
 tis aliquo modo supplent. Hinc si ad con-  
 fectionem electuarii solummodò assuman-  
 tur talis consistentiæ remedia, aut pulueres  
 saltem in minima ipsis addantur quantita-  
 te, materia informans profus potest omit-  
 ti. Si verò pro materia informanda, eligan-  
 tur solummodò pulueres, mel despumatũ,  
 in triplo addendum: in minori verò paulò  
 quantitate Syrupi, aut sacch. aquis solutũ,  
 quia hæc melle sunt liquidiora. Quantum  
 verò materiæ informandæ accedit de con-  
 fectionibus mollibus; tantum etiam ferè  
 decedit quantitati materiæ informantis.  
 Ita vt aliquando pondus materiæ informan-  
 tis & informandæ sit æquale, aliquando ve-  
 rò etiam hujus, illius molem, superet. Non-  
 nunquam etiam affunduntur spiritus, aut  
 aquæ

aquæ stillatiæ composita, aut olea destil-  
lata, ad guttas aliquot. Sed hæc omnia, si à  
scintillantij illo exemplorum Sole, lucem  
mutuata fuerint, clariora euadent.

## PARADIGMATA.

Elect. Hieræ picræ simplex.

IV.  
Formula  
prescriben-  
di.

℞ Cinam. Xylbals. asari. ꝑ. Indica, mastich.  
Chia, croci. Ana Drach. vi. aloës non lotæ ꝑ. ꝑ.  
℞ B. Mell. de ꝑ. ℞. iij. ꝑ. ꝑ. M. f. El. Gal.

Aliud.

℞ El. lenit. ꝑ. ꝑ. rec. extr. ꝑ. B. dia-  
satbol. Drach. ij. cum Syr. rosat. laxat. ducat  
ideam Opiati. Heur.

A L I V D.

℞ Antid. è psyllio Drach. iij. B. è s. ros.  
Drach. ij. cathol. Drach. j. serap. acid. s. ꝑ. ꝑ.  
ij. Iulep. violac. ꝑ. ꝑ. M. Fuchs.

Aliud de citro solut. dictum.

℞ Cortic. citrii pomi condit. consborag. bugl.  
viol. Ana Drach. v. ꝑ. diatrag. frig. diagrydi.  
Ana



*Ana Vnc. B. turbitih. opt. Drach. vi. sacch. albi  
in aquis cordial. dissol. ℥j. M. f. El. Guido  
de Cauliaco.*

## Electuarium compositum purgans.

Tantum de Electuario simplici, à com-  
posito nos breuiter expediemus. Paratur *111.*  
enim eodem modo præsertim quod mate- *Compositio,*  
riam remotam attinet, vt Syrupus compo-  
situs. Vel enim, vt supra dictum, decocto  
præparato, alia ipsi infunduntur: vel in-  
fuso adornato, alia elixantur: vel deniq; in  
succo extracto, alia, aut decoquuntur, aut  
infunduntur: huic postmodum liquori co-  
lato, jungitur materia dulcans, & simul co-  
quuntur ad crassitiem Syrupi aut mellis,  
quibus postremò miscetur materia, quæ  
nullam perfert coctionem, formaturq; ele-  
ctuarium vt supra.

## PARADIGMATA.

*Rad. belemij. bugl. cich. alib polyp. quere. sem. Ratiopræ-  
en. ci. cõt. Ana ℥ij. stech. h. sop. melissoph. cupar. scriben dñs.  
asplesij. beio artemis. Ana Mij. ouari. passar.  
expurg. Vnc. iij. quat. sem. com. frig. maj. an. si.  
glycyr. Ana ℥ij. Coquant. omnia ex art. r. ℥x.  
hydro-*

hydromelitis, donec septem super sint. In colato  
 jure macera, horis XII. fol. sen. Or. mund. ℞.  
 j. B. zingib. Vnc. j. Aliquantum bulliant, &  
 in expresso liquore dissolu. pulp. myxariorum  
 ℞ B. sen. mundat. & trita Vnc. iij. Syr. rosati  
 Perfici ℞ j. mell. opt. exp. ℞ ij. Percoquantur  
 igne lento in mellis temperaturam, inspergen-  
 do sub sinē rhab. el. cinam. opt. Ana Vnc. j. sant.  
 citr. Vnc. s. nuc. mosch. Drach. ij. Est catholi-  
 cum Simplex Fernelij. Dos: Vnc. j.

### Elect. de Pssyllo Mesuæ.

℞. Succ. bugl. sue borag. domest. & sly. end.  
 apij, Ana ℞ ij. succi fumar. Vnc. iij. Clarysi-  
 centur & in his infunde cuscute, anis. sena  
 Ana Vnc. B. capill. ven. M. j. asari Vnc. B. nar-  
 di Indica Drach. ij. Macerentur horis 24. de-  
 inde semel feruescant, & adde viol. rec. Vnc. iij.  
 epith. Vnc. ij. Rursus feruescant, colentur: co-  
 lat. addantur sem. psyllij Vnc. iij. macerentur  
 per 24. horas identidem agitando, post expri-  
 me totam muccaginem, in cuius ℞ iv. coque  
 igne leto sacch. opt. ℞ ij. B. scam. prep. Vnc. iij.  
 B. coctis omnibus, adde subsequencia subtilissi-  
 mē trita, troch diarrhod. de spodio, rhab. Ana  
 Vnc. j. de berb. Vnc. B. M.

v.  
 vtilitas.

Electuarium catharticum eadem que  
 Syru-

Syrupus purgans præstat. Ac etsi quibusuis in morbis, in quibus excrementorum exclusionē promouere commodum, propinari possit: tamē iis præcipuē imperatur, qui multos humores excrementitios semper coaceruare solent; vnde morborum propago atq; perennitas. Hæc enim arte præcauetur, ne cacochymia eò vsq; excretescat, vt morbum parere possit. Cōueniens etiã est ad humores vitiosos sensim per certa temporis interualla repurgandos, in morbis duiturnis ac inueteratis, quiq; sæpi⁹ repetita purgatione opus habent: nec interim pilulas ob intemperie jecoris aut totius habitus calidam, & siccatam exhibere tutum.

Capitur electuarium vel perse formâ bolli; saccharo, puluere cinam. anisi, aut aliò aromatico conspersum: aut hostiæ inuolutum, & superbibendo aliquid vini, siue alterius liquoris, vt quæ in œsophago hæret, in ventriculū deducantur: vel Syrupis decoctis, aquis stillatitijs, seu alijs liquoribus dilutum formâ potionis: ad Drach. ij. Vnc. ß aut integrâ, pro eo ac magis aut minus validum. Ejus vsus bis in septimana, aut aliquoties in mense, imò quotiescunq; visum fuerit, tempore præsertim matutino.

Lilla

V

Ele

v. l. i  
v. s. i.

## Electuarium Alterans.

III.  
Composi-  
tio.

Electuarium alterans etiam tot iisdemq; quibus purgans conficitur modis. Vel enim conuenientia saltem inter se miscetur, vel decoctio instituitur, aut Infusio, aut expressio; vel horum plures parandi electuarium modi adhibentur, vt proindè de eius compositione plura hic inferi omninò superuacaneum videatur. Cum præsertim materiâ quoq; conueniant, nisi quod ad præsens, nulla assumantur cathartica.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula.

℞ Conf. rad. bugl. anth. borag. Ana Drach. ij. conf. alkerm. Drach. ℞. pulu. el. diamb. diamosch. dulc. Ana Drach. j. cum Syrup. de beton. q. s. M. f. Op. Ad melancholiam in capite. Varand.

## Aliud calefaciens stomachū.

℞ Pulu. el. aromat. rosat. Gabr. Drach. ij. diacal. Drach. j. diatr. piper. ℞ij. conf. anth. ros. Ana Vnc. ℞. sacch. Tabarz. et Vnc. j. ℞. Syr. de menth. q. s. M. f. El. Gorraus.

Aliud

## Aliud cordiale,

℞ Sp. cordial. temperat. diaxyloal. sem. o-  
cymu. caryophyll. us. de C. cerui Ana ℥j. corall.  
rubr. præp. marg. præp. Ana ʒ. ʒ. cum Syr. de  
cortic. citri, julebi rosarum Ana q. s. f. El. Sen.

## Aliud ad Colicam:

℞ Bacc. lauri Vnc. j. fol. menth. major. sum-  
mit. rorismar. Ana Drach. ij. rut. orig. Ana  
Drach. j. ʒ. sem. fœnic. carui. ammi. ligust. An.  
Drach. j. sem. cumini Drach. ʒ. piper. zingib.  
Ana ℥j. Sagap. dissol. in vino maluat. Drach. j.  
castor. Drach. ʒ. mell. vel sacch. dissol. in vino  
maluat. & cocti in form. Syr. ℥j. f. El. Platerus.

## Aliud Ophthalmicum.

℞ Sp. plirisarc. sem. fœnic. An. Drach. j. mac-  
eubeb. cinam. piper. long. caryophyll. Ana ℥ʒ.  
euphrag. Vnc. ʒ. succ. salu. rute. chelidon. Ana  
Vnc. j. ʒ. sacch. clarif. Vnc. j. mell. rosat. Vnc.  
v. Coquantur succi cum melle ad spissitudinē.  
deinde species trita addantur. Adolph. Occo.

Electuarium hoc medicamentū est famo-  
sum ad alterandum in primis, secundis, ter-

V a

tis

V.  
Vithiac.

tiis aut quartis qualitatibus, ad robur partibus debilibus ac afflictis restituendum, vbi præcipuè laborantes firmâ, & quæ multum habeat efficacitatis, corroboratione indigent. In primis verò in affectibus ventriculi humidis ejus vsus percelebris, cum hæc remedii forma stomachum non ita subito elabatur, vt fit in fluidis. Hinc ejus molliem, cruditatem, inappetentiam, cibi corruptionem, vomitum, bulimum, malaciam & choleram corrigit. Plurimum ad hæc valet in alui fluoribus, diarrhœâ, lienteria, dysenteria, tenesmo, fluxu hepatico, colica, & similibus affectibus. Imò generale planè est medicamentum, quibuscunq; & quartuncunq; partium passionibus familiare.

¶  
V. s.

Eodem modo, vt antecedens, in vsum venit hoc electuarium, degustando id ad magnitudinem nuc. juglandis siue castaneæ, vel Drach. j. ij. Vnc. s. prout viribus fuerit, efficac: & vel per horam vnâ atq; alterâ ante cibum, si ventriculus aut aliud viscus roborandum.

Quidam tamen in affectibus cephalicis post prandium & coenam ejus vsum suadet. In morbis verò venenatis, quando cunq; morbus efflagitat, deglutiendum: in aliis, diebus singulis aut alternis, atq; vel semel, vel bis de die.



## CAPVT XVII

## De Eclegmate.

**Q**uod Latini Linctū, Illinctum, Delin-  
ctum, Lambile: Arabes, Loh, Lohoh.  
Græci εκλειγμα seu εκλεικτον vocant, à ver-  
bo εκλείχω delingo, delambo: eò quod hoc  
medicamentum linctu ingeratur, & ori  
inditum sensim deglutiatur, vt lentore suo  
lubrico paulatim eliquescens, vim suam be-  
chicam asperæ arteriæ & partibus thoracis  
impertiat.

Estigitur Eclegma medicamentum in-  
ternum, molle, crassitiei inter mel & ele-  
ctuarium mediæ, ex variis remediis bechicis  
paratum.

Cum remedium hoc non vno eodemq;  
sed differentibus apparetur modis, nos ip-  
sius materiam & præparandi methodum di-  
ligentiùs aliquantum inuestigabimus.

Ad conficiendū autem Eclegma conco-  
ctio aliquando est necessaria, aliquandò ve-  
rò nō est necessaria. Si illa adhibetur, Ecleg-

1.  
Quod dicitur  
Nonum

Descriptio.

17.  
Compositio  
110.

*Materia  
qua non  
coquitur.  
Qualitas.  
Et Quantitas.*

matis materia partim coquitur, partim non coquitur. Illa est duplex: Medicinalis & Dulcans. Medicinalis; vt, decoctum aliquod, infusum aut mucilago ritè præparata, ex radic. herbis, feminibus vel fructibus bechicis, in primis mucilaginosi & viscidis: item & succus extractus & colatus. Atq; horum vnum, vel plura sumuntur. Dulcans est Mel, siue saccharū, quibus & Syrupi aut julepi jungi possunt.

Quantitas materiae medicamentosae est modò major, modò minor, prout scilicet magnā vel parū eclegmatis copiā præparare libet: cui materiae eduleatis adjicitur interdū pondus æquale, interdum majus. Parū enim refert, quacumq; etiam proportionē materia edulcans medicamentosae addatur, cum coctione, magis aut minus diurnā, faciliè ad formam conuenientem redigi possint.

*Materia  
qua non  
coquitur.  
Qualitas.  
Et Quantitas.*

Præter hæc autem Eclegmati nonnunc quā & alia adduntur; eaq; sunt: vel sicca & Solida; quales sunt pulueres bechici, simplices aut compositi, officinales seu magistrales; quibus & sacchari species annumerari possunt: vel Mollia; vt, looch officinalia, rob, conseruæ, condita, extracta, pulpæ fructuum, passul. v. g. ficuum, sebesten &c. butyrum item, aut aliud medica-  
men-



mentum consistentiâ his affine: vel Fluida; vt, ol. stillatitia.

Sit autem specierum pars vna aut duæ, mollium partes duæ aut quatuor ad materiæ coctæ partes octo.

Id est, Vncia vna v. g. muccaginis coctæ excipiat pulverum Drach. j. aut duas: looch verò, conseruarum & Similium Drach. ij. aut Vnc. ß. Olea affundantur ad guttas aliquot.

Præparandi ratio hæc est. Decoquantur aut Infunduntur simplicia conuenientia, in liquoris idonei quantitate sufficienti, vsq; dum mollescant, postea colantur & fortiter exprimuntur. Succus verò vt extrahendus, supra docuimus: sic & mucilaginem eliciendi quæ sit ratio, inferius patebit, ex Emulsionis tractatione. Atq; liquor hic postmodum, addito melle, vel saccharo, coquitur ad consistentiam eclegmatis, vel magis dilutam aut Syrupi, si quædam species, aut confectiones molles admiscere consilium.

*Preparatio*

## PARADIGMATA.

Rad. farfara ℞j. Coque in aqua, donec dissolue fuerint, postmodum contundantur & colentur addedo mellis ℞ij. Coque ad justam consistentiâ. Ph. Aug. Looch de farfara dictum.

III.  
Formula  
prescribenda.

∇ 4

Ali-

Aliud ad Catarrhum.

℞ Capit. pap. albi Num. xx. glycyrrh. rasā,  
carnis siliquarū dempto cortice & acinis Ana  
Vnc. iij. Coque omnia in ℞ x. ad remanentiam  
duarum, deinde colentur: colat. adde sacch.  
penidij. Vnc. iij. sacch. albi ℞ ℞. Coq. ad con-  
fist. Eclegmatis addi potest bolus ad Drach. j.  
Sen.

Aliud è Succo scillæ dictum.

℞ Succū scillæ diebus canicularibus exceptū  
℞ j. mellis ℞ j. Coq. ad formam loch. Galenus.

Aliud ad hemoptoën.

℞ Succū burf. past. polyg. plantag. depur. Ana  
Vnc. ij. amyli sang. drac. Ana Drach. iij. corall.  
rubr. tragac. Ana Drach. ij. sacch. ros. tabul.  
q. s. F. loch. Rondeler.

II.  
Composi-  
tio.

Potest autem Eclegma & alio, præter jam  
dictum, per coctionē confici modo. Quā-  
do videlicet Simplicia thoracica decoquū-  
tur in sufficienti liquoris quātitate ad mol-  
litudinem, vel pultis consistentiam, &  
remanentia per cribrum setaceum trajicia-  
tur. Atq; illa ipsa pulpa postmodum vel  
per

per se aegris lambenda præberi potest, vel ipsi looch offic. conseruæ, & alia hisce confor-  
 mia jungi possunt; atque pondere vel maiori, vel minori pro libitu scilicet. Item & pulueres ac saccharum, proportionem ad  
 mollia suboctuplâ ferè. Nec non & mel desp. syrapi, ad Drachmas vel vncias ali-  
 quot; sed tum puluerum dosis augeri po-  
 test. Et deniq; olea quoq; stillatitia, spiri-  
 tus vitrioli, salis &c. ad guttas aliquot. Hoc  
 tamen notandum, tale eclegma non in ni-  
 mis magnâ copiâ esse parandum, cum diu-  
 tius sine labe aut corruptione asseruari  
 haud possit.

## PARADIGMA.

*℞. Passul. min. mundat. Vnc. iij. caric. ping. ʒiij. glycyrrh. mund. & cont. Vnc. j. Coq. in aq. Ratiopra-*  
*hyssop. & vini q. s. ad mollitiam: & per cribrũ scribends.*  
*setaceum traiciantur: adde pulpa traiecta,*  
*looch. de sarf. Vnc. B. conf. scabios. Drach. ij. ff.*  
*di air vsit. Drach. iij. ol. sulph. gutt. vi. f. mic.*  
*gutt. x. M. F. Ecleg.*

**Eclegma non coctum.**

V 3 Huius

III.

*Composi-  
tio.**Materia  
informāda**Qualitas.**Quantitas.*

Huius Eclegmatis materia est duplex: Informanda & Informans. Illa vel est sicca, veluti pulueres arteriaci, item & saccharum qualecunque: vel mollis; vt. looch offic. rob, conserua &c.

Inter hæc autem hanc quidam analogiam obseruandam volunt: vt ad partē materiæ solidæ vnā, adijciantur materiæ molliſ partes tres, vel quatuor. Sed de his ita scrupulosè præcipere non est opus; cum proportionem hanc ita strictè tenere non fit necessum. Potest namque assumi tripla, quadrupla, sextupla, octupla, duodecupla ad materiam solidam. Sufficiente enim materiæ informantis quantitate affusâ, quæcunque tandem inter ea sit proportio, omnia tamen nullo cum negotio, ad Eclegmatis formam redigi possunt. Cum soli etiam pulueres syrupo conuenienti excepti, pro Eclegmate interdum vsurpētur.

*Materia  
informan-  
tis.**Qualitas.*

Posterior, id est, materia informans etiam non est semper vniſmodi. Aliquādo enim & quidem sæpiſſimè, materia hæctenus enumerata, excipitur syrupo, aliquando julepo, aliquando melle despumato, nonnunquam saccharo soluto, sapâ, vel liquore simili. Quibus interdum olea stillatitia ad guttas aliquot affunduntur.

Exci-

Excipientis autem huius materiae men-<sup>Quantitas</sup>  
sura non definitur, sed tantum in definite e-  
jus q. s. imperatur. Est tamen tripla aut qua-  
drupla, si solum pulueres excipere debeat;  
dupla vero, si mollia etiam ad compositi-  
onem eclegmatis concurrant.

## PARADIGMATA.

IV.  
R. Ecleg. sani & experti Drach. ij. è scylla *Prescribē.*  
Drach. j. è pineis nucibus, pulmon. vulpis Ana *d. formu-*  
Drach. ij. è diapenid diatragac. Ana Vnc. ʒ. *la.*  
ʒ. di air. Drach. j. ʒ. pastill. pectoral. Drach. iij.  
succ. glycyrrh. Drach. j. ʒ. rad. enul. ʒ. iij. ari ʒ. j.  
serapyè marrub. q. s. M. F. Ecleg. Fuchs.

### Aliud contra hemoptoën.

R. Conf. ʒ. symph. Vnc. iij. conf. prunell. ros.  
vet. Ana Vnc. j. gelat. cydon. cum sacch. Vnc.  
j. troch. de terr. sigill. Vnc. j. charab. corall. vsti.  
lach. draconis Ana Drach. j. ʒ. amyli pulu. di-  
atragac. cum bolo Ana Drach. ij. lap. hemat.  
ʒ. iij. cum syr. de symph. Fer. F. looch. Bertald.

### Aliud

## Aliud ad eandem.

℞. Sang drac Drach. ij. amyli, tragac. Ana  
 Drach. j. sem. portul. uuarum Ana Drach. j.  
 terr. sigill. vel boli Arm. ras. rubr. Ana Drach.  
 ℥. F. pulu. tenuissimus, qui albumine oui crudo  
 fortiter agitato excipiat. Potest addi sac-  
 chari quantitas parua ad dulcorandū. Rödel.

## A L I V D.

℞. Medulla uuarum passarum Vnc. ℞. cre-  
 moris ficuum extr. Drach. ij. enul. camp. pul-  
 uerisat. Drach. ℞ pulu. diatr. s. Drach. j. cum  
 syr. de glycyrrh. F. linctus. Heurmus.

## A L I V D.

℞. ꝑ diatrag. frig. Drach. iij. sacch. cādi. pe-  
 nid. Ana Vnc. j. syr. de iuib. ℥ s. F. looch. Ron-  
 del. In principio pleurit. aut peripneumonia.

## A L I V D.

℞. Sacch. penid. Drach. vi. syr. iuib. gly-  
 cyrrh.

*oyrrh. capill. ven. Ana Vno. j. M. F. lambilia.  
Sennert.*

Arteriaca & lambilia hæc medicamen-  
ta ad faucium imprimis, asperæ arteriæ, pec-  
toris, atq; eiusdem partium affectus suble-  
uandos sunt inuenta. Hiñc in columella,  
laxatâ, tonsillis intumescensibus, anginâ, &  
quouis faucium tumore vsus eorum cre-  
berrimus. Faciunt etiam, ad tenues & a-  
cres rheumatismos, asperam arteriam flu-  
xione tentâtes, & continuâ tussi peruigiliû  
causantes, inhibendos ac incrassandos. Cõ-  
ducunt in quavis faucium asperitate leniē-  
da, rauedine ac vocis ablatione. Quemuis  
respirationis defectum, à crassa ac tenaci  
pectori impactâ materiâ, spiritum facilitâ-  
do, imminuunt. Ob id anhelam tussim &  
senum ac asthmaticorum tollunt suspiria.  
Ad pleuritides, peripneumonias & quasuis  
harum partium inflammations demul-  
cendas, salutaria existunt. In hemoptoë, ex-  
celsa vasa & cruorem fundentia glutinant.  
Tabidis profunt, pulmonis vlcera detergē-  
do ac glutinando. Suppuratis deniq; etiâ,  
magnâ puris copiâ spiritus vias opprimen-  
te, succurrunt.

Vsus tamen delinctuñ, annotatore Mon-  
tano, Medico doctrinâ & experientiâ præ-  
stân-

v.  
Vilinas.

stātissimo, valdè nocius est ijs, qui obstru-  
 ctionibus obnoxij sunt. Vnde se multos  
 vidisse ait, qui in hydropem inciderint:  
 quod vtplurimum ea recipiant, quæ me-  
 tus obstruunt. Quare non improban-  
 dus eorum mos, qui roborantia aperien-  
 tiaque admiscunt. Hinc etiam Ioh. Crato  
 Medicus verè Cæsareus, inquit, in catar-  
 rhis & sputo sanguinis, non satis sibi tutum  
 videri, nimum diu, & sæpè eclegmatis  
 vti, quia non tam illabuntur pectori quàm  
 ventriculum & hepar debilitant. Inde  
 eruditatibus auctis caput magis repletur,  
 & obstructions propter eclegmatum dul-  
 cedinem, quæ facit, vt simul crudi humores  
 attrahantur, fiunt; ac non rarò ita tempe-  
 ramentum hepatis corrumpitur vt hy-  
 drops consequatur. Itaque tutius est in isto  
 casu, vti becchicis, quæ in ore retinentur,  
 & fumis; vt ex tussilagine sicca & simili-  
 bus.

Ioh. Heurnius author grauissimus, ab il-  
 linctuum vsu cauendum præcipit in mor-  
 bis, vbi febris adest acuta. Quia siccitate  
 suâ & lentore expectoratum supprimunt:  
 vnde frequentior fit respiratio & materia  
 feruore contumaciam inducit, maximè in  
 pleu-



pleuritide. Ideò ille idem in huius morbi initio damnat eclegmata, quod in illo maximè laudetur respiratio facilis. Horum itaque loco vsurpandi tum syrapi, qui alas pulmonum explicant & respirationem faciunt.

Lambuntur Eclegmata ex cochleari vel <sup>VI.</sup> <sub>v/m.</sub> bacculo liquiritiæ, atq; tam diu linguæ subdita, in ore retinentur, vsq; dum paulatim liquecant & spontè diffluant, vt eâ ratione tantò plus in subditam se arteriam de ipsi insinuet, collo interim leniter obtorto. Quum lentum pus pituitauè crassa educenda, lambilia liquore ad rem accommodato dilui possunt. Sæpius etiam & frequèter linctus vsurpadi ad cochl. B. Drach. j. aut magnitudinem nucis juglandis, pro vice vnâ, ante vel post cibum; potissimùm verò diluculo & vesperi, aut etiam quâuis horâ instante morbo: sin minus, vacuo vetriculo, ne cibum corrumpant. Neq; etiam post delinctus statim potus hauriendus, quia is abluat, & vim ipsorum imminuit.

## OBSERVATIONES.

*Quia looch in frequenti debent esse vsu, i-  
deò*

deo ea qua gustui valde displicent, aut ob amarorem sunt exosa, vix aut non nisi in parua quantitate, in eclegmatum confecturam venire debent.

*Lindus* vero semper aliquid viscida continent, vt sensim descendendo diuq̄, retardando, tandem in asperam arteriam penetrant.

*Eclegmata* vehementer calida non in niuis magna recipiant copia, etiamsi crassa & viscosa pituita expectoranda. Quia partes ipsius tenuiores consumunt; crassiores vero magis induratas relinquunt.

## CAPVT XVIII.

### De Gelatina.

*Quid sit.*

**M**edici, vtpote de ægrorum salute in primis solliciti, in nouis, ijsq̄; varijs remedium formis subinde excogitandis, omni tempore multum defudarunt: quibus vel ad morbos abigendos; vel ægrorum vires rescindendas, vt eò facilius impetus morborum hostiles excipere ac simul eludere possint, passim vterentur. Inter quas etiam merito locum obtinet, *Nostris* satis frequens illa medicamenti species,

cies, quam Gelatinam siue Congelatum, à *Nomen.*  
 substantia, quæ ipsi instar glaciæ congelatæ,  
 recentiores vocant Medici.

Est igitur Gelatina medicamentum in- *Descriptio.*  
 ternum, consistentiæ mollis, ex succo car-  
 nis coctæ, aut etiam alijs, confectum, & in-  
 star glaciæ concretum.

Quicumq; autem congelatum tale reme- *II.*  
 dium alimentosum suo exhibere voluerit, *Composi-*  
 ægroto, eius materiam, ex qua progignitur, *tio.*  
 & præparandi rationem, optimè vt percal-  
 leat necesse est. Duplici enim modo illud  
 fieri solet: aliquando scilicet per Elixatio-  
 nem, aliquando verò per Assationem. In pri-  
 ori præparandi ratione, tria notanter dici  
 possunt: Materiæ Qualitas; Quantitas, &  
 ipsius operis peragendi modus.

Quo ad qualitatem, huius medicamenti *Materia*  
 materia, partim solida, partim verò fluida. *elixanda*  
 Solida, vel Alimentaria, vel Condimenta- *Qualitas.*  
 ria. Illa; est caro caponis, vituliue: cui ad *Quantitas*  
 maiorem congelationem nonnunquam,  
 adijcitur aliquid de carne magis viscosa, vt  
 est illa, quæ cruri bouis adhæret musculosa  
 & minimè pinguis. Assumitur autem  
 communiter capo integer, interdum tamè  
 solum mediætas: caro verò vitulina ad ℥j.  
 ij. caro cruris bouini, addatur ad ℥ ss. vel  
 circiter. X Condi-

Condimentaria autem, quæ jam dictæ, ad saporem magis gratum adijcitur, est sal; nonnunquã & alia arôata, quibus cibi aliàs condiri consueuere, qualia sunt cinamom. nux moschat. macis &c. Hisce & annumerare licet passulas, aut alia similia, quæ interdum gelatinæ conficiendæ admiscentur. Sal ad P. ß vel integrum addi potest: aromata à Drach. ß. ad Drach. j. Passulæ ad Vnc. ß. aut Vnciam vnam. Quæcunque ingrati vel nauseabundi quid in se continent, parca manu, aut potius omninò non gelatinæ addi debent, ne inde medicamento sum concipiat saporem.

A quibusdam etiam, congelatum si adornare voluerint, quanquam id non sit de necessitate, affunduntur aquæ per distillationem, elicite cordiales, aut aliæ conuenientes, vinum item, aut alij liquores grati, ad Vnciam vnam vel alteram, aut etiam plures. Atque hæc est materia gelatinæ per elixationem parandæ.

*Preparatio.*

Ipse autem præparationis actus hic est. Caro primùm quæuis à pinguedine liberatur, in partes minutas conscinditur, atque vel sola, vel simul cum reliquis supra enumeratis, vasi fictili vitreato, aut

cucur-

cucurbitæ vitreæ inditur: quæ postmodum optimè clauditur, ne vires decoquendorum euanescant in auras. Coctio verò instituitur in B. M. ad horas IV. VI. VII. seu vt quidam volunt XII. Ipsâ ad finem perductâ, materia omnis setaceo infunditur, prælo subijcitur, atque succus vniuersus diligenter exprimitur; qui amplâ exceptus patinâ, & loco frigidiusculo asseruatus, in gelatinam concrefcit.

## Paradigma pro hectico.

III.

Forma  
prescri-  
bendi.

R. Caponem benè carnosum, deplumatum, & exenteratum, in partes ipsum minutas scinde, omnèq; pinguedinem abstrabe: adde carnis concisa musculoſa non pinguis ex crure vitulino ꝑꝑ. inſice omnia cucurbitæ vitreæ, vnâ cum sulis com. ꝑꝑ. macis incis. ꝑꝑ. aq. testud. nemor. vel cochl. Vnc. j ꝑꝑ. Cucurbitâ probè clausâ, coq. in B. M. ad horas sex: postea torculari submitte, succum diligenter exprime, pinguedinem supernatantem abstrabe, & loco frigido asserua. Exhibeatur cochleare vnum vel alterum sapius in die, per se, vel cum iuscule pulli, vel vino granat. acido dulcium.

X 2

S

Si verò per assationem gelatinam potius cõfici volueris, hoc modo procedendum. Eligendus capo, atq; eodem modo, uti superior, ante coctionem tractandus: postmodum autẽ verumiser transfigendus, atq; ad ignem torrendus.

II.  
Ratio conficiendi cõgelatum per assationem.

Interim verò semper oleo amygdalarum dulcium perfundatur, vsq; dum probè ipso fuerit insuccatus ac sufficienter coctus. Post hæc calens adhuc in mortario, unã cum ossibus diligenter contundatur, pralo subponatur, atq; succus omnis magnã vi extrahatur, vaseq; idoneo subiecto excipiat. Plerisq; tamẽ, ut hoc obiter moneamus, prior gelatinam conficiendi modus, qui videlicet per elixationẽ administratur, magis arridet. Cum in posteriori hac preparatione, multum laboris & sumptuum in sumere necesse sit: quibus exurgens inde fructus vix respondeat. Paruam enim admodũ capo assatus suppeditat gelatinæ copiam.

IV.  
Vtilitas.

Congelatum hoc vtilitate non est inferius jusculeo corroborate, quia parũ vel nihil liquoris crudi & ascititij habet, si præsertim absq; aquis stillatitij paretur. Polytrophon ergò est summũ & parũ mole quàm plurimum nutriens, ad solidamq; corporis substantiam refarciendã quàm maximè aptum. In iisdem ergò, in quibus jusculum consummatum, affectibus exhibendum, quo-

quorum hîc iterum prolixiore catalogum instituire nolumus.

Neque etiam vtendi modo ab illo quicquam differt. Siquidem & gelatinæ soleamus exhibere cochl. j. vel alterum; per se, aut cum iusculo, vino, succo granatorum, vel alio liquore accommodato, quotiescunque visum fuerit.

VI.

Vms.

## OBSE RVATIONES.

*Aurum, vt supra in iusculo quoq; corroborante monuimus, non incoquendum, cum nisi sordes & hydrargyrum abstergat coctio.*

*Quidam ob insignem aromatum leptomeriam, quâ facile auræ cedunt, malunt ea demum coctâ iam carne gelatina addere aut potius iusculo, cum quo exhibetur gelatina.*

*Bertaldus in suo medicamentorum apparatu annotat pinguedinem, qua in peripheria gelatina restagnat, inutilem quidem esse egriis, non tamen abstergendam, ante usum succi, cum ipsum à situ vindicet: & propterea amplâ patinâ excipi totum succum iubet, quo spaciosius regatur pinguedine succus. Eâ proculdubio inductus ratione, quod, cum succos incorruptos seruare volumus, eosdem oleo*

X 3      rega-

*tegamus, ne vel spiritus conseruantes succos exhalent, vel ab aëre externo extrahantur. Sed huius pinguedinis alia est ratio. Quia etsi hæc succum subiectum à corruptione aliquandiu præseruare possit; illa tamè ipsa diutius incorrupta permaere nequit: hinc putrescens, etiã succum ingrato ac nauseabundo sapore & odore inficit; vt experientia, omnium rerum magistra fidelissima, testatur.*

## CAPVT XIX.

## De Pilulis.

**P**Artitum sumus superiori sermone Medicamenta internain Fluida, Mollia, & Solida. Atq; cum duo priora genera ad finem perduxerimus, methodi lex à nobis exposcere videtur, vt iam etiam de medicamentis solidis tractationem instituamus. Horum autem alia sunt substantiæ cohærentis, alia verò distractæ. Quæ partes unitas habent, numero sunt quatuor: Pilulæ, Tabellæ seu Rotulæ, Trochisci, & Panis marcius. A pilulis autem statuatur initium, quia hæ vt plurimum purgationis; reli-



reliqua verò alterationis seu corroborationis sæpius gratiâ exhibentur.

Omnia quæ integra nec dissoluta, sed talia, qualia sunt, deglutuntur medicamenta, in genere teste Scribon. Largo c. 87 & Marcello Empirico c. 26. à Græcis *καταπότια* dicuntur. Speciatim verò ea saltem remedia, quæ in sphericam, parui globuli instar, sunt effigiata formam, peculiari nomine ita vocantur. Dicta sunt autem *καταπότια*, à verbo *καταπινω*, quod illis deuorare significat: quamuis Brasauolus magis propè, à *καταπότω*, id est, larynge seu gutture, per quod, catapotia dicta, dum deglutuntur, transeunt, deriuari posse existimet. Appellantur & à quibusdam *κόκκοι*, quod granorum ferè sint magnitudine aut granorum instar rotunda. Latinis autem, à parua pilæ similitudine, & forma quam referunt, Pilulæ nuncupantur: Possent etiam non incommodè, eandem ob causam, Orbiculi, seu Globuli nominari.

Sunt autem Pilulæ medicamentum internum, solidum, cohærens, globuli, seu sphaeræ parua instar rotundum.

Solidum) vt discrepent à Bolo.

Globuli seu &c.) Hæc differentiâ distinguuntur à Rotulis, & Trochiscis.

X 4

Et si

1.  
*Quid sit.*  
*Nomen.*

*Descriptio*

II.  
Differen-  
tia.

Etsi Pilulæ plerumq; omnes sint purgā-  
tes: tamen & aliquando, citra vllam pur-  
gandi vim, in alios parantur vsus. Nos prio-  
rum quæ sit componendi ratio, vtilitas ac  
vtendi norma, primùm enucleabimus.

*Pilulæ purgantes.*

III.  
Compositio

Etsi plures apud authores practicos pi-  
lularum componendarum modi reper-  
antur, nobis, tamen magis cōsuetos & vsita-  
tos in foro Medico saltē tradere visum est.  
Reperio autem eos duplices. Vel enim o-  
mnia massam pilularem constituentia, ta-  
lia qualia sunt adhibentur, ita vt nullā aliā  
præparatione opus habeant, quàm vt  
inter se misceantur, ac in vnam massam co-  
gantur: vel quædam, certā quâdam pri-  
us adhibitā præparatione demum in vsum  
vocantur: atque ea est vel Coctio, vel Infu-  
sio. Nos priorem pilulas componendi  
modum, quippe magis familiarē, primùm  
docebimus. Requiritur autem tum ad  
confectionem pilularem triplex materia.  
Alia siquidem additur propter vim medi-  
camentosam, alia propter formam, alia ve-  
rò propter gustum.

Quæ

Quæ vim Medicinalem catapotii præcipuam suppeditat, massamq; pilularem, magna ex parte constituit, est vel Solida, vel Mollis, Illa: aut Cohærens, aut Dissipata.

*Materia  
medica-  
mentosa  
Qualitas.*

Cohærens; vt sunt massæ pilulares in tabernis medicamentariis asseruatæ. Dissipata; vt, puluis quidam purgans, aut alterans; simplex aut compositus; vsualis siue magistralis. Mollis: veluti extractum aliquod, simplex aut compositum; idq; vel alterans vel purgans: item & conferua, aut confectio quædam alia; sed rarò admodum harum quid assumitur. In genere autem ex hisce modò eliguntur solida, modò mollia, modò vtraq; atq; ex horum singulis, nunc plura, nunc pauciora. In specie etiam notandum, ex catharticiis aloën ferè ad quascunq; pilulas purgantes adhiberi, quia hæc in medicamento formâ, ipsius amaror abominabilis, omnium minimè gustum offendit.

Quæ qualisue sit materia, quam medicamentosam diximus, nouissimus hic noster sermo explicauit, quâ verò mensurâ ad confectionem pilularum cõcurrere debeat, nunc indicandum. Est autem ipsius Quantitas vel Vniuersalis, vel Particularis. Illa

*Quantitas*

X 5

ali-

aliquando major, aliquando verò minor existit, prout in plures paucioresuè doses pilulæ fuerint ordinatæ. Catapotiorû enim verè cathartîcorum, & quæ in vnam assumenda vicem, pondus, quò fuerit min⁹, eò magis gratum accidet laborâti: quia minorem nauseam ac molestiâ in deglutiendo ipsi catapotia parient. Hinc ad pilulas haste, non nisi efficacia, & quæ parua in mole magnas possident vires, adhibenda: inprimis alterantia parcâ manu admiscenda. Rarò itaq; harum pilularum pond⁹ Drachmam vnam, vel ℥iij. excedit, quia aliàs non nisi cum difficultate ac nausea deuorantur. Catapotiorum verò massa, quæ in plures paratur doses, ac vsualia ob id dicuntur, non rarò ascendit ad Vnc. ℥. j. vel plures. Prout scilicet ipsorum vsus diuturnus, aut minus diuturnus, magis aut minus creber esse debet; plus minusuè etiam pro vnâ vice de ipsis assumendum.

Secundû verò materiæ medicinalis quãtitatem particularem, cathartîca, pilularû verè purgantium, siue sint solida, siue mollia, dosin vnam purgantē completam constituere debent. Circa hæc verò in specie notandum; pilulis hisce plerumq; diagyridium, troch. alhandal, aut de violis solur. cum scam. ad grana ij. iij. vel sex adjici:  
vt nem-

vt nempe ipsis calcar addant, & Naturā ad magis expeditā excretionē stimulet. De alteratib<sup>9</sup> rarò his pilulis aliquid accedit, aut si id contingat, ad grana aliquot vel  $\text{Ḥ}$  id saltē fieri solet: quia aliàs pilularū molē nimis auget. In pilulis autem Usualib<sup>9</sup> purgantia eā copiā assumēda, vt tot doses purgantes conficiant, in quot ipsas pilulas ordinaueris. Quæ si multum purgare debeāt, catharticoꝝ quantitas augenda; si verò parū, minuenda. Alterātia verò, vbi præsertim hisce pilulis alterare poti<sup>9</sup> & corroborare, quàm euacuare intēdim<sup>9</sup> cathartica quandoq; pōdere æquant, quandoq; autem hæc illa, aut illa hæc pro affectus scilicet exigentiā, exsuperant.

Sed tantū de materia medicamētosa, videam<sup>9</sup> jam & materiā informantē; quæ scilicet priori additur, vt eò facili<sup>9</sup>, si præsertim ex sicciore<sup>9</sup> constet, in formā sphericā & pilularē effingi possit. Est autē illa vt plurimū Syrup<sup>9</sup> aliquis officinalis & idoneus, rariū mel simplex coctū & despumatū, sapa, succus: non rarò verò, vbi in primis pilularum paruitati studemus, aqua stillatitia, oleū destillatum, vinum, vel ali<sup>9</sup> liquor aptus. Moment quidam Practici: Si Medic<sup>9</sup> catapotia diutiū in ventriculo comorari voluerit, vt eò magis à lōginquis trahāt, tunc cū stillatio liquore aut vin. albo ipsa esse reformāda

*Materia  
informant  
is  
Qualitas*

Ita enim duriora euadere, ægriusq; in ventriculo dissolui affirmant. E contrario verò, cum Syrupo aut julepo malaxata, min⁹ diu in ventriculo commorari, citiusq; operari ajunt. Huic conforme, est hoc, quod, quæ diutius asseruari debent pilulæ, non cum stillatitio liquore, aut succo quodam conformentur; quia nimis citò siccantur, aut situm contrahunt, nec vires simplicium probè custodiunt: sed potius cum Syrupo actionem pilularum adjuuante, vel alio glutinoso humore vniantur.

*Quantitas*

Sed quanquam hæc materia informans, quo ad qualitatem, non parum inter se differat, tamen quoad quãtitatem, in præscribendo eius semper eadem est ratio. Ex præcedentibus enim quodcumq; eligas, siue Syrupum, siue aquam stillat. siue alium liquorem, indefinitè ipsius quantitas sufficiens imperatur.

*Materia,  
quæ ob gustum ad-  
ditur,  
Qualitas  
& Quan-  
titas.*

Cum pilulæ plerumq; ex ingratis & ob amaritudinem exosis constent, communiter ipsis & alia quædam, vt nausea in sumendo præcaueatur, addi solent. Hinc pilulæ interdum auri foliis operiuntur, aut pulueris cinam. nuc. mosch. foenic. glycyrrh. quantitate sufficienti consperguntur

Theoremata de pilularum materia dedi-  
mus:

mus: demonstramus jam modum præscri-  
bendi per exempla.

IV.  
Formula  
præscribē-  
di.

## PARADIGMATA.

℞ *Pil. assaiereth* ℥ij *luc. mai.* ℥j. *sine quib.*  
*esse nolo* ℥℞. *pastill. alhand. gr.* iij. *mastich. gr.*  
*ij. cum aq. euphrag. singantur pil. xi. Fuchf*

### Alia.

℞ *Extr. mass. pil. cocchiar.* ℥℞. *cathol.*  
*Quercet. gr. xii. cum ol. anis. sing pil. xv. &*  
*auro cooperiantur.*

### Alia.

℞ *Extr. mechoac.* ℥j. *sp. diaturbith cum*  
*rhab.* ℥℞. *f. pil. xx. aspergatur pulu. cinā. Sen.*

### Alia de Aristolochia dicta.

℞ *Aristol. rot. Drach. j. rad. gent. myrrh.*  
*ol. Ana Drach. iij. aloës, cinam. Ana Vnc. ℞.*  
*zingib. Drach. j. Omnia, exquisitissime trita,*  
*excipiantur oleo amygdal. dulc. rec. Dantur*  
*ad Drach. j℞. Fernel.*

### Alia Imperiales Eiusdem.

℞ *Alo-*

℞ Aloës opt. ꝑnc ij. rhab. el. ꝑnc. j. β. agar.  
troch. fol. sena mund. Ana ꝑnc. j. cinā. Drach.  
ij. zingib. Drach. ij. nuc. myrist. caryophyll.  
℞. nardū, mastich. Ana Drach. j. cum Syrup.  
violato f. massa.

### Pil. Vfuales ad icteritiam.

℞ Pil. de rhab. eupat. Ana ꝑj. extr. rhab.  
troch. de ros. de eupat. Ana ꝑj. cum Syr. by-  
zant. f. mass. Bertald.

### Alia ad calculum.

℞ Terebinth. ꝑnc. j. rhab. opt. Drach. ij.  
cinam. Drach. j. pulu. succ. albi. ceterach. gly-  
cyrrh. Ana. ꝑj. f. massa. è qua fermentur pil.  
Sumantur Drach. ij. Crato.

III.  
Alter con-  
ficiendi  
pilulas  
purgantes  
videtur.

Confici autem possunt pilulæ cathartici-  
cæ & alio, eoq; magis laborioso præparan-  
di modo: atq; hæ, ratione compositionis,  
etiam diuidi possunt in simplices, aut Com-  
positas.

Simplices, aut minus compositas dicendo  
oas, quarū materia remota vel solum deco-  
quitur, infunditur aut exprimitur: Magis ve-  
rò compositas, quādo simul decoctio & in-  
fusio aut expressio adhibetur. Sed cū de his  
preparationibus fusiū, in Syrupō, & aliis  
remediorum formis, egerimus, in transitu  
saltem



saltem breuiter easdem hinc attingere in animo est. Non minus enim tam diu sum ac operosum, quæuis quouis in loco cumulare ac repeterem. Paratur autem decoctum, infusum aut succus ex conuenientibus, modo sæpius jam inculcato: atque vel horum vnicum, si scilicet pilulas minus compositas parare libeat: vel horum liquorum seorsim paratorum duo aut plures inter se miscentur, aut in horum aliquo recentia de nouo infunduntur aut decoquantur, si videlicet pilulas magis compositas conficere voluerimus. Postea liquor hic colatus simplex siue compositus, si satis fuerit catharticus, & aliàs etiam intentioni nostræ satis faciens, super cineres calidos, aut alio in loco calido ad formam massæ pilularis cogitur ac inspissatur. Si verò in his deficiat, alia quædam ante inspissationem ipsi iungimus: eaque sunt vel solida & arida; vt, pulueres simplices aut compositi, purgantes aut alterantes; quod etiam referendi compositiones officinales, quæ puluerisari possunt, veluti trochisci & tabellæ: vel mollia, vt extracta cathartica & non cathartica, conseruæ, aut confectiones aliæ molles: vel fluida; vt, olea stillatitia.

Pulueres ad liquoris quantitate suboctupla aut circiter; confectiones autem molles sub

subduplâ addi debent. Olea verò destillata ad guttas aliquot, aut ℥℥. prout massæ pilularis moles fuerit major aut minor, affundi poterunt.

Sed in harum proportionem ita anxie ut inquiramus, non est necessum. Cum, si massa consistentiâ paululum fuerit liquidior, in loco vel hypocausto calido frequenter agitando, paulatim exsiccari possit, donec ad spissitudinem accommodatam cogatur: vel si è contrario sicior & spissior, Syrupo aut alio liquore affuso, facile aliquantum dilui. In specie verò de quantitate materiæ purgantis, facile quivis iudicium facere potest, si quis memor eorum, quæ de huius materiæ pondere ac mensura in superioribus ad nauseam inculcauimus: eâ videlicet quantitate cathartica adjicienda, ut doses purgantes compleant. Si liber, massa siccata iterum eodem & recenti decocto, infuso aut succo imbibit, subigi ac siccati potest; id quod etiam tertio repetere licet. Circa pilulas autem hæc illud imprimis notatu dignum occurrit. Si ipsas in longum tempus incorruptas perdurare volueris, necessario ipsis aliquid, de balsamo illo, putredinis & corruptionis hoste jurato, addendum,

dum. Siue jam illa in decocto aut infuso adhibeatur, siue, & quidem rectius, in forma extracti seu pulueris, adjiciatur.

De materia quæ propter gustum, tempore vsus, addi solet, satis in superioribus.

## PARADIGMATA.

℞ Agar. troch. Drach. ij. turbitib. Drach. j. sal. gem. zingib. Ana ℥j. Macerentur omnia in vino albo, deinde leuiter ebulliant super igne lento, postea fiat fortis expressio: expressioni adde pulu. hiera, diacolocynth. Ana Drach. iij. pieræ s. ℥iij. F. mass. ex qua pil. formentur pro vna dosi Drach. j.

IV.  
Formula  
prescriben  
di.

### Pilulæ de aloë lota Valeriolæ

℞ Succ. depur. fumar. lupul. borag. bugl. acetosa Ana Vnc. vii. succ. ros. Persic. Vnc. vii. hepatic. cichor. Ana Vnc. ij. Baloës hepat. opt. ℥j. vnc. viii. Ad solem ponantur, dum succi euanescant: tunc adde infusionis factæ in diluto rosarum solut. ex rhabarb. agar. Ana Drach. iij. iterum simul probe permixtis ad solem ponatur, donec simul in unum corpus coëat, & cum mastiche Chia Drach. j. in massam redigantur.

Cum non raro medicamenta ingrata, in-

V.  
Filiat.

Y      signi-

signiter amara, aut aliàs gustu nausèã commouentia, assumenda veniant, in pilularum formam redacta, minùs ipsorum insuauitas percipitur, quia facillimè pilulæ integræ, ob ipsarum rotunditatē in stomachum deglutiiri possunt.

Accedit, quod propter consistentiã solidã ac diuturniorē in ventriculo morã, à remotis magis partib<sup>9</sup> humores noxios elicere valeant. Hinc cerebri ac neruorū frigidus & pituitosus affectus egregiè curãt, cephalæã, hemicraniã, tremorem, stuporē, vertiginē, incubum, spasmum, coma, carum, lethargum, apoplexiam, paraly sin &c. visum & auditum conseruant, oculorum acie intendunt, neruos opticos & meatus auditorios ab obstructione visceridi humoris liberant, omniaq; interna præsertim vitia, visui aut auditui officientia, abolent: Pectus à crassã, tenaci & fortiter in pactã pituitã repurgãt, & proindè omni respirationis difficultati, ex simili causa natã, auxilio sunt. Ad febres ex pituita putri aut cum bile mistã genitas, & per circuitum redeũtes eradicandas sunt opportunã; stomachi appetentiã collapsã restitunt in integrum, cruditatē genitam tollunt & infarctã ventriculo pituitiam efficaciter detergunt: vomitum, singultum, picã, bulimum & inflationes ac rugitus  
ejus.

eiusdem auferunt. Diuturnos jecoris, lienis, pancreatis & venarum mesaraicarum infarctus permeat ac expediunt: leucophlegmatiam, ac quascunq; hydropis species. iterum & colicam sanant. Subueniunt iis quos lumbricorum frequens morsus infestat, aut eorundem rosio vellicat. Siquidem vermes aut etiam animalia alia quæuis ex humorum putredine in intestinis nata, aut aliàs per incuriam deglutita, enecant & eijciunt. Ad omnem item intemperiem ac noxam vteri frigidam & humidam conducunt, veluti est fluor vterinus albus, menses suppressi, vteri inflatio & similes. In arthritide deniq; frigida, & tumoribus quibusuis externis, frigidis, laxis & œdematosis, perquã vtile catapotia sunt remedium.

Speciatim verò pilularum vsualium frequentissimus vsus in corporibus valdè cacochymis & pituitosis maximè, quibus ventriculus perenni phlegmatis scatet illuue. Infirmæ enim concoctioni opitulantur, stomachi mollitiem corrigunt, eiusdem flatus distendentes dissipant, humorum corruptionem arcent, ventremq; inferiorem totum, omniaq; nutritionis instrumenta insigniter roborant. Hinc vtilissime ad omnes inde affectus oriundos vsurpantur. Sub infecti quoq; aëris statu, ac pestis

grassantibus calamitatibus, succorū superfluum saburram elidunt, & corpus ab infectione tutū reddunt. Earum enim vsus alvum apertam & reclusam tenet. Imò pilulæ hæ, ob insignes ipsarū comoditates corpora in fatalē ac perennem nascendi pereundiq; gyrum abeuntia ab interitu & corruptelā vendicant, ac vt eadem, in longam diem optatā incolumitate perfruantur, efficiunt. Quamuis autem pilularum vtilitates sint insignes, non vsquequaq; tamen eæ indifferenter omnibus porrigendæ. Nec enim omnino xā carent.

Cum namq; propter aloēm, quam pleræq; in satis magnā recipiunt copia, calefaciant ac vehemēter siccent, frigidis, pituitosis, obesis & crassis potiùs, quàm calidis, siccis, gracilibus ac extenuatis Naturis morbisq; conueniunt Hyeme quinetiam, & in regionib<sup>9</sup> aquilonaribus; quā alia anni parte, aut sub alio cœli climate exhibitæ magis profunt. Proindè quoq; Galenus pilularum vsus senibus interdixit. Melancholicis itē non parū nocent huiusmodi ex aloë frequentius exhibitæ catapotia, quia horum alvus potulento cathartico potiùs vult perfundi.

Squalidus enim hic succus melancholic<sup>9</sup> à sicco remedio ægrè trahitur. Nisi tamen homo

homo fuerit robustus, & ex capite labora-  
rit: Sed tum ab eorum vsu humectans quid  
propinandum. Vitandus porrò pilularum  
vsus in hecticis, tabidis aliteruè macris aut  
consumptis. Vnde rectè scribit Odis de O-  
dis, quòd aloë mortem naturalem accleret;  
accidentalem verò prolonget.

Quæ item ad febres quasdam celebra-  
tur pilulæ, vt ad quotidianam, quartanam,  
tertianam spuriam, erraticam suè alias; his de-  
clinantibus, non vigentibus sunt exhiben-  
dæ: coctâ scilicet materiâ & sedatis sympto-  
matis, aliàs detrimentū magis quàm iuu-  
amentū ex earū vsu sequetur; quod humo-  
res & co-p<sup>9</sup> magis incenderēt ac inflama-  
rent, omniaq; symptomata exacerbarent.

Hinc vt noxa hæc corrigatur, ab earum  
assumptione sorbitiones ex humectantibus  
imperant Pragmatici Ex quo facilè apparet,  
quid de ipsorum facto sentiendum, qui pi-  
lulas in febribus continuis & ardentibus,  
hecticis aut in easdem declinantibus sua-  
dent. Aloë etiam, quod sit acris & vehe-  
menter abstergat, minùs confert, quibus  
ventriculus raræ texturæ, aut qui intestino-  
rum leuitatem, vrinæ ardorem, aut gonor-  
rhœam patiuntur: siue, diarrhœâ biliosâ,  
aut fluxu quodam liquefactiuo & syntecti-

co tentatur. Et quia venas referat, in dyſentericis, hæmorrhoidib<sup>9</sup>, ſiue menſibus largius quàm par eſt prodeuntibus, aut aliã quavis hæmorrhagiã, quæ vel ex ſanguinis cõpia, vel acrimonia originem duxit, plus ipſam obeſſe, quàm prodeſſe certum eſt. Ob id etiam ſobrie cauendum, ne grauidæ, aut quib<sup>9</sup> viſc<sup>9</sup> aliquod vlcerofum ea deuorët.

VI.  
Vſus.

Eſi non pauci reperiantur, qui pilulas per ſe ſolas facilè deglutire poſſint: plurimi tamen etiam, ad deglutitionem facilitandam, & abſcondendam ipſarum inſuauitatem, variis mediis vti ſolent. Hinc quidam eaſdem cum juſculo, vino, Syrupo, aut alio liquore abſorbent: quidam cum pulpa pomorum coctorum, aut prunorum, vel rob ſambucino, aut ſimili re excipiunt: quidam nebulæ ſeu pani azyimo, vino molliter perfuſo, inuoluunt. Quidam deniq; eaſdem, ſed tamè minùs rectè folliculis prunorum, aut vuarum paſſarum includunt. Sed hæc ratione pilulæ in folliculis diutiùs detentæ, non niſi longo poſt aſſumptionem tempore, in actum deducuntur. Imò experienciã compertum, nonnunquam eaſdem, aut vomitu integras eſſe rejectas, aut ſecefſu egeſtas. Huc etiam ſpectat, quod quidam monent, horis quatuor, quinq; aut ſex



sex, post pilularum deglutitionem, bibendum esse jus carniū, vel decoctū hordei, vt eò facilius dissoluantur, & magis citò operationem suam exequantur: quibus & sacchari aliquid admiscant, ad maiorem detersionem, & vt pilulæ eò exquisitiùs, è ventriculi tunicis eluantur.

Dosis pilularum fortiorum, & quæ ad euacuandum in primis comparatæ sunt, est Drach. ß. aut integra: rarò ℥iij, vel Drach. jß. rarissimè Drach. ij. leuiores verò & vsuales dictæ. quæ scilicet sæpius assumendæ, deuorantur præ vice pondere ℥j. Drach. ß. vel majori; pro vario Medici scopo. Ex Drach. j finguntur apud Italos ferè pil. v. vt apud nostros verò, qui tantos bolos odorunt, ix x i. & non rarò xv. aut etiam plures, vt præsertim euenit in pilulis vsualibus. Monent autem quidam, formandas esse pilulas maiores in affectibus cephalicis, arthriticis, & omnibus iis, qui in partibus longè à ventriculo distantibus, suum habent fomitem: vt eò diutiùs in ventriculo moratæ, vndiquaq; noxios humores ad se alligere possint. Minores verò; si ventriculus aut partes ipsi vicinæ sint in vitio. Sed vt & hoc aduertamus. Nescio sanè, qua ratione, aut poti⁹ superstitiõe Pythagorica, vel Poëti

Y. 4. quosq; illi ca,

cà Medici persuasi, pilulas impari potius, quàm pari, præscribere malint numero. Neq; enim quicquam apud me valet ratio ista, quam adfert Ioan. Schyronius, qua asserit, veri aliquam similitudinem præ se ferre hanc medendi rationem; non modò quod DEVS impari numero gaudeat; Sed etiam quia facultas expultrix ventriculi & intestinorum, ex inæqualitate magis stimuletur, quàm ad paria devorata. Ideò etiam melius & potentius euacuare pilulas, dicto si assumantur numero impari.

Pilulæ fortiores semel accipiuntur: minus verò efficaces & vsuales semel, vel bis, aut ter, in septimana, siue mēse pro re nata.

De tempore pilulas catharticas exhibēdi passim inter se controuersantur Authores. Auicenna Arabū princeps, in euacuando capite dat pilulas satis magnas, post leuem cœnam, duabus scilicet horis, vt cum vaporibus ciborū, medicamenti etiā vis ad caput deferatur. Hodierni Medici duo cōmunitè vsurpāt tempora. Si enim validiores sint pilulæ, in aurora, sex aut plurib<sup>9</sup> ante prædiū horis easdē porrigunt: Si verò debiliores, vt quæ roborandi magis, quàm purgandi gratia instituuntur, in ingressu lecti, seu paulò ante cœnam. Sic enim pilulæ comprimuntur à cibis & virtus ad infe-

inferiores tantum partes transit, quarum purgationibus maximè accommodantur. Sed mos hic à multis, & Fuchsio imprimis, insigni sua tempestate Medico, damnatur. Is enim tempus pilulas exhibendi semper vult esse matutinum. Hoc enim tempore, inquit, Natura, quæ cibum vniuersum jam concoxit, medicamentum in humorum expulsionem adminiculatur: alijs verò temporibus, circa ciborum concoctionem occupata, medicamenti actionem iuuare minimè potest. Quapropter medicamentum Naturæ auxilio destitutum, minùs vacuat.

Alimentum præterea, Naturæ actionem inturbans, corrumpit, adeoque non contemnendam noxam infert. Quod etiam, auctoritatibus veterum & imprimis Pauli demonstrare conatur. Nos, quæ ibi plura in hanc rem adducit, studio breuitatis omittimus. Grauiissimi huius Authoris sententiæ, & ego libenter subscribere, nisi maior Medicorum pars repugnaret, qui etiam felicissimo cum successu, pilulas leuiore ventriculo & partibus vicinis dicatas, paulò ante cibum, aut duabus tribusue ab eo horis exhibent: quauis & ventriculo inani, ac, vt vult Fuchsius, tempore matutino, eadem non sine fructu deuorètur. Quod tamen perpetuum esse

*Lib. 3 de  
comp. Me-  
dic. e. 9.*

Y 5                      debet,

346 FABRICÆ RECEPTARVM  
debet, nisi quid aliud obftet, pilulas si fortiores exhibere voluerimus. In hisce enim rationes Fuchsi omninò locum habent.

*Pilule Alterantes.*

Quamuis pilulæ catharticae magis sint communes, tamen & aliquando alterantes componi solent. Vbi præsertim, aut medicamenta gustu vehemèter ingrata adhibere necesse est, aut eadem diutiùs in ventriculo morari, vimq; suam Medicam in distantiores corporis recessus dispergere voluerimus.

II.  
*Compositio.*

Cum verò hæ, eadem planè ratione, vti superiores, cõficiantur, nisi quod ingrediètia spectat, cathartica hîc prætermittantur, & alterantia solum locum habeant; de earum compositione speciatim multis agendo, tempus inutiliter terere nolumus.

III.  
*Formula  
Præscribendi.*

PARADIGMATA.

Pilu-

Pilulæ sistentes fluxum hæ-  
morrh. & vteri.

℞ Pil. de bdellio ℥ij. troch. de carabe. co-  
rall. vsti Ana ℥j. cum syr. myrt. Formentur pil.  
Bertald.

Ad sanguinis mictum.

℞ Succ. portul. inspiss. Drach. ℞. gum. Arab.  
q. s. M. F. pil. xi. Crato.

Alia ad hepar.

℞ Succ. absinth. depur. & exicc. Drach. j.  
sp. nardi. schœnantibi Ana Drach. ℞. sem. apy.  
petrosel. Ana ℥j. Pulueriscentur subtilissime,  
& cum pauco syr. end. F. pil. parua. Potest addi  
rhabarb. Drach. j. ad hepatis dissolutio-  
nem prohibendam Rondel,

•S(O)S•

Alia

Alia ad sanguinem vnde-  
quaque manantem si-  
stendum.

xx Terr. Sigill. bol. Arm. lot. in aq. ros. ℞ij co-  
ral. utriusq. lap. hematit. Ana ℞j. mastich.  
Drach. 8. Puluerisata excipiantur syr. e rosif  
siccis vel myrtill. vel cydon. F. mass. ex qua  
Drach. j. ante somnum, & manè duabus vel  
tribus horis ante cibum exhibetur. Casp.  
Baub.

IV.  
Ps. lras.

Pilulæ alterantes & corroborantes uti-  
liter deglutuntur in affectibus cephalicis,  
idiopathicis & sympathicis, ob moram quã  
trahunt in ventriculo. Sic enim eò magis  
vis ipsarû spirituosâ in caput ascendere po-  
test. Ob eandẽ etiã causã multũm cõfe-  
runt ad affectus oculorum eorum caliginẽ,  
suffusionem, tinnitum item aurium, & au-  
ditus grauitatem. Profunt etiã in passio-  
nibus ventriculi, eiusdem cruditate, laxita-  
te, mollitie, inflatione, nausẽã & vomitu.  
Nec non hepatis atoniã, lienis obstructio-  
ni, alui fluxui, & vteri affectibus quibusuis  
succurrũt. Parantur & aliquãdo narcoticę,  
ad fluxiones sistendas & intercipiendas, vi-  
gilias

gias confopendas, dolores emolliendos,  
& sanguinis fluxus quoscunque cohiben-  
dos.

Assumuntur hæc catapotia eodem modo  
quo purgantia: ad Drach. j. aut circiter: &  
quidem manè vel etiã vesperi, ante vel post  
cibum, instar aliorum remediorum alterã-  
tium, magis vel minus sæpè, prout Medico  
visum fuerit.

## CAPVT XX.

*De Tabellis ac Rotulis.*

Confectiones illas, quæ hodie cum fac-  
charo, vt gustui consulatur, in tabu-  
las concinnari solent; quòd olim cum mel-  
le vel syrupo, instar electuarij liquidi, pa-  
rabantur, electuaria solida quidam vocant.  
Sed magis distinctè iã eadem, à forma pla-  
na; Tabulæ, Tabellæ, Morfuli, item, Mor-  
felli, Tefellæ & Lozengtæ: vel à Rotunda;  
Rotulæ seu Orbiculi nuncupantur. Nos de  
omnibus hisce simul agemus, cum eorum  
eadem sit componendi ac vtendi ratio:  
nec nisi formã externã differant.

Sunt autem Tabellæ seu Rotulæ medi-  
camen-

V.  
V. use.

Quid sint.  
Nomen.

Descriptio.

*Descriptio* camentum internum, solidum, coherens; ex congruis & saccharo cum liquore soluto, ac cocto constans, & in formam planā ac quadratā, seu rotundam, aut aliā effigiatū.

*II.  
Differen-  
tiae.*

Et quia tabellæ seu Rotulæ aliquando instituuntur ad purgandum aliquando vero ad alterandum seu corroborandum: nos primū de Morfellis seu Orbiculis cathartics, proximè autem de Alterantibus, dicturi sumus.

### *Tabellæ purgantes.*

*III.  
Compositi-  
o.*

Compositio tabellarum purgantium in duobus consistit, in enodatione materiæ, & iustā ac congruā præparandi ratione. Materiam quod attinet, distribui illa potest in Excipiendam & Excipientem. Qualis autem & Quanta utraq; sit, ex dicendis patebit.

*Materia  
excipienda  
Qualitas.*

Materia excipienda est aut solūm purgans, aut simul alterans. Utraq; aut sicca & solida, aut Mollis. Sicca; ut, pulvis aliquis simplex, aut compositus, & ex pluribus concinnatus. Atque hic vel pro re nata à Medico demum compõitur, vel ex ordine officinalium mutuatur. Mollis; ut, extractū aliquod



aliquod simplex, rhabarb. scilicet agar. me-  
choac. &c. aut compositum; vt, catholic.  
Quercet. cnicopharmacum Andernaci &c.  
Hiisce & annumeranda extracta alterantia,  
conseruæ, condita & confectiones aliæ of-  
ficinales ac molles.

Materia purgans siue solùm sit sicca, siue *Quantitas*  
simul & mollis, eâ quantitate assumendâ, vt  
tot doses purgantes contineat, in quot ta-  
bellas paraueris. Materia autem alterans a-  
dæquet medietatem, vel tertiam, aut quar-  
tam saltem partem materiæ catharticæ. In  
specie tamen notandum, pulueres in com-  
positione tabellarum, & præsertim rotula-  
rum plerumque præponderare. Ita vt  
puluerû sint ferè partes duæ aut tres ad me-  
dicamentorum mollium partem vnâ. Hi-  
isce etiam interdum affunduntur olea stilla-  
titia, ad guttas aliquot,  $\text{ʒ} \beta$ . &c. prout ma-  
iorem vel minorem tabellarum quantita-  
tem paraueris.

Excipiens materia ex duplici componi-  
tur: Fluidâ nimirum, & non Fluidâ. Fluidâ  
subministrant in primis aquæ destillatoria  
arte elicita, item succi, rariùs decoctum aut  
infusum quoddam. Non fluida verò est sac-  
charum; idq; vel simplex album, aut rosatû  
vel violatû; cui & manus christi simplices  
aut

*Materia*

*excipien-*  
*tis.*

*Qualitas.*

aut perlatae admisceri possunt: interdum sacchari loco assumitur manna.

*Quantitas.* Liqueorum quantitas non definitur, sed tantum eorum accipitur, quantum ad dissolutionem & coctionem sacchari requiritur, quod Pharmacopœjus facile pro sua discretionem dignoscet. Neq; etiam sacchari pondus semper exprimimus, nisi dosim tabellarum perspectam esse nobis volumus. Tum enim eius, ad materiam reliquam excipiendam, duplum, triplum, aut etiã quadruplum, si ex ingratiss illa constet, adijci imperamus. Rarò sextuplum, aut octuplũ, quia tum magna tabellarum quantitas pro vna vice assumenda venit.

*Præparatio.*

In præparatione tabellarum seu Rotularum tali methodo progredi solent Medicamentarij. Saccharũ liquore cõuenienti soluunt, & simul ad consistentiam, suprà ignẽ lentum, in vase idoneo syrupo crassiorẽ coquunt, postea addunt pulueres & reliqua, ac olea demum destillata circa finem coctionis. Vbi omnia exactè mista fuerint, antequam refrigerentur, massa tota super lapidem porphyridem, aut tabulam cupream æneamue latam effunditur, dilatatur ac complanatur; atq; vbi concreta induritiem fuerit, tessellatim in formam quadratam

dratam aliamue pro libitu scinditur. Rotulæ verò, si fieri debeant, effunditur materia cocta eandem in tabulam dispersim, vnum in locum congerendo, quod in vnam rotulam sufficiat.

IV.

Ratio præ-  
scribens.

## PARADIGMATA.

## Tabellæ Stibiatae VVeckeri.

℞ Antim. præp. Drach. ij. gummi tragac. ʒj. sacch. albi. in aq. ros. sol. Vnc. iij. ol. anisi gutt. xv. f. tab. Dos. Drach. ʒ. ad ʒij. vel Drach. j.

## Aliæ diaturbith cū rahbarb. dictæ.

℞ Turbith. in ol. amygd. dulc. per noct. macerati Drach. v. zingib. cinam. Ana Drach. j. caryophyll ʒij. ʒ agar. troch. Drach. j. ʒ fol. senæ Drach. ij. ʒ ʒ. hermodactyl. ʒ. ij. rhab. Drach. iij. schœnanthi ʒj. mac. galang. Ana ʒij. diagrydi ʒ Drach. iij. ʒ. sacch. in vino cydō. ʒ aq. ros. dissol. Vnc. xviii. f. tab. Langu.

## Aliæ ad purgandum humorem melancholicum.

Z

℞ Fol.

℞ Fol. sene Vnc. ℞. sem. fœnic. anisi. Ana  
 Drach. ℞. rhab. el. Drach. ij. sp. diatr. santal.  
 ℞j Puluerisatis omnibus cum sacch. in aq. su-  
 mar. dissol. quadruplâ quantitate excipiantur  
 F. tabellæ Drach. ij. vel iiij. pondere pro do-  
 si. Cass. Bauh.

## Alia.

℞ Mannæ opt. Vnc. ij. rhabarb. aq. cinam.  
 aspersæ Drach. ij. conf. ros. rec. Drach. ij. Mân-  
 na, parum lento igne coquenda adjecta parua  
 sacchari quantitate, deinde rhabarb. & con-  
 seruæ adduntur. F. morsuli. Crato.

## V E L.

℞ Mannæ calabr. in aq. ros. & cinam. dis-  
 sol. Vnc. ij. extr. rhab. Drach. j. rhab. opt. pul-  
 ueris. ℞j. cinam. el. ℞j. F. morsuli. Sen.

## Orbiculi ex rhabarb.

℞ Sacch. albi in aq. cinam. dissol. & ad per-  
 fect. cocti Vnc. iiij. extr. rhab. in succi rosa-  
 rum Drach. ij. dissol. rhab. subtiliter pulue-  
 ris. atq. aquâ cinam. humectati Drach. ij. F.  
 tab. s. art Crato.

Tabellarum verò purgantium virtutes  
 ac commoditates multis deprædicare non  
 vide-

v.  
 Utilitas

videtur necessariū, cum eæ ex reliquorum catharcticorum formis addisci possint. Eadem enim harum, quæ aliorum, præsertim autem electuaria purgantium vtilitas.

Assumuntur tabellæ purgantes vel per se, vel dilutæ cum liquore aliquo, aquâ stillatiâ, decocto vel similibus; manè vt moris est. Quantitas earū pro vna vice accipienda differt, prout magis vel minùs sunt fortes ac validæ. Est autè ferè Drach. ij. iij. aut quatuor; interdum etiam plurium.

### Rotula Alterantes.

Medicamenti hoc genus, si ad alterandū instituitur, sæpius formâ rotularum paratur, vt si ad purgandum tabellarum. Fiunt autem Rotulæ alterantes non aliter, ac morfelli purgantes. Accipiunt enim pro materia excipienda pulueres, extracta, conseruas, condita, aut alias confectiones scopo congruentes: quibus interdum & junguntur pulpacaponis aut perdicis, testiculi galorum, amygd. dulces, pistach. aut nuclei pinci, quâdo scilicet nutrire volumus: itè & olea stillatiua. Atq; hæc materia vniuersa ascēdit à Drach. ij. ad Vnc. ß. Vn. j. aut plures: quæ postmodū excipitur sacchari, in aquis

III.

Compositio.

Materia excipienda.

Qualitas.

Materia excipientis.

Z. 2.

stil-

*Qualitas  
Et Quan-  
titas.*

stillatitiis, vel alio liquore conuenienti, supra indicato, soluti, interdum & mucilag. amygdal. dulc. aut similis, quantitate sufficienti. Hæc autem aliquando est tripla, vel quadrupla ad materiam superiorem: aliquando sextupla aut octupla: aliquando deniq; decupla aut duodecupla. Prout scilicet excipienda efficacia, vel debilia; grata vel ingrata; plus minus existunt.

Circa rotularum & tabellarum etiam compositionem notandum, interdum eadem post cõfectionem demum inungi oleo aliquo stillatio; vt, cinam. caryophyllorum, vel simili, interdum moscho, aut ambrâ in aq. stillat. dissoluta: quando videlicet pertimescemus, ne harum vis coctione in aures dispergatur. Idem quoq; vsu venit nonnunquam in ol. sulphuris, salis, aut spiritu victrioli: quia hæc nimirum acida, si in coctione addantur, saccharum in globos concrefcere faciunt, & proinde, quò minus rotulæ aut morselli efformari possint, impediunt. Quod idem etiam præstant succi illi acidi, veluti limonum, berbe. ribium, granatorum & similes; si scilicet his solis saccharum dissoluatur & coquatur. Rotulæ quando parantur species semper in subtilem rediguntur puluerem; quando verò morsuli aut tabellæ, interdum formâ pulueris

ueris crassiusculi relinquuntur. Morfelli  
confectiones molles, item & pulpas dictas,  
amygdalas, & reliqua minùs arida, in ma-  
jori admittunt quantitate, quàm Rotulæ.

## PARADIGMATA.

☞ *Conf. fl. cichorij, fl. nemoph. Ana. Drach. j. 1 v.*  
*sp. triasant. diatrag. frig. Ana Vnc. ij. sach. al-* *Formula*  
*bi in aq. end. diß. Vnc. iij. f. tab. s. art. Ad he-* *prescribē-*  
*patis refrigerationem. Rondel.* *di.*

### Aliæ ad vermes.

☞ *Sacch. in aq. card. bened. sol. ℥j. Coq. ad*  
*perfectam consistentiam, addendo in fine pulu-*  
*subsequentes, sem. citri Drach. ij. Cc. vsti,*  
*sem. santon. dictami albi Ana Drach. j. co-*  
*rall. præp. sem portul. bistort. scordij Ana*  
*Drach. f. M. f. tab. Bertald.*

### Aliæ ad pectus.

☞ *Sp. diajr. s. diahyssopi Ana Drach. j. dia-*  
*trag. cal. Drach. f. extr. glycyrrh. ℥ß. ol. fœ-*  
*nic. gutt. iij. conf. fl. scabios. Drach. f. sacch-*  
*in aq. scab. diß. Vnc. iij. f. rot. Sen.*

Z 3

Aliæ

## Alia ad ventriculum frigidum.

℞ *Sp. imperial Vnc. ℞. pinar. el. & subtiliter incis. Drach. ij. sp. arom. rosat. Drach. j. Sacch. in aq. ros. dissol. Vnc. xiiij. ol. cinā. gutt. iij. mosch. gr. ij. f. confect. in mors. Crato*

## Morselli ad impinguāda corpora emaciata.

℞ *Pulp. capon. elix. perdicis. Ana Vnc. ℞. nuc. pini. pistach. in vino maluat. macer. Ana Vnc. ℞. amygd. dulc. Vnc. j. cinam. caryophyll. nuc. mosch. Ana Drach. i. ℞. sacch. sin. q. s. f. s. art. morselli. Mercur.*

## Alii ex ligno Guajaco.

℞ *Lig. sancti puluerisati ℞. cort. ejusd. Vnc. iij. aq. card. bened. beton. foenic. Ana ℞. iij. macerain B. M. horis 12. deinde coque ad medias, colentur: in colat. adde sacch. sin. ℞. iij. coq. ad perfectionē, leno igne. inde remoto adde pulu. ligni sancti Vnc. j. Salse parill chyne Ana Vnc. ℞. beton. cicerbita. scordii Ana Drach. j. Concinrentur tabella Dos. à Drach. vi. ad Vnc. j. Bertaldus.*

Datur



Datur autē præter hunc, modernis Medicis satis frequens, & alius rotulas parandi modus: isq; talis est. Pro materia excipienda seligunt oleum aliquod intentioni accommodatum, destillatione elicatum, aromaticum vt plurimum; vt, caryophyll. cinam. anisi, item fœnic. aut simile, quod saccharo soluto, vt supra dictum, excipiūt, & in rotulas effingunt. Et quamuis & hîc, sacchari pondus, industriæ Pharmacopœi Medicus confidēs, liberum ac indefinitum plerumq; relinquat: sumuntur tamen ad olei v.g. ℞. sacchari Vnc. ij. iij. iiii. prout oleum viribus, sapore aut odore minūs magis uē fuerit excellens.

177.

Compositio.

## PARADIGMATA.

178.

Ratio præ-

℞ Sacch. in aq. ros. sol. ℥ss. Percoquatur ad perfectionem exactam, deinde remoto ab igne pistillo agitetur, addaturq; ol. sem. fœnic. ʒ. ʒ. Probè misceantur & parentur orbiculi.

## Aliæ confortantes.

℞ Ol. anis. nuc. mosch. Ana gutt. ij. succ. albiss. gutt. j. man. Christi perlat. Vnc. ij. dissol. in aq. ros. f. confect. in rotulis. Sen.

v.

Conducūt Rotulæ aut Tabellæ alterātes. *Utilitas.*

Z 4

vbi

vbi siccandum potius quàm humectandū,  
 delicatis naturis vtplurimum consuetum,  
 ac familiare præbentes medicamentum, ad  
 spiritus cum animales tum vitales ac natu-  
 rales augendos, quamuis corporis imbecil-  
 litatem ac exolutionem emendandā, con-  
 ualescentes & è morbo diuturno emergen-  
 tes recreandos. Speciatim verò quædam in  
 affectibus capitis præsertim frigidis confe-  
 runt cerebrum exiccando & roborādo, spi-  
 ritus animales redintegrādo, meat<sup>9</sup> cerebri  
 recludendo, sensationes ejusdem intercep-  
 tas liberando, mentem lasam & memoriā  
 restituendo, varia & inepta melancholico-  
 rum deliria delendo, vertiginem auferēdo,  
 paroxysmos epilepticos, comtosos lethar-  
 gicos antevercendo aut abbreviando, &  
 motum deperditum paralyticis restituēdo.

Quædam autem ad catarrhos & destil-  
 lationes in fauces ac pectus irruentes felici-  
 ter adhibentur; eas siquidem intercipiunt,  
 columellam à frigidi humoris procubitu  
 elongatam vel prætumefactā exiccant, vo-  
 cis jacturam frigore contractam resarciunt,  
 arteriacis, tussiculosis, asthmaticis & suspi-  
 riosis profunt. Quædam cardiacis, animi  
 defectionibus, cordis syncopi ac tremori  
 medicantur: atq; febribus in primis malig-

Quæ-

nis & pestilentibus, vel præcauendo, vel curando sunt auxilio.

Quædam stomachicis opitulantur, ventriculi intemperiem humidam desiccant, calorem ejus imminutum roborant, molli-  
tiam corrigunt, putredinem humorum ar-  
cent, oris halitum commendât ac fœtorem  
gigni vetant, cardialgiam mitigant, infla-  
tiones solvunt, nauseam & stomachi sub-  
uersiones reprimūt, oxyregmiæ ac infirmæ  
concoctioni in subsidium veniūt, omniaq;  
nutritionis membra roborant, alimenti in  
corpus distributionem iuuant, & corpus  
ἐνχυμον præstant. Nonnullæ hepatis & ali-  
orum viscerum obstructions internas &  
durities referant, eorundem tonum conser-  
uant, cachexiam, hydropem, colorem cor-  
poris fœdum & totū ejus habitum frigidio-  
rem corrigunt. Nonnullæ intestinorum  
flatus dissipant, colicos curant, diarrhœam  
& passionem cœliacam sistunt. Nonnullæ  
deniq; albos vteri fluores emendant, vteri-  
nos dolores placant, matricis suffocatione  
abigunt, & ab vteri strangulatu decedentes  
reuocant. Sed quid opus tantâ verborum  
serie, cum nec vlla corporis pars, nec ullus  
reperiatur morbus, cui Tabellæ aut Rotu-  
læ auxilium ferre non possint?

Rotulæ alterantes plerumq; comedun-

Z 5

tur

tur ita aride, atq; nūero ij tres, quatuor; vel ad Drach. j.ij aut plures; pro affectus vehementiā: & vel semel tantum in die, idq; manē, vel bis, vesperi scilicet etiam ante coenā. Si ventriculi os claudere, & coctioni in subsidium venire debeant, vtiliter etiam post assumptum cibum manducantur. Sapius autem vsurpari debent, & quidē etiam ante ingressum lecti Becchicæ.

## CAPVT XXI.

## De Trochiscis.

I.  
*Quæ sit.*

*Nomen.*

**A**ccedamus jam ad aliam medicamenti formā, quæ Græcis à rotunditate, vel forma circulari Τροχισκος, id est, Rotula; vel Κυκλιος, hoc est, paruus circulus: aut ab effigie placentularum, ἄρτιος, quasi panis parvus appellatur. Latini hoc remedii gen<sup>9</sup> Orbiculos & Pastillos dicunt, seu, exprimentes nomine Græco, Trochiscos.

*Descriptio*

Est autem Trochiscus remediū solidū, cohærens, ex conuenientibus cum liquore exceptis constans, & in figuram seminis lupinorum effictum.

Tro-

Trochiscorum alii parantur ad vsum internum, qui videlicet ad varios affectus intra corpus assumuntur; quorum aliqui (Rectius enim ad horum quam pilularum gregem referuntur) ab vtendi modo, Hypoglottides nominantur, quod sub lingua, donec sensim liquecant, detineantur: Alii verò ad externum, vt sunt, qui ad *Empirica* & suffumigationes vsurpantur.

Quamvis autem raro à Medicis alii, præter hypoglottides, & qui ad suffimenta expetuntur trochisci, in vsum præsentem præscribi soleant; nos tamen generalem eorum componendi methodum trademus, cogitatio prætermittentes catharticos. Nunquam enim, aut rarissimè tales à Practicantibus præscribuntur, officinales illos; vt, alhandal, & de violis solut. si exceperis, cum pluribus iisq; magis conuenientibus ad purgandum medicamentorum formis Medici abundant.

Est igitur materia pastillorum duplex: alia quam Excipiendam consueto vocare solemus nomine, alia verò Excipiens.

Illa: vel sicca est & solida, vel mollis, vel etiam liquida. Sicca est puluis quidam; isq; vel simplex, vel compositus, officinalis aut magistralis. Mollis; est cõserua, extractum quoddam, aut similis cõfectio, imò & eclegma inter-

II.  
Differen-  
tia.

III.  
Composi-  
tio.

Materia  
excipiende  
Qualitas  
& Quan-  
titas.

interdum officinale, in trochiscis arterialis. Liquidā, quamvis rariùs adhibeatur, suppeditant olea stillatitia.

Pulveres ad Vnc. ℥. j. ij. plus minus, præscribi possunt; prout trochiscorum vsu diuturnum aut breuem disideramus. Mollia, dosi subquadruplā aut circiter adduntur. Olea verò destillata ad guttas quadam.

*Materia  
excipientis  
Qualitas.  
& Quantitas.*

Hæc autem materia in vnam massam cogitur, beneficio liquoris alicujus vel officinalis, vel Magistralis. Officinales sunt; aq. stillat. vinum, mel, succi expressi, sapa, Syrupi; Magistrales verò, mucilagines viscidæ vt tragac. gum. Arab. sem. cydō Psyllij &c. cum aquis stillatitiis, aut aliis liquoribus conuenientibus extractæ: decoctum quoddam aut infusum in rem præsentem à Medico præscriptum. Atq; cum de quantitate hujus liquoris Pharmacopœjus sedulus ac industrius facile judiciū ferre possit, Medicus onere hoc in præscribendo jurè levatur.

## PARADIGMATA.

Tro-

Trochisci hypoglottides ad  
caput roborandum &  
catarrhum tenu-  
em.

IV.

Formula  
prescribenda.

℞ Nuc. mosch. Drach. j. gummi Arab. <sup>ds.</sup>  
Drach. B. Redigantur in puluerem & cum aq.  
ros. f. troch. Crato.

Trochisci Becchici nigri  
dicti.

℞ Succ. glycyrrh. inspiss. Vnc. iiij. styrac.  
calam. Vnc. j. B. sacch. candi Vnc. ij. B. sp. diaj.  
Salom. loboock sani. Ana Vnc. B. sacch. peni  
dij B. sacch. albissimi B. ij. Vnc. ij. Mucilag.  
tragac. cum aq. hysopi facta q. s. F. Troch.  
Ph. Aug.

Alii suauissimi.

℞ Sacch. rosati Vnc. ij. candi Vnc. j. amyli  
Drach. ij. sp. diacinam. dianisi jreos Ana Dj-  
macis B. Zibethi. gr. vi. cum mucilag. tra-  
gac in aq. meliß. ext. f. hypoglottides. Bertald.

Alii in Peste conuenientes.

℞ Mubri-

℞. Mithridat. opt. Drach. j. rad. angel. Zedoar. ꝑ. diamarg. frig. cinam. el. sant. cur. Ana Drach. ʒ. myrrh. el. boli Arm. præp. Ana ʒj. moschi gr. iij. sacch. canary Vnc. ij. cum mucilag. gummi tragac. infus. in aq. scabios. & paululo succo limonum vel citri F. troch. Cassp. Bauh.

### Alii narcotici ad capitis & dentium dolores.

℞. Gum. Arab. tragac. Amyli Ana Vnc. ʒ. cerus. lot. aq. rosarum Drach. vi. styrac. calam. myrrh. castory opij. sapâ soluti Ana ʒiij. Croci Drach. ʒ. Trita excipiantur mucilag. pssilly ex aq. rosarum deprompta singanturq. troch. Fernel.

### Alij ad effectus renū & vesicę.

℞. Quat. sem. frig. mai. mund pap. albi. malu. bombacis. portul. cydon. myrtill. tragac. gummi Arab. pinearum mundat. pistach. sacch. candi, penidy, liquirit. munde hord. mundi mucilag. pssilly. amygd. dulc. Ana Vnc. j. boli Arm. sang. drac. spody, ros. myrrh. Ana Vnc. ʒ. ex hydromelite F. troch. Gordonius.

v.  
Veritas. Trochisci sub lingua tenendi parantur interdum ad delicias ob odoris suauitatem, ad



ad aëris externi aut oris interni foetorem molestè nares ferientem abigendum, item ad aërem pestilentem corrigendum, quando inquinati alicuius aëris suspicio viget, nec non ad cerebrum corroborandum & spiritus animales adaugendos. Hypoglotides etiã trochisci catarrhos tenues incalescant, acres contèperant, & in omnibus destillationum morbis, siue in thoracé fluxio feratur, siue in pulmones, dentes, aut aliò procumbat, vsui sunt. Hinc dyspnoicis, anhelosis, tussientibus, pleuriticis, phthificis, empyicis, hemoptoicis, & quibusuis aliis pectoris morbis laborantibus dicati. Interdũ etiam trochiscis vtimur ad vlcera renum, vesicæ, urinæ ardorem, dysuriam, gonorrhoeã &c. Ad jecoris autem & aliorum viscerũ obstructions inueteratas, frigidos morbos prolixos, & febres diurnas adhibem⁹ trochiscos officinales de absinth. eupat. rhabarb. &c. Quis verò sit vsus trochiscorum, qui ad suffitus expetuntur, infrà in doctrina de suffimentis annotabimus.

Trochisci intra corpus assumendi plerumq; vino, aqua, iuscule aut alio liquore VK.  
tempore assumptionis diluuntur: possunt V/100.  
tamen & per se aridi deglutiri. Hypoglotides verò integri adhiberur, ac in ore hinc  
inde

inde volutantur, aut sublingua detinentur, vsq; dum calore oris eliquati, per seipſos ſenſim in liquorem abeant. Quoad tempus, vacuo in primis ventriculo, ad vſum vocandi, trochiſci, ad Drach. ſ. j. duas, ſive plures, ſecundum quod multum efficacitatis habuerint. Hypoglottides autem quotieſcūq; viſum fuerit, noctu & interdium.

## CAPVT XXII.

*De Diamygdalato.*

**P**Ræter jam dicta, datur & aliud adhuc medicamenti genus ſolidum ac coherens, idq; gratiſſimum & loco bellariorum habendum, quod vulgò Mazapanem, à Μαζα, quæ teſte Athenæo lib. 14. vulgarem cibum ex farina ſonat, dicunt. Alii etiam Marcipanem ſeu panem Marcium vocant. Quibuſdam verò panis dulciarius, Paſtregia & Diamygdalatum, quod amygdalæ ad ejuſconfectionem plerumq; aſciſcantur, nominatur.

*Deſcriptio* Est autem Diamygdalatum remedium internum, ſolidum, coherens ex amygdalis, aut aliis conuenientibus, cum ſaccharo ſo-

1.  
*Quid ſit.*  
*Nomen.*

ro soluto exceptis constans, & in formam placentæ efformatum ac coctum.

Ejus materia est bipartita. Alia enim, *II. Compositio.* est necessaria, alia verò non necessaria. *110.* Illa quæ scilicet est necessaria & vsum, *Materia panis marci.* alique in Mazapane habet, eidem vel vires *Qualis.* & facultates alimentosas aut medicinales impertit, vel, vt panis Marcius in decentem confingi possit placentam, efficit. Harum prior triplex est: Alimentalis, Medicamentosa & Condiens. Alimentaria: aut Vegetabilis; vt, amygd. dulc. nuclei pinei, pistachia & similia: aut Animalis: vt, pulpa caponis, perdicis, caro testudinû, cœx ranarum &c. Medicamentosa constat ex variis simplicium partibus, pro affectum diuersitate diuersis; qualia sunt, semina quat. frig. mai. pap. albi cortices citri conditi, myrobal. conditæ, & quæ sunt hujus generis alia. Condiens vel est Aromatica; veluti sunt cinam, caryophylla, macis, lig. aloës, moschus, ambra, & reliqua aromata: vt & species aromaticæ officinales; vel Dulcans, vti est saccharum.

Materia verò, quæ propter faciliorem Diamygdalati conformationem ipsi additur, communiter est aqua rosarum propter

Aa fra-

fragrantiam; potest tamen & alia affectui accommodata adhiberi, vel aquæ rosarum, admisceri: modò non sit odore sapore uè vehementer ingrato prædita. Omnia enim quæ horum aliquid habent, ab hac remedii specie excluduntur.

Atq; hæc est materia necessaria ex qua magdaleo panis Martii constat: quæ verò non est necessaria & ad formam magis speciosam ipsi inducendam saltem additur, nullà est alia, quàm auri bracteæ, quibus hinc inde hujus placentæ plerumq; integiac exornari solent.

*Quantita.*

Enumerata autem hæcenus materia diuersà admodum inter se analogià ac proportione ad confectionem Marci panis concurrere solet. Illa enim, quam alimentalem diximus, aliquando Vncias aliquot pondere æquat, aliquando ꝑ̄ss. aliquando integram, aut etiam quantitatem majorem, pro scopo scilicet Medici curantis: atq; in hac modò vegetabilis & animalis mole sibi inuicem respondent; modò hæc illam, aut illa hanc copiã excedit. De materia verò medicamentosa alimentali miscetur quantitas subquadrupla: subtriplica major, minor. Iam dictorum autem omnium Vncia vna, excipit ferè aromatum.

ʒj. Drach.

§j. Drach. β. aut. integram.

Sacchari verò additur quantitas sufficiens: quæ nonnunquam est æqualis, nonnunquam major, nonnunquam minor ad reliqua ingredientia. De quantitate deniq; liquoris informantis decernēda penes est Medicamentarium, qui etiam pro suo arbitrio diamygdalatum auro exornat atq; illustrat.

Præparandi Marcipanem modum pau- *Præparatio*  
cis sic describo. Fructus nutrientes exorticantur lauantur veletiam aliquandiu macerantur, inprimis pinei, vt rancorem omnem deponant, in liquore conuenienti, aqua rosarum v. g. Carnes verò polytrophæ etiam eodem, vel simili liquore, diligenter lauantur ac mundantur, postea elixantur, demum omnia ad mollitiem in mortario contunduntur, sensim aqua rosarum, vel alia ad exactam, misionem affusâ; deniq; reliqua medicamentosa & aromatica subtiliter puluerifata aut crassiusculè incisa, adduntur, ex quibus postremò omnium, lege artis placentæ formantur, quæ superinductis auri foliis & substrato pane azy-  
mo seu nebula in vase cupreo  
subjectis arbonibus co-  
quuntur.

Aa 2      PARA-

## PARADIGMATA.

℞ Amygd. dulc. decort. Vnc. iij. pistac. mund.  
Vnc. j. Pistentur in mortario lapideo cum pau-  
ca aqua rosarum, adde sacch. albillimi ℥ B. f.  
pasta, de qua formentur placentula, qua in cli-  
bano leuiter coquantur Bertald.

## A L I V D.

℞ Amygd. dulc. excort. Vnc. j. pinear. pi-  
stach. Ana Vnc. ℞. sem. quat. frig. maj. excort.  
Ana Drach. j. pulp. caponis elixæ Vnc. iij. gum.  
Arab. Drach. j. pulu. cinam. nuc. mosch.  
macis Ana Drach. ℞. Fructus omnes prius a-  
liquandiu in aqua rosarum macerentur. po-  
stea contundantur. & cum aqua rosarum & s.  
q. sacchar. f. Massa. Sen.

v.  
Vtilitas.

Confectio hæc præterquam quod gustu  
est gratissima, sic etiam simul plurimum  
nutrit ac roborat, atq; tum ægros, tum sa-  
nos esu adiuuat. Inprimis verò in signem  
præstat vtilitatem macilentis, consumptis,  
extenuatis, hecticis: item qui atrophiam,  
phtisi, aut alio simili diuexantur ac con-  
tabescunt affectu: nec non qui è diuturno  
emer-

emergentes morbo, refectionem corporis exigunt.

Vfus panis dulciarii cuius notus. Quo-  
uis enim tum pondere tum tempore ipsum  
de gustare licet. Virium interim & mor-  
bi ratione habitâ.

VI.  
Vfus.

## CAPVT. XXIII.

### *De Pulueribus.*

**P**ostrema adhuc restat ex medicamentis  
internis remedii formula, quæ non, vt  
proximè antecedentes, coherentis; sed dis-  
sipatæ est substantiæ, ob id etiam nomen  
pulueris sortita.

I.  
*Quid sit.*  
*Nomen*

Est autem Puluis medicamentum soli-  
dum & aridum, ex variis medicamentis,  
in particulas tenues cõtulis coaceruatum.  
Puluerem distinguimus in Internum &  
Externum. Internus: alius Purgans, alius  
verò Alterans: atque hic vel est tenuis &  
subtilis; qui si ex meris constet aromatis  
& saccharo in specie Tragema vel Tra-  
gea appellari solet; vel crassiusculus &  
minùs subtilis, atque huic nomen Tra-  
geæ grossæ attribuitur. Nos primò o-  
minum quæ puluerem spectant Inter-

*Descriptio.*

II.  
*Differētia*

Aa 3

num,

374 FABRICÆ RECEPTARVM  
num, eumq; purgantem ad examen voca-  
bimus.

### *Pulvis Catharticus.*

*III.*  
*Compositio*  
*Materia*  
*Qualitas*

Pulvis catharticus ex duplici vt pluri-  
mum constat materiã, Purgante scilicet  
& Alterante. Ad purgantem adoptantur  
quæcunq; simplicia purgandi vi prædita &  
puluerari apta; vel etiam pulueres officina-  
les, seu quoq; tabellæ catharticæ, si quæ in  
officinis prostant.

Alterans verò ipsi jungitur, vel propter  
vim medicamentosam, vel propter gustum.  
Prior aut est sicca & arida, aut Fluida. Sicca:  
vt pulvis quidam simplex, aut compositus;  
Usualis, seu Magistralis; qui vel effrenem  
purgantium vim contemperat, vel purga-  
tionem minùs molestant reddit, aut aliàs  
parti agræ, aut affectui est accommodata.  
Fluida: veluti sunt olea destillata, caryo-  
phyll. cinam. nuc. musc. macis, anisi aut  
similia, quæ etiam, vt eò felicior obtingat  
purgatio, nonnunquam addi solent. Quæ  
verò propter dulcedinem & saporem mole-  
stum pulueris occultandum adiicitur, est  
saccharum album, aut rosatum tabulatum,  
siue aliud quodcunq;.

Pur-



Purgantia eâ quantitate, quæ in vnam vel plures, & tot quidem quot desideres, doses purgantes sufficiat, præscribenda veniunt: alterantia verò & corrigentia sicca dosi ad cathartica subtriplâ, vel subquadruplâ, Saccharum autem ad reliqua omnia pondere pari, minori vel majori.

Prout tamen multum de hoc ipso pulveri addideris, pro eo etiam dosim, in vnam vicem assumendam, auxeris. Olea destillata ad guttam, vnam vel alteram, pulveris Drach. j. affundi solent.

## PARADIGMATA.

IV.

## Ad hydropem.

Formula  
præscribenda.

℞ Pulu. fol. soldanell. Drach. j. s. senæ Drach. ij. turpeti vel rhabarb. ℥j. sacchari Drach. j. M. f. pulu. Erastus.

Pulvis Passauant dictus.  
rhab.

℞ Fol. senæ el. Vnc. j. turbith. Vnc. s. diagydi Drach. ij. sem. fœnic. anis. zingib. An. Drach. j. mastich. ℥j. M. f. pulu. Ex M. S.

Aa 4

Ali-

## Alius.

℞. Sena mund. violar. purpur. Ana Drach.  
 ℞. glycyrrh. rasa, zingib. Ana ℥j. tart. ℥℞.  
 M. f. pulu. Andernacus.

## Alius.

℞ Sp. bened. lax. Vnc. ℞. diaturbith cum  
 rhab. Drach. j. pulu. sena præp. Drach. ij. sacch  
 alb. Drach. ij. Sen.

## Tragea laxatiua pro delicatis.

℞ Cinam. cl. zingib. sem. anisi Ana Vnc. ℞.  
 sena mund. Vnc ij. sacch. Vnc. ij. F. trag. Su-  
 mat cochl. j. VVeck.

v.  
 Vtilitas.

Puluis purgans iis inprimis præscribi so-  
 let. qui neq; per potionem, neq; per pilu-  
 las aut aliam purgationis formam euacua-  
 ri volunt. In reliquis cōsentit cum aliorum  
 cathartæcorum viribus.

v l.  
 Vsm.

Rarò admodum per se assumitur puluis  
 purgans, sed semper ferè dilutus liquore a-  
 liquo, vt iusculo, vino &c. Potest & excipi  
 eonseruâ vel aliâ quâdam confectioe molli,  
 & formâ boli deglutiri. Certa ejus do-  
 sis

fit statui nequit, quia differentes secundum efficaciam puluerum gradus. Accipitur autem manè cum custodia, semel vel etiam sæpius, si ita visum fuerit, more aliorum medicamentorum laxantium.

*Puluis internus alterans te-  
nuior.*

Puluis hic alterans ratione qualitatum & effectuum admodum est varius. Alius enim Cephalicus, alius Cardiacus, alius Hepaticus, alius Stomachicus & digestivus, alius alij alicui membro nobili appropriatus. Quidam astringit, quidam roborat, quidam aperit, quidam urinam aut menses mouet, quidam flatus dissipat. Hic refrigerat, ille calefacit, & sic de cæteris. Sed hæc omnia pleniore sermone in Apozematis differentiis edocuimus. Alterantis autem pulueris materia: alia est Medicinalis, alia Dulcans, alia denique Exornans. Medicinalis constat ex variis simplicibus & quidem iis omnibus, quæ pulueris formam vt subeant, sunt apta, quibus & species ac pulueres apud Pharmacopolas custoditi iunguntur. Ad Tragæata autem eliguntur ex his

II.  
Differen-  
tia.

III.  
Cognos-  
tio.  
Materia  
Medici-  
nalis  
Qualitas

*Quantitas* ferè arōatica & magis grata. Atq; huius pul-  
ueris quantitas multum variat. Potest enim  
esse magna vel parua, pro vsus longitudine  
aut breuitate.

*Materia  
edulcatis,  
Qualitas.  
Et Quan-  
titas.* Materia edulcans est saccharum album,  
nōnunquam rosatū tabulatum, siue aliud.  
Huius aliquando Vnc. j. ad specierū Drach.  
j. admiscetur, præsertim in Trageis, aliquan-  
do Vnc. β. vel minor etiam quantitas suffi-  
cit. In pulueribus enim reliquis internis, si  
ingredientia minū ingrata fuerint, aut si  
puluerē desideramus efficacē, sacchari pon-  
dus æquale aut minū etiam adijcitur; imò  
nonnunquam profus negligitur saccharū.

*Materia  
Exornatis,  
Qualitas.  
Quantitas* Exornans autem materia sunt folia auri,  
argenti quæ præsertim Trageis & pulueri-  
bus preciosis ac alexiterijs, ad ornatum po-  
tius, quàm vtilitatem, immisceri solēt. Pul-  
ueris verò Drach. ij. aut Vnc. β. recipit ferè  
folium auri siue argenti.

### *Puluis ad cachexiam.*

*IV.  
Formula  
prescriben-  
di.* ℞. Limat. chalyb. præp. Vnc. j. pulu. vermiū  
terrest. diarrhod. Abb. getianelle Ana Drach.  
ij. santal. omnium cinam. spice vtriusq; Ana  
Drach. j. lacc. præpar. Drach. j. ℞. M. F. pulu.  
Bertald.

*Alius*

## Alius ad herniam.

℞. Rad. bilingue Vnc. ij. herniar. Vnc. j. li-  
mat. chalyb. Vnc. ʒ. M. Idem.

## Puluis vel tragea subtilis ad constringendum os superius ventriculi.

℞. Coriandr. præp. Vnc. ij. corall. vsti & loti  
Vnc. ʒ. anisi. Drach. ij. ros. rubr. cort. citri. car-  
dam. cydon. vel. sorborum vel pyrorum agrest.  
& exicc. aut pul. diacydonite Ana Drach. j.  
sacch. ros. tab. q. s. M. F. pulu. Rondel.

## Tragema refrigerans & corroborans hepar.

℞. Sp. diarrhod. Abb. triasant. Ana Drach.  
ʒ. sem. endiu. cichor. Ana Drach. j. melon. ci-  
trull. cucurb. Ana Drach. ʒ. ros. rubr. Drach.  
ʒ. sant. om. Ana ʒ. sacch. alb. Vnc. v. M. F.  
Trag. Fuchf.

Pulueres interni neq; interī cathartici ad <sup>v.</sup>utilitas  
va-

variè tum partes continentes, tum contentas, in primis, secundis & reliquis qualitatibus alterandas, apprimè conferunt: ad robur item animalis vitalisq; facultatis tuendum ac reficiendum: vertiginem, tremorem, epilepsiam, apoplexiam, paraly sin &c. sanandam: syncopas, animi defectiones, febres & alias cordis affectus pestiferos ac malignos, tum præcauendos tum pellendos. Ventriculum frigidum, humidum, & à flatibus distentum iuuant, eius laxam constitutionem emendant, cruditates absumunt, & ructus abolent. meliusq; stomachum cibos cõcoquere efficiunt. Intemperies jecoris & aliorum viscerum corrigunt, eorundem obstructions tollunt: bonum corporis habitum restituunt: renum & vesicæ arenulas ac calculos excludunt: vteri symptomata, vt menses abundantes aut deficientes, in ordinem redigunt, partus & secundinas remorantes exturbant. Sed de his omnibus satis fusè in rotulis alterantibus. Hoc interim sciendum, cū pulueres omnes actu & consistentiâ sint sicci, illos faciliè quidè intemperiem humidam corrigere posse, non autem siccam. Hanc n. vsu potius videtur augere quã imminuere. *Quantis nonnulli puluere resumptiuo, & speciebus*

bus diatragacanth. frig. ad extenuatos & marcescentes humectandos & impinguan-  
dos vtantur.

In genere pulueres quoq; alterantes rarò  
ita aridi deuorantur, nisi fuerint stomachi-  
ci. Plerunq; enim cum aq. stillatitia, iusculo,  
vino vel alterius alicuius liquoris beneficio  
diluti, in ventriculum demittuntur. Trage-  
mata frequenter pani tosto & vino perfuso  
ac madido insperfa manduntur. Quæ  
quia sæpè ad delectationem capiuntur, eo-  
rum quantitatem & tempus assumendi de-  
finire non est necessum. Aliàs pulueres  
magis medicati accipiuntur à ℞j. ad ʒj.  
drach. ij. prout fuerint efficaces: manè vt  
plurimum jejuno ventriculo, vel etiam  
duabus ante coenam horis.

Excipe cardiacos, alexiterios, anody-  
nos aut narcoticos. Hi enim quando-  
cunque necessitas vrget porrigendi. Peptici  
verò ad cochl. β. aut circiter, post singulos  
pastus, nihil superedendo vel bibendo ab-  
sumuntur. Sunt tamen qui medicamenta  
coctionem iuuantia malint ante cibum  
sumere, eò quòd vi suà attenuante & cali-  
dà chylum crudum celerius distribuunt, &  
pro cruditate ventriculi aliis partibus ali-  
men-

VI.

Vsu.

mentum crudum communicent. Notant & alij circa hos pulveres, illos nullo odore vel sapore acri præditos esse debere; quia aliàs copiosos in cerebrum vapores exhalare faciunt.

### *Tragea grossa.*

Pulvis internus crassiusculus, quem vulgò Trageam grossam, Nostri verò vernaculè *Psaffenfurter*. q. pabulum sacerdotale, vocant; cum non parùm ratione ingrediētium à pulveribus præcedentibus differat, in specie quædam de ipso adferre libuit.

III.  
Compositio.

Eius autem ingredientia alia simplicia, alia verò ex multis & diuersis composita. Simplicia; sunt variæ stirpium partes; rad. semina, ligna, cortices, fructus, herbæ, & similes aliæ: eæq; vel saccharo obductæ, quas aliàs cōfectiones nōminare moris est: qualis est cōfectio anif. fœnic. coriandr. cinam. caryophyll. amygdal. rad. angel. &c. vel nō obductæ, sed saltem in particulas, si fuerint maiores, crassiusculas fractæ & incisæ. Cōposita sunt; tabulæ seu Rotulæ officinales aromaticæ crassiori modo confractæ; quales sunt aromat. rosat. imperat. ex ol. cinam. & si-



& similes. Atque hæc omnia quantitate & copiâ, quâ lubet, præscribi possunt.

## PARADIGMATA.

IV.

Rat: o præ:  
scriben di:

℞. Sem. anisi fœnic. coriandri Ana sacch. obduct. Vnc. ij. sem. carui confecti Vnc. j. glycyrrh. purgata Vnc. ij. Zingib. calam. arom. Ana Drach. iij. galang. nuc. mosch. Ana Drach. j. Caryophyll. Drach. j. Omnia exceptis seminibus crassiore incidantur modo misceanturq;. Andern.

## Alia.

℞. Conf. sem. anisi fœnic. coriandr. carui Ana Drach. vi. aquileg. eruc. Ana Drach. v. tabul. arom. rosat. Drach. vi. contr. apoplex. Drach. v. de extr. lig. aloes Vnc. ℞ ex ol. cinam. Drach. vi. Caryophyll. Drach. iij. anisi fœnic. Ana Drach. ij. ℞. cort. citr. condit. succ. Vnc. j. nuc. mosch. Lusit. mai. cond. succ. sp. imperat. Ana Vnc. ℞. Crassiuscule incisa misceantur. August.

Commédatur plerumq; tragematū vsus ad cerebrū calefaciendum frigidoq; sopitū recrean-

V.

Vtilitas.

recreandum, ad oris halitum commendandum: inprimis verò stomachi segniter cibos concoquentis vires augendas, in ediam tollendam, & ventriculi ac intestinorum flatus dissipandos.

*VI.*  
*vsu.*

Manditur tragea grossa per se, ex vola manus in os eam ingerendo: atq; vel manè, vel statim post pastum si stomachi os claudere & coctionem adjuuare debeat, ad drach. j. ij. aut iij. vel Pugillos totidem.

*Puluis externus.*

Puluis externus qui scilicet foris saltem corporis partibus applicitus, effectus præstat idoneos & laudabiles, ex disparilibus & viribus longè discrepantibus, pro varia Medici intentione, tum simplicibus, tum compositis, imò iis omnibus, quæ ad pulveris formam deduci possunt, medicamentis componitur. Cuius exempla hæc sunt.



PARA-

## PARADIGMATA.

Pulvis incarnans & quemuis  
sanguinis fluxum re-  
stringens.

℞. Aloës myrrh. Ana Drach. j. sarcocoll.  
Drach. j. thuris. pollinis farine Ana Drach. ij.  
sang. drac. terr. Lemnie Ana Drach. ij. ℞. tu-  
thie. litharg. tragac. Ana Drach. j. F. pulu. ten.  
Ioan. de Vigo.

Alius repellens ad cephalal-  
giam.

℞. Fl. nymph. Vnc. ℞. corall. rubr. balaust.  
fol. sumach. Ana Drach. iij. santal. rubr. cort.  
citri Ana Drach. j. F. pulu. ten. Rondel.

Alius ad capitis vlcera ma-  
nantia.

℞. Ciner. nuc. antiq. ℞℞. fulig. furni Vnc.  
j. ℞. sulph. Vnc. ij. alum. chalcitid. Ana Vnc. iij.  
℞℞ litharg.

litarg. Vnc. jß. M. F. pulu. qui inspergatur  
capiti prius deterſo & inuncto melle, el. lucer-  
narum, nucum & Juniperi. Idem.

## Alius ad exitum ani.

℞. Mastich. ißuris, nuc. cupreſſi, antimon,  
malicorij. glandium, balaust. Ana Drach. ij.  
M. VVECK.

V.  
Vtilitas.

Commoditas huius pulueris admodum  
eſt diuerſa ac multiplex. Alius enim eſt ce-  
phalic<sup>9</sup>, qui vel calefaciendo ac ſiccâdo ce-  
rebri humiditates ſuperfluas abſumit & de-  
fluxiones exhaurit; vel refrigerâdo ſomnũ  
inducit; vel conſtringendo exhalationes in  
caput aſcendentes repellit Alius iſchæmus,  
qui hæmorrhagiam narium, hæmorrhoi-  
dum, vulnerum, aut aliàs ſanguinem quo-  
cunq; ex loco prorumpentem intercipit ac  
cohibet. Alius detergens, qui vlcera à ſor-  
dibus adhærentibus repurgat, oſſium ca-  
riem prohibet Alius cathæreticus, qui car-  
nem vlcerum luxuriantem conſumit. Alius  
denique ſiccans & emplaſticus, qui vnitatis  
ſolutiones coniungit, carne replet, gluti-  
nat, conſolidat, iſſis que cicatricem indu-  
cit. Pulueres autem, qui addentes, v.g. deal-  
ban-

bandos, suffimigia præstanda, aut alios in  
 sus parantur, proprijs capitibus inquire.

Pulis externus tempore v sus plerumq;  
 ipsis partibus affectis applicandus venit.

Hinc cephalicus capiti, cathæreticus carni  
 excrescenti inspergitur. Idem etiam fit

cum reliquis. Singulorum autem ap-  
 plicandi modum ipsa pars ægra &  
 morbi ratio quemlibet e-  
 docebunt.

Vl.  
 V/m.



Bb 2 SEC.



## SECTIO SECUNDA.

*De Medicamentis Externis.*

## CAPVT I.

*De Collyriis.*

Tque hæc sunt medica-  
 menta, à Medicis com-  
 munitè præscribi soli-  
 ta, quæ videlicet ab ijs-  
 dem, quod intra corpus  
 per os assumpta absor-  
 beantur, in specie Inter-  
 na dicuntur. Proximum jam sibi ab his vè-  
 dicant locum medicamenta non multùm  
 minoris superioribus momenti; Externa,  
 scilicet, quæ foris corporis partibus appli-  
 cantur, aut in quasdam immittuntur, & a-  
 pud Præcicos in frequentissimo etiam sunt  
 vsu. In horum autem tractatione tritis insi-  
 stentes vestigijs, primùmna quæ qualiaue sint  
 do-

docebimus, post ipsorum compositionem, præscribendi normam, vtilitatem ac vtendi modum breuibus delineabimus. In eorum autem acie primum constituatur Collyriū, oculis priuato quodam iure dicatum remedium. Cum enim oculi magnam partem ad vitæ simul & vsus & dulcedinē conferant; ab his namq; Philosophia, s; Platoni fides, quā nihil apud Mortales maius, summā curā tuendi sunt. Iure igitur de Collyrijs, quibus casus oculorum aduersi abigi possunt, tractationem suscipimus.

I.  
*Quid sit*

Κολύριον verò siue Κολύριον veterum tum ratione figuræ, tum ratione vsus longè differt à collyrio nostræ ætatis. Siquidem illorum collyrium medicamentum erat oblongum teres, instar caudæ muris, quatuor digitos longum, vt ipsum describit Oribasius, in modum ferè magdaleonis cohærens, ex liquoribus, succis herbarum, fructuum, feminum, aromatis, animalium particulis & metallicis ad varios vsus comparatum & repositum.

Quo postmodum Antiqui vel integro, vt batur, vel in puluerē redacto: qui puluis etiam, aut in substantiâ, atq; vel siccus parti adhibebatur, vel humore aliquo dilutus, vel linimēto exceptus eidem oblinebatur, aut mediâte suffitu partem affectâ rigabat.

B b 3

Hinc

Hinc etiam pleraq; medicamenta in collyrijformam effingenda præceperunt, & ad omnes omniium partium affectiones, quibus commodè admoueri poterāt, compararūt. Naribus etenim, auribus, vteroque, quorum nunc vices supplent pessi; ano, quibus glandes hodie substituuntur, & fistulis, collyria Medici veteres imposuerunt. Similiter ad suffitus contra tussim vsurparunt. In oculorum tamen affectibus, quouis tēpore præcipuū habuēre vsū. Nostris verò Medicis Collyrium medicamentum saltem est ophthalmicum, oculorum passiones corrigens, quod sic dictum putatur. *παρά τὸ κολλᾶν τὸν ὄφθ.* vel *παρά τὸ κωλύειν* à comprimendo & prohibendo fluxionem, quum tamen non ad fluxiones solum, sed ad alias quamplurimas oculorum affectiones *κολλήρια* adhibeantur. vel, vt alijs placet, *κολλήριον* vocatum q. *κολοβὴ ὄρα*, quod olim esset instar caudæ mutilatæ; ac tum per simplex λ. vt antiquitus etiam erat consuetum. & v diphthongum rectius scribitur: contra Latinorum scribendi morem communem.

*Nomen.*

*Descriptio*

*II. °*  
*Differen-*  
*tia.*

Est igitur Collyrium nostrum, remediū externū, humidum vel siccum, ad oculorū affectus in specie comparatū. Sunt n. Collyria

ria



ria duplicia: alia; Humida ὕδροκολλύρια, quæ Recentioribus priuatim collyria dicuntur: atq; hæc vel sunt mollia, & mellis consistētiā; πλάσα aliquando vocata, quod affectæ parti delinantur: vel liquida instar aquæ: Alia sicca & arida Σηροκολλύρια Sieff Arab. appellata: quæ vel ad formā pulueris tenuissimi aut crassioris, qui sacculo includitur, vel trochiscorum aut pyramidis rediguntur.

Sed videamus iam ex qua singula; tum Humida, tum sicca, collyria consistent materiā. Collyria Humidā, vt ab his incipiamus, aliquando solūm constant ex fluidis, aliquando simul & siccis ac aridis. Si ex solis fluidis, liquor iste aliquando est generis vnius; isq; vel demum parandus, vt decoctum, infusum, aut destillatum aliquod oxydorsicum, item succus aliquis extractus, aut mucilago expressa eiusdem facultatis; vel iam paratus prostat, vt aq. destil. vinum, lac. album oui, vel alius liquor similis & aptus: aliquādo generis diuersi & cōpositus, quādo scilicet enumeratorū liquorum varij & plures inter se miscentur.

Atq; hic liquor assumitur ad Vnc. j. ij ḡss. vel integram; si eius vsus frequens ac diurnus esse debeat.

Huic autem liquori interdum quædam

B b 4

ex

III.

Compassio.

Collyriorum fluidorum.

Materia Qualitas Et Quæritas.

ex aridis addūtur, veluti sunt pulueres simplices vel compositi, vegetabiles aut minerales, Vsuales siue Magistrales. Quorum Drach. j. nisi sint admodum acres aut narcotici, respondeat liquoris Vnc. j. aut ij. Notant Practici, Collyrijs hisce liquidis, si ex aquis stillatitijs aut similibus liquoribus tenuioribus consistēt, addi communiter album ouorum, vel gummi tragacanth. aut mucilago quædam viscida, vt eò diutius adhærescant: quod non est necessum, si ex succis conficiantur, quia hi per se satis adhærent.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula  
prescribens  
dñ

℞. Fol. plantag. solani, rubi Ana M j. sem.  
pap. albi Drach. j. ros. rubr. sumach Ana P j.  
Coq. s. art. Decoctum instilletur cum pauco album. oui, vel dissol. troch. q. s. alb. Bertald.

## Aliud detergens &amp; resoluens.

℞. Lap. calæ. ter vsti ac bis in aceto vini ex  
tincti ℞ j. myrrh. plumbi vsti ac loti Ana ℞ s.  
croci Or. gr. v. opij gr. ij. aris vsti ℞ iij. decocti  
fœnugr. Vnc. j. M. Heur. Aliud

## Aliud ad ophthalmiam.

℞. Fœnugr. Vnc. j. ℞. rad. alth. Vnc. ij. Mun-  
detur optime ab omni sorde, dein coquantur si-  
mul in q. s. aq. limpidissima, ad cōsumptionem  
duarum partium, coentur & exprimantur:  
adde aloës optime lota cum aq. viol. pulveris.  
℥ iij. Bulliant omnia simul ad mellis liquidi  
spissitudinem. I. A.

## Aliud.

℞. Siler. mont. herb. maior. euphras. fœnic,  
verbena, ruta, chelidon. Ana Drach. j. ℞. nuc.  
mosch. lig. aloës, spica nardi, piper. longi crasse  
triti Ana ℥ iij. t. u. h. præp. sarcocolla lacte mu-  
liebri nutrita Ana Drach. j. rad. caryophylla-  
te Drach. ℞. Macerentur in aq. rosarum Vnc.  
ij. ℞. fœnic. euphras. Ana Vnc. iij. ℞. vini albi o-  
dor. Vnc. iij. Stent per horas tres in infusione,  
postea ferueant vnâ atq. alterâ ebulliti-  
one & coentur cum expressione  
forti. Colat. detur ad vsu-  
m. Id.

B b 5

Aliud

## Aliud πολύχρηστον.

℞ Euphrag fœnic. ruta agrim. straziotis,  
 quing. folii. fl. albo. puleg. testic. canis. telephij,  
 anagallid. plantag. vtriusq. farf. heder. ter-  
 restr. polygonij, sôlani, beton. lilij syluestr. in-  
 tybi. verbenæ. absinth. Ana Mj. Omnibus cõ-  
 zuis vinum album vetus, meloptimum, vri-  
 na masculi nondum trimuli, hac singula aqua-  
 li mensura stannco vase herbis infundantur,  
 octiduum macerentur in cella, hinc B. maris  
 ter destillentur. Heur.

## Aliud.

℞ Succ. plantag. viol. depur. Ana Vnc. iij.  
 aq. pecul. ros. Vnc. ij. M. Rondel.

## Aliud discutiens.

℞ Sarcocollē nutrita Drach. iij. tuth. præp.  
 Drach. ij. mucilag. fœnuigr. extr. in aq. fœnic.  
 Vnc. ℞, aloës Drach. j. ℞. myrrh. omnino in  
 pulu. tenuiss. redactæ ℞, aq. fœnic. euphras.  
 Ana

Ana Vnc. ij. f. Collyr. BERTALD.

## Aliud anodynum.

☞ Troch. alb. cum opio Drach. j. lact. mulieb. puellam lactantis Vnc. j. S. M. Idem.

## Aliud.

☞ Lig. stillat. rosarum, fœnic. chelid. maj. euphrag. Ana Drach. j. vini opt. Drach. j. S. aloës Drach. j. pompholyg. lotæ Drach. j. S. sagap. Drach. j. sacchari Vnc. S. M. Fuchs.

## Collyrium Molle.

Collyrium melliforme, quod etiam humidis annumeravi, dupliciter fit, vel formâ linimenti siue vnguenti, vel cataplasmatis. Si linimenti; ejus materia bipartita: Excipienda scilicet, & Excipiens. Illa est pulvis quidâ in pollinem tenuissimū tritus ac læuigatus, ad Drach. j. ij. iij. vel plures. Hæc verò succus, mel, album oui, lac,

III.

Compositio  
collyriorū  
mollium.

lac, butyrum, oleum, syrupus, mucilago aut vnguentum quoddam conueniens: cuius quãtitas sit sufficiens ad informandum, dupla, tripla, aut maior ad excipiendam: interdum & additur cera.

Compositio verò collyrij formã cataplasmatidis, ex ipsa cataplasmatidis tractatione petenda.

IV.  
Formula  
Prescribē-  
di.

## PARADIGMATA.

Collyr. ad palpebrarũ dolo-  
rem & ruborem.

℞. Succ. fœnic. Vnc. iij. gummi tragac.  
Drach. ij. muccag. sem. cydon. Vnc. ℞. ros. rubr.  
Drach. ij. santal. om. Drach. j. cum pauca ce-  
ra F. Vng. Schyronius.

## Aliud.

℞. Succ. chelidonij, fœnugr. cent. min. Ana  
Vnc. j. mell. rosat. colat. sacch. candi Ana Vnc.  
f. Incorporentur simul ad formam linimenti.  
Rondel.

## Aliud.

## Aliud ad ægylopem.

℞ Plumb. pulueris. mastich. Sarcocoll.  
 Ana Drach. j. alum. corall. Ana Drach.  
 ℞. antim. ꝑj. succ. solani & cera q. s. M.  
 Cass. Baub.

## Aliud ad lacrymarum fluxum.

℞ Cort. thuris mastich. Ana Drach. j.  
 gum. tragac. sarcocolla, coralli Ana ꝑj. tuth.  
 prep. antim. boli Arm. sang. drac. Ana ꝑ℞.  
 cum Syr. cydon. q. s. M. Idem.

## A L I V D.

℞ Fell. perdic. vel leporis vel potius piscium  
 Ana Drach. ℞. succ. fœnic. Drach. j.  
 sacch. candi Drach. ij. cum Syr. ros. q. s. f.  
 Collyr. Heur.

## A L I V D.

℞ Collyrij virid. Drach. ij. auripig. mer-  
 cur.

eur. subl. Ana gr. iij. vng. Aegypt. Vnc. ʒ. di-  
alth. Vnc. j. M. Fuchs.

## Aliud forma Cataplasmatiss.

ʒ Fl. pap. cornuti, pap. albi Ana quart. part.  
Mj. fl. chamom. ros. Ana Vnc. j. fœnugr. Vnc.  
ʒ. f. decoctio, contundantur simul, addendo a-  
myli Drach. iij. croci Drach. j. F. Catapl. Pos-  
sunt addi vitelli ouorum Num. ij. Rondel.

## Aliud ad dolores Ophthal- micos.

ʒ Pulp. pomi dulc. sub ciner. cocti Vnc. iij.  
campb. ʒ ʒ. croci ʒ ʒ. aq. rosac. lact. mulier.  
Ana q. s. M. f. Catapl. Bruël.

## Collyrium Siccum.

III.  
Compositio  
collyrio-  
rum Sic-  
cornu

Collyria sicca & solida nonnunquam  
parantur formâ pulueris: atq; aut tenuis-  
simi, Alkool Arabibus dicti; aut crassio-  
ris.

Prior puluis non solùm fit ex vegetabili-  
bus, sed sæpius etiam ex rebus mineralibus  
& me-



& metallicis: hic etiam in oculos insufflari; crassior vetò linteò & serico includi, ac oculis tempore vsus imponi solet. Sed de his in vsu Collyriorum pluribus. Interdum verò puluis ophthalmicus excipitur liquore idoneo, & efformantur collyria ad similitudinem trochiscorum: vel eadem ipsa materia in turundas oblongas & pyramidales confingitur. Horum autem collyriorum componendi ratio facilis, si quæ in puluere & trochiscis diximus memoriâ repetantur.

## PARADIGMATA.

*IV.*  
 Ros. rubr. corall. rubr. nucl. dactyl. Formula  
 Ana Drach. ij. gum. tragac. torref. deinde presertim  
 loti cum aq. ros. Drach. j. sans. citr. ℥ij marg. di.  
 ℞. Redigantur in puluerem. Schyronius, ad  
 fistulam lachrymalem.

## Aliud formâ trochisc.

℞ Plumbi vsti, antim. tut. lotæ, eris vsti, gummi Arab. tragac. Ana Vnc. j. opij. Drach. B. f. om. puluis & cum aq. ros. troch. Rondel.

Vcl.

## Vel.

℞ Pampholyg. iutb. præp. sarcocoll. in  
lact. muliebr. nutrita Ana Drach. ℞. cerusse  
lota Drach. j. acac. lycij, hypocisth. gummi  
tragac. sem. pap. albi Ana Vnc. j. vel hujus  
loco, opij, ℞. Formentur troch. cum mucilag.  
gummi tragac. fact. in aq. rosarum. Vfus tem-  
pore misce hujus Drach. j. cum aq. ros. Vnc. ij.  
aq. album. ouorum Vnc. ij. F. collyr. Rondel.

v.  
Vtilitas.

Collyria calefaciunt, refrigerant, hume-  
stant, siccant, repellunt, adstringunt, dis-  
cutiunt, detergunt, dolores subleuant &c.  
Hinc quandoq; coecitatem, senumcaligi-  
nem, scotomian, nyctalopian, myopyjan,  
glaucoma, suffusionem, vngulam, albugi-  
nem, aut aliam quamcunq; visus ablatione,  
hallucinationem aut deprauationem iisdē  
corrigimus. Quandoq; oculorum & pal-  
pebrarum rubedines, rheumatismos, lippit-  
tudnes subacres, epiphoras, ophthalmias.  
humidas & siccas, lacrymas, phlyctenas,  
rumores, inustiones, contusiones & pro-  
lapsus reprimimus.

Aliquando pupillæ dilatationem aut ocu-  
lorum prominenciam constringimus, aut  
corum.

eorundem constrictionem ac angustationem dilatamus. Aliquando suggillationes, maculas, intumescencias oculorum discutimus. Nonnunquam carunculæ in oculo excrecentiam, hordeolum, grandinem delemus; nonnunquam verò palpebrarum & oculorum scabiem, pilorum casum, vulnera & vlcera & doloris quasuis molestias sanamus. In specie verò forma collyriorum fluida est ferè communissima, & ad omnes oculorum affectus quàm maximè accommodata. Quia olea, adipēs, & vnguenta pleraque, quæ ad collyria mollia adhibentur, oculis nocent, & glutinis instar nimis pertinaciter adhærent: sic etiam pulveres, quia ob asperitatem oculis sunt infensi, rariùs per se vsurpantur. Litus interim maximè in vsum vocantur, vbi detergendum & palpebrarum vitis occurrendum, quia hi contumaciùs hærent & certius vim imprimunt, quàm pure liquida. Applicantur quoque cum commodo, si collyria quædam ex iis, quæ vrendi vim habent, recipere debeant. Hæc enim vtiliter vnguentis, pinguedinibus, oleis uel lotis immiscentur. Sed talia non nisi palpebris & oculorum angulis affricantur, atque post ipsorum vsum vino, aq. rosac. vel simili liquore pars eluitur.

Cataplasmata ad discutiendum & dolores mitigandos maximè conueniunt. Pulueres autem ad detergendum suffusiones, vena prolapsum prohibendum, vlcera oculorum consolidanda & cicatrizanda inprimis sunt apti ac accommodati.

VI.  
Vfus.

Collyria variis modis ad vsum adhibentur. Fluidorum enim adhuc calentium aliquando fumus aut vapor in oculos referatis palpebris, per tubulum excipitur: vel iisdem calidis spongia imbuta oculi fouentur; vel lintei intincti oculis superponuntur, aliquando verò guttæ aliquot de collyrio fluido, in maiorem oculi canthum instillantur, aut in vitro accommodatè fabricato, quale Patauio huc mecum attuli, suprâ oculos alligato, continuò circumfertur. Collyria quæ linimenti seu vnguenti characterem exprimunt, illinuntur palpebris vel oculorû canthis cum penicillo. Cataplastica verò in linteolum extenduntur, & oculo laboranti imponuntur. Pulueres ophthalmici subtiles ad gr. ij. vel iv. insufflantur in oculum per calamum, deinde palpebra leuiter diuque fricatur. Crassiores verò includuntur sacculis, qui postmodum vel ita sicci oculis adhibentur, vel madentes, & prius liquor ali-

cui

cui congruo incocti. Quandoque sacculi intinguntur in liquorem, qui postea in oculos exprimitur. Trochisci denique & formę pyramidales ingruente vsu teruntur in cote, & in pollinem tenuissimum, affuso liquore idoneo, læuigantur, ac postea cum liquore, vel aliis mollibus excipiuntur, fingunturque collyria vel fluida, vel mollia.

Collyria quouis tempore & quotiescunque vsus exiget applicari possunt ac debent. Maximè autem manè & serè adhibenda, vacuo ventriculo, si præsertim calidè admoueantur, aut ex acribus & detergentibus constent, ne humorum noxiorum ad oculos fiat attractio.

### OBSERVATIONES.

*Palpebris & non ipsis oculis imponenda collyria vehementer acria.*

*Collyria quę opium recipiunt, non nisi maximã urgente necessitate adhibenda, quod oculi maximè ab eo ledantur.*

*Succi antiqui, & lac non recens mulctum, acria sunt & oculis noxia. Rondel.*

Cc 2

Collyr.

Collyria adstringentia aut repellentia, non nisi euacuato capite admoenda, alioquin metus erit, ne distenta oculorum vena ruptantur. Heurn.

## CAPVT II.

## De Errhinis.

I.  
Quid sint.  
Nomen.

**N**asalia, *ἑρρῖνα*, q. *ἑρρῖνα*, à naribus denominata, vulgò & Caputpurgia, quod excrementum cerebro meningibusq; circumfusum eliciant, vocantur.

Descriptio.

Sunt verò Errhina medicamenta externa, humida vel sicca, naribus immittenda.

II.  
Differentia.

Errhina dupliciter diuidi possunt; secundum consistentiam scilicet, & secundum facultates. Ratione consistentiæ: quædam sunt Humida, quædam Sicca & arida Humida, vel sunt substantiæ aqueæ & fluidæ, vel mollis instar vnguentorum aut ceratorum. Arida verò effinguntur aut in puluerem, aut in formam suppositorij, pessarij aut strepti: Et hæc quibusdam in specie Nasalia dicuntur. Ratione verò effectuum aut facultatum; aliud est purgans, quod excrementa è cerebro prolicet, atq; hoc vel citra

citra sternutationē, vel mediante sternutatione, & dicitur aliàs ptarmicum; aliud autem Alterans, quod ipsis narium affectibus medetur. Nos ab Errhinis liquidis incipiendo, ad sicca & solida progrediemur.

### *Errhinum Fluidum.*

Materiam Errhini fluidi statuo duplicē: III.  
 Vnam excipiendam, alteram excipientem. Compositio.  
 Illa vel est solida & arida, vel mollis. Solida, Materia excipienda  
 vt puluis aliquis cephalicus & cerebrum ab Qualitas.  
 excrementis liberans, si fieri debeat Errhinum purgans. Qui communiter paratur ex rad. ireos, pyreth, zingib, maior. beton. nigell. &c. quibus etiam iunguntur piper. elater. euphorb. & similia, si sternutationē concitare voluerimus; item sal, nitrum interdum, vt facultas cerebri velut stimulo exciteretur: imò si efficacius purgare debeat, adduntur & cathartica; vt, sēna, agar. turbit, elleb. sal gemmæ, hieræ picræ species. Si verò alterans concinnare libet, alij pulueres eligendi, affectui scilicet præsentī cōuenientes: v. g. in hæmorrhagia narium, ex thure, alū. vsto, chalcantio, bolo, sang. drac hypocisth. equiseti &c. In narium vlceribus siccandis & consolidandis ruth.

Cc 3 certiss.

ceruss. litharg. myrrh. cort. thuris & similibus. Huic pulveri interdum iungitur gr. vnum vel alterum moschi aut ambræ. Mollis verò est vel conserua quædam, extractum siue electuarium quoddam, vel alia confectio similis, purgans aut alterans, prout præsens rei status exposcit.

*Materia  
excipien-  
tis  
Qualitas.*

Sed tantum de materia excipienda. Excipiens autem aliquando est vniufmodi, aliquando Multiplex & ex diuersis constans. Assumuntur enim interdum tantum aq. stillatitiæ, vinum, aut alius liquor officinalis: interdum decoctum quoddam ex accommodatis paratum, more sæpius iam indicato, cui, in errhino cathartico, nonnunquam incoquantur purgantia, veluti fena, agar. turbith. &c. interdum infusum ex iisdem præparatum; interdum succi expressi, ex beta, anagallid. iride, cyclam. vel aliis; interdum mucilag. extractæ. Quandoque verò horum liquorum duo aut plures inter se miscentur: vt si, quod satis frequens, in decocto, aut infuso succi dissoluantur, vel mucilagines, aut alii liquores, veluti vinum, mel desp. vel rosat. colat. oxymel, aut syrupus quidam, aqua vitæ, vel simile quid.

Liquo-



Liquoris verò huius quantitas vniuersa  
 Vnc. j. ij. iij. aliquando ℥ss. æquiparat. Atq;  
 ea constat vel solummodò ex aquis stillat.  
 vel quodam decocto aut infuso, vel succis;  
 vel vni alicui ex prioribus tribus liquorib⁹,  
 veluti aquis destillatis, decocto aut infuso;  
 succi, syrupi, mucilag. vinum, lac, aq. vitæ,  
 aut alii liquores minori pondere v. g. ad  
 Vnc. ß. vnciã vnam, aut duas admiscetur.

Materia autem excipienda; vt pulueres,  
 etsi non quibusuis nec omnibus adiciantur  
 errhinis, ad ℥ß. Drach. j. vel vltra, si mi-  
 nus fuerint efficaces, pro liquoris Vnc. j. ad-  
 di possunt. Mollia item, quanquam rarius  
 in vsum veniant, à ℥j. ad Drach. ß. vel ij. ad  
 eandem liquoris quantitatem.

## PARADIGMATA.

Errhinum naribus obstructis  
 & odoratus facultate im-  
 peditâ adhibendum

℞. Fol. Maior. M. j. salu. M. ß. betæ Pj. sem.  
 nigell. Drach. ij. rad. jrid. ʒj. ß. Incisa & contu-  
 sa decoquantur in aq. s. q. transq. colum mit-  
 tantur: Colat. ℞. Vnc. viii. oxymel. simpl. mell.  
 ros. col. syr. viol. Ana Vnc. j. M. I. A.

Cc 4

Aliud

## Aliud purgans pituitam.

℞. Rad. pyrethri, jreos Ana vnc. j. puleg.  
 calamentib. orig. Ana Mj. agar. troch. Drach.  
 iij. fl. anth. stœch. Ana P. j. F. decoct. in lb̄ j.  
 dissolu. mell. anthos. scillit. An. vnc. iij. F. Ca-  
 putp. Rond.

## A L I V D.

℞. Aq. maior. Vnc. vii. viol. Vnc. iij. sem.  
 nigell. præp. contuse, sach. candi Ana ℥ij. stent  
 in infus. postea fiat express. cum colat. cui ad-  
 de succi bliti defacati Drach. vi. jrid. maior.  
 Ana Drach. iij. In usu os vino repletur. I. A.

## A L I V D.

℞. Succ. maior. betæ, brassica Ana Vnc. j.  
 Bulliant cum vini albi Vnc. ij. oxymel. scillit.  
 Vnc. ʒ. F. Errh. Heur.

Aliud ad vlcera purganda &  
consolidanda.

℞. Succ. plantag. solani, rosarum Ana Vnc.  
 iij. vini

*iiij. vini albi aut succi mali Punici, mellis Ana  
Vnc. j. M, F, Errh, Andern.*

## Aliud ad cephalēam & visum acuendum.

*℞. Succ. maior. Vnc. j. ol. amygd. amar.  
Drach. j. mastich. subtil. pulueris, vel castorij.  
ʒj. M. Heur.*

## Sternutatorium humidum.

*℞. Succ. bliti Vnc. j. succ. jrid. depur. aq.  
bord. Ana Vnc. j. sach. Drach. ij. M. I. A.*

## Errhinum molle.

Errhinum hoc vel fit formā linimenti seu  
vnguenti, vel electuarij: vtroq; modo; aut  
per simplicem mixtionem, aut accedente  
simul coctione. In formam vnguenti, &  
quidem citra coctionem efformatur errhi-  
num, si pulueres idonei cum oleo & cera,  
aut vnguento officinali, pinguedine aut a-  
lia re simili & oleaginosa excipiantur. Per  
coctionem verò paratur, si succus, vinum,  
aut alius aliquis liquor, cum oleis ad confi-

III.  
Compos  
tio.

Cc 5 sten-

ffentiam coquatur : Quibus postea vng. offic. butyrum, pinguedines, pulueres aut etiam cera, omnia debitâ quantitate, coniungi possunt. Ad electuarii autem consistentiam redigitur Errhinum : si vel solum pulueres liquore congruente, velut; succo, melle, syrupo aut simili excipiantur. Possunt tamen & quædam ex mollibus, vt cõferuis, aut similibus, si vsus requirat, addi.

Vel si succi aut per se, aut cum melle, siue saccharo, siue syrupo ad consistentiam debitam coquantur: quibus etiam confectio- nes molles, aut pulueres pondere accom- modato commisceri possunt. Sed horum prolixior enodatio propriis capitibus, id est, electuarii & vnguenti, perquirenda.

## PARADIGMATA.

**IV.**  
Formula  
prescri-  
bendi.

*R. Succ. cucum. agr. vel mercur. vel cy-  
clam. Vnc. ij. vini exiguum. mellis q. s. F. leuis  
coctio ad spissitudinem. Heurn.*

### Aliud pituit. purgans.

*R. Succ. beta vel mercur. Vnc. ij. agar.  
troch.*

troch. Drach. ij. vini parum F. decoctum; in  
colat. dissolu. mell. q. s. ad inspissationem.  
Rondel.

## Aliud ad hæmorrhagiam.

℞. Sang. drac. bol. Arm. pulueris. Ana  
Drach. j. lanug. salic. pilor. lepor. minut. concis.  
Ana P. β. Simul omnia album. oui excipiantur  
& naribus indantur. Casp. Bauh.

## A L I V D.

℞. Rad. cucum. sylu. ℥j. nigell. piper. albi,  
myrrh. Ana ℥ij. Tritis & contusis addatur  
olei de piper. q. s. VVECKERVS.

## A L I V D.

℞. Succ. ros. Vnc. β. diagyrij Drach. j. mel-  
lis parum. M. Si nimium liquida sunt, adde  
ad inspissationem far. lupinorum, hordei, aut  
orobi parum M. Rondel.

Errbi-

*Errhina solida.*

III.  
Composi  
tio.

Diximus Errhina, quæ sunt substantiæ aridæ ac solidæ, alia ad formam pulueris redigi, & hæc quibusdam Practicis particulariter Ptarmica vocantur. Cum autem horum componendi ratio sit facilis, sufficiat inferius exemplum vnum vel alterum apposuisse. Alia verò ad formam tentæ seu suppositorij elaborantur, horum igitur quæ sit materia, paucis aperiamus. Est autem ea nonnunquam simplex, nonnunquam verò composita. Simplex, quando radix cyclam. zingib. fibra elleb. albi, vel aliud vegetabile durum & accommodatum, in oblongæ turundæ speciem præcisum, naribus loco errhini inseritur. Atque hæc etiam, ad maiorem operationem, aquâ vitæ, aceto aut liquore ptarmico, ante vsum macerariac iterum exsiccari possunt. Composita verò constat ex materia excipienda, & excipiente. Illa est puluis aliquis, ad Drach. ß. j. ij. aut plures assumptus. Hæc verò etiam diuiditur in simplicem; veluti est mel, terebinth. resina, cera, mucilago quædam, aut aqua stillat. vel simile quid: & compositam, quando ex modò enumeratis plura sumuntur, aut simul adipes, axungia

ungia, et alia adduntur. Atque materiae huius exsiccantis quantitas non definitur. Debet autem esse sufficiens ad incorporandum puluerem.

## PARADIGMATA.

### Sternutatorium.

℞. Maior. nigell. caryophyll. zingib. eu-  
phorb. Ana ℥j. acori, pyrethri, cyclam. Ana  
℥ss. M. Henr. iv.  
Formula  
prescribenda.

### Aliud.

℞. Cubeb. nuc. musc. rad. jrid. Ana Drach.  
℞. pyreth. ℥j. elleb. alb. ℥ss. pip. albi, acori  
Ana Drach. j. M. VVECKERVS.

### Aliud.

℞. Sem. nigell. Drach. j. ℞. sesel. cubeb.  
Ana ℥ij styrac. calam. Drach. ℞. benioni ℥j.  
gr. ij. Tusa misceantur & ligentur in sindone  
forma rotunda pro nod. odorato. A.I.

### Puluis contra hæmorrh nar.

℞. Bol. gyps. Ana Drach. j. chalcanti bi &  
alumi.

alum. vst. Ana Drach. ℞. M. F. pulv. nar.  
in sufflandus. Plat.

## Alius ad vlcera narium.

℞. Alum. sicci Drach. ꝑ℞. myrrh. Drach.  
j. malicorij, rhois, sal. fossit. croci, thuris Ana  
Drach. ℞. Fuchs.

## Nasale.

℞. Castor. pulp. coloquinthid. piper. albi  
Ana Drach. j. nigell. caryophyll. nuc. mosch.  
Ana Drach. ℞. subtiliter tundantur & cum  
terebinth. & modico cere excipiantur, & F.  
Errh. quod pyramidis formam referat. Se-  
raph.

## Aliud.

℞. Maior. salu. Ana ꝑ℞. nigell. ꝑ℞. elleb.  
nigr. castor. Ana gr. v. butyri, vitell. oui assa-  
ti, cere Ana Drach. ij. M. & F. pasta. Mer-  
cur.

## Aliud.

℞. Herb. menth. sicca, puleg. euphras. ver-  
ben.



ben. sem. coriandr. prep. sem. gallicrichi Ana  
 Drach. j. fl. anth. Drach. j. β. calam. arom. cirā.  
 Ana Drach. ij. caryoph. Drach. j. β. moschi. gal-  
 tie Ana gr. vi. melle anacard. styr. calam. Ana  
 Drach. β. Trita cum aq. foenic. referuntur in  
 pessulos nucleorum palmule amulos. A. I.

## Aliud

℞. Sinapi gr. v. pyreth. piper. alb. Ana ℥β.  
 lad. cera Ana Drach. j. β. F. Sireptum. Heur.

Caputpurgia profunt maximè in affecti-  
 bus capitis à cerebri illuue originem tra-  
 hentibus. Pituitam enim & mucum cras-  
 sum aut etiam alios humores quosuis cir-  
 cā meninges & priores cerebri ventricu-  
 los fluitantes eliciunt. Non autè eos qui in  
 ipsis cerebri ventriculis hærent, hinc quip-  
 pè nulla in nares excurrit via. Ob id capi-  
 tis dolores, grauedines, sensus obtusos,  
 vertiginem, spasmus, epilepsiam, cōuul-  
 sionem cynicam, tremorem, stuporem &  
 soporosos affectus curant. Narium etiam  
 obstructions & odoratus difficultatè tol-  
 lunt. Ptarmica eundem etiam vsum præ-  
 stant, nisi quod ipsis maior vis insit propter  
 corporis successionem. Ex posteriore e-  
 nim capitis quoq; parte & faucibus valde  
 reuel-

℞.  
 Vtilitas.

reuellunt. Maximè autem celebrantur ad eos, qui comate, caro, catalepsi, lethargolaborant excitandos, ad paroxysmos epilepticos, & apoplecticos abbreviandos, ad mulieres ex vteri strangulatu decedentes, reuocandas. Auribus quoque si quæ inciderunt excutiunt, singultum molestantem cessare faciunt, exclusionem foetus & secundinarum promouent. Errhina verò alterantia narium affectibus priuatis operantur, quales sunt earundem obstructio, sarcoma, polypus, vulnera, vlcera, ozæna, foetor, hæmorrhagia & similes alij. Errhina purgantia sobriè caueri debent in iis, qui ex oculis laborant, propter viciniam narium & oculorum, & quibus suffusionis aut cæcitatæ metus imminet; item qui narium exulcerationibus obnoxij sunt; quia humor peccans per locum affectum non est deriuandus: vel quibus à lue Gallicæ caput dolet; nam his nasus in periculum trahetur. Sunt tamen qui Errhina in oculorum hebetudinibus & morbo arquato, cum oculi bilioso colore & humore sunt infecti, commendent. Conueniunt etiam Errhina hæc morbis potius frigidis, quam calidis. Quia calidorum morborum causæ magis commodis possunt abigi remediis: adde, quod caput purgia plerumque ex calidis

lidis & acribus constent, unde hosce affectus de facili irritare & exacerbare possent. Sternutamenta quoque in succis crudis capite, thorace vel pulmone conceptis minùs conferunt. Partes enim illas vehementer quatiant ac turbant, quę moderatè calefieri & quiescere, vt coquantur succi, flagrant: alioquin magis implentur, nec conceptas succos concoquunt. Verùm vbi iam cocti fuerint, vsui esse possunt. Videmus enim grauèdines acui incoctas à sternutamentis, at declinante morbo dissolui. Ptarmica etiam in pulmonis morbis & herniosis admodum sunt periculosa. Et quia indomita est potentia ptarmicis, præstat simplicioribus vti. In catarrhis abstinendum ab errhinis liquantibus, sed solùm siccantibus vtendum. Nam & irritatur expultrix his, vt in dysenteria. Materia etiam errhinũ non sit veneno contaminata, ne fæda naso vlcera immittantur.

Videamus iam etiã quo modo, qua quãtitate & mensura, ac deniq; quo tẽpore errhina in vsũ vocari debent. Antequam ergò sternutatoria errhina adhibeantur, nares priùs frictione irritari & concalefieri possunt: quod in reliquis obseruare necessum non est. Et quidem si liquido

D d

vta-

V l.  
V sm.

vtamur errhino, ipsum tepidum, vel etiam frigidum, ex vola manus in nares factu absorbetur, aut per instrumentum conueniens infunditur, capite postmodum retrorsum flexo, vt ad superiora & interiora narium liquor pertingat: idem verò si fuerit effluxum; caput prouum habeatur, vt excrementum cerebro meningibusque circumfusum promptius illabatur in nares. Atque hæc errhina, si ex acrioribus aut erodentibus consistant, interim dum vsurpantur, os aquâ, lacte, vino, aut alio liquore, repletum teneri debet; ne humores attracti, per amplum palati foramen, ori & naribus commune, disfluant in fauces, & postmodum oris partes exulcerent, aut stomachum intestinaue deglutiti lædant. Possunt etiam in errhina liquida intrungi lintea, atq; ea ipsa postea naribus intrudi. Errhinum molle cum digito, pennâ, aut turundâ è linteo paratâ naribus illinatur. Nasalia oleo irino, de costo, spicâ, aut simili imbuta naribus intruduntur: aut panno vel serico inuoluuntur ac filo alligantur, vt, quando opus, rursus extrahi queant. In hisce notandum, ea nunquam debere implere nasum totum, ne scilicet, quum ducetur spiritus, eorum vaporem ac vim

ac vim minus secum in cerebrum deducere possit. Pulveres verò per calamum insufflentur in nares, vel ex vola manus, aut pyxide alioùe vase inspirando attrahantur, aut tentâ excepti naribus immittantur. Si autem constent ex vehementioribus ptarmicis, pyxidi inclusi, ante nares saltem commoueri debent hinc inde: aut nodulo ex linteo raro vel serico includi, naribusque sæpius admoueri. Post usum sternutatoriorum facies ad solis iubar, aut ignem mansuetum obuertatur. Si dolore & mordicatione, ob acria & erodentia errhina, nares tententur, lacte, ol. violaceo, rosac. vel unguento rosac. albo Rhâsis, aut aqua plantag. rosarum, similiùe liquore eluantur.

Errhina autem liquida sufficit ad Vnc.ß. plus minus, infudissè. Mollia ad ʒß. vel circiter. Pulveres verò ptarmici ad grana aliquot immittuntur.

Errhina denique quæuis tum sicca, tum liquida, purgato prius corpore, & vniuersalibus præmissis adhiberi debent. Speciatim verò quæ caput purgant aut sternutationem mouent duabus ante prandium vel cœnam horis vsurpanda: atque per biduum, triduum, aut quatrimum.

Reliqua autem quando visum fuerit, & vscue ad affectus plenariam curationē. Eam ob causam non rarò ante ingressum lecti turunda nari affectæ infigitur.

## CAPVT III.

*De Suffimentis.*

Quoniam eadem ferè in Suffimenta quæ Odoramenta recipiantur; differunt tamen sæpè hæc duo, non solum formâ externâ inter se, sed & vtendi modo. Siquidem hæc sine igne, illa verò non sine ignis vi odorem suum fundant.

*γ.*  
*Quid sint.* Nos autem prius historiam Suffituum absoluemus, & post ad Odoramenta etiam accedemus.

*Nomen.* Suffimenta, Nostris aliquando quoque Suffitus. Suffitiones, Euaporationes dicuntur: Græcis autem θυμιάματα q. θυμῶ ἰάματα, Animi medicamenta. Quoniam Suffitus latius aliquantum pateat. Nam à Medicis aliquando etiam è rebus, quæ terti sunt odoris, suffitus paratur; at thymiamata semper de odoris bonitate intelligenda sunt. *κῶπ*, verò in specie significat thymiamatis

matis seu suffimenti genus Aegyptijs sacerdotibus vsitatum, vnde & *isqalixor* vocatur à Galeno, lib. 8. secund. loc. c. 5. & 7.

Suffimentum igitur est remedium ex-  
ternum, humidum vel siccum, quod accedente igne de se spirat auram vaporemue ad varios vsus accommodatum.

Suffitus diuiditur in Humidum & Sic-  
cum.

### *Humidus.*

Humidus suffitus aliquando ex sola materia fluida constat; vt aqua rosarum, vel alia; vino, aceti quodam genere, decocto, aut alio liquore simili: aliquando verò huic liquori additur etiam puluis aliquis idoneus, & præsentia affectui accommodatus; siue is iam odorem spiret gratum siue ingratum, modò morbo congruat.

Liquoris sint Vnc. ij. iij. iv. vel plures: aut si affundendus is pulueribus, id fiat ad pulueres quâtitate tripla, quadrupla, octupla, pro libitu. Pulueris sint Drach. ij. iij. Vnc. ß. plus minus.

## PARADIGMATA.

*Rz. Ros. viol. fol. salic. Ana Vnc. j. santal. Ratio præ-*  
*Vnc. scribendi.*

D d 3

IV.

*Vnc. scribendi.*

*Vnc. B. A. nymph. Vnc. iij. cort. papau. Drach. vii.* Ponantur in ampulla vitrea cum aqua rosarum, & bulliant ad consumptionem tertie partis, orificio bene obturato. *Vsus* tempore eodem aperto trahat odorem. *A. I.*

### Alius in peste.

*R. Pulu. viol. odor. Vnc. B. troch. de benzoe Drach. j. campb. gr. ij.* Indantur vasculo enco, ac affusa aq. rosarum, supra prunas in cubili tenuiter bulliant. *Minder.*

### Siccus.

*II.*  
*Compositio.*

Suffitus autem siccus triplici paratur ideâ: vel Pulueris, vel Trochiscorum aut Orbiculorum, vel Candelarum, quas vulgò auiculas Cyprias q. *κίπριος*, aut veneris vocant.

*Puluis*

Si formâ pulueris fiat, eius componendi ratio facilis. Assumuntur enim medicamenta cuiuscunq; generis, siue sint è vegetabilium genere, siue mineralium numero, siue animalium partibus mutuata, & ad puluerem rediguntur: quibus vtr plurimum com-



compositiones officinales, quales sunt species aut pulueres, trochisci & tabellæ apud pharmacopolas asseruatæ iunguntur. Atque huius pulueris paratur quantitas maior minorue; prout in vsum magis aut minus diuturnum sufficere debet.

In trochiscos verò seu orbiculos, si suffitus materiam concinnare volueris: accipiendus idem puluis, tanquam materia excipienda: atque is informandus ac cogendus gummi alicuius, Arab. tragac. v. g. vel alterius, liquati mucilagine; vel huius loco, resinæ, terebinth. aut picis quantitate sufficienti. Quemadmodum supra in trochiscis demonstratum.

Candelæ autem pro suffitu fabricantur etiam ex duplici materia: Excipiendâ scilicet & Excipiente. Excipienda est bipartita. Alia enim additur propter odorem, alia verò propter colorem. Propter odorem; vt varij pulueres simplices, aut compositi, plerumque tamen, odoris grati. Quia hæ candelæ ferè accenduntur, vt suauis halitus spiritus reficiant, & aëris foetorem aut malignitatem corrigant. Propter colorem autem communiter addi solent carbones salicis vel tiliæ puluerificati.

Dd 4 . Excipi

Excipiens materia ferè semper est mucilago tragac. aut gummi Arab. cum aq. rosarum, vel aliâ extracta: cui non rarò & alia quædam, vt ladanum, styrax liquida, terebinth. aut aliæ resinæ seu lacrymæ iunguntur. Nonnunquam candelarum pulueres, loco mucilaginis, cum cera subiguntur.

Puluis assumendus eâ quantitate, quâ lubet, cui carbones dosi paulò minori addantur: v. g. Si pulueris sit Vnc. j. carbones ad Drach. vi. vel circiter, admisceantur. Materiæ autem excipientis, vt mucilaginis vel ceræ pondus non determinatur. Interdum tamen ladani, styracis aut terebinth. quæ etiam materiæ excipientis partes sustinere diximus, certa quantitas assignatur Drach. ij. v. g. Vnc. ß. aut integra. Sed tum nihilominus mucilago gummi quantitate quæ par est addi solet.

## PARADIGMATA.

## Puluis pro suffitu ad catarros.

IV.  
Formula  
prescri-  
bendi.

℞. Coriand. ros. gum. hedev. torref. Ana  
Vnc. j. nigell. torref. cum aceto Vnc. ß. mastich.  
thuris,

*thuris, cort. thuris Ana Drach. iij. gummi juniperi Vnc. ij. F. pulu. Pro suffitu regumetorum capitis. Bert.*

## Alius odoratus & cerebrum corroborans.

*℞. Pastill. gall. mosch. Vnc. j. Salu. maior. rorismar. Ana Drach. jß. maceris Drach. j. caryophyll. cinam. Ana Drach. jß. fol. lauri Drach. ß. lig. aloës ℥ij. moschi gr. iiii. M. Fuch.*

## Alius in peste.

*℞. Benzoin seu aß. odor. styrac calam. Ana Vnc. ß. olib. albi Drach. ij. mastich. laud. mundiff. succ. albi Ana Drach. ß. lig. aloës ℥iiij. M. F. pulu. Minder.*

## Trochisci de Benzoi.

*℞. Benzoi Vnc. vi. lig. aloës opt. Vnc. viii. styrac. calam. Vnc. ij. moschi Drach. ß. jreos Vnc. ij. Sach. candi ℥iiij. Puluerisatis omnibus F. troch. cum aq. ros. August.*

Dd 5

Alj

## Alij ad asthma.

℞. *Styrac. mastich. terebinth. arsen. rubr.*  
*Ana ℥iij. Incorporentur cum vitello oui, de-*  
*inde cum hoc medicamento fr. stula ligni*  
*juniperini illinantur, post exsiccentur. His fit*  
*suffitus pro asthmaticis. A. I.*

## Alij ad hæmorrhoides.

℞. *Lad. el. Drach. iij. thuris opt. Drach.*  
*ij. sandarace Vnc. j. bdellij Drach. iij. cum*  
*mucilag. trag. F. troch. Idem.*

## Alij ad luem veneream.

℞. *Cinnabar. Vnc. j. thuris, mastich. Ana*  
*Vnc. jß. F. pulu. excipiatur resina terebinth.*  
*aut infus. gum. trag. q. s. M. F. troch. Plat.*

## Candelæ pro suffitu.

℞. *Carbon. salic. Vnc. iij. styrac. calam. Vnc.*  
*ij. belzoini Vnc. j. caryophyll. pulueris. Vnc. ß.*  
*Incorporentur cum gum. tragac. singantur q.*  
*tede vel aunc. ad animi defectiones. Bertald.*

Aliæ

## Alia cōtra venena &amp; pestem.

℞. *Ladani Vnc. iij. styrac. calam. Drach. x. asse dulc. Drach. vi. thuris Vnc. jß. stoechad. Vnc. ij. ros. rubr. caryophyll. Ana Vnc. iij. cort. mali citri, santal. citr. Ana Drach. ij. gran. iunip. Vnc. ß. ambre. moschi Ana ßß. carbonū tilia ßß. Hec omnia cum gum. tragac. & ag. rosac. tepida mixta, pilā terantur, & in massam redigantur, & inde candelæ fingantur.*  
*Ranzonius.*

Suffimenta nonnunquam propter voluptatem, sæpius verò propter sanitatem parantur. Quædam enim dore grato spiritus recreant, cerebrum corroborant, eiusdem humiditates & catarrhos absumunt, comatosos, lethargicos, aut epilepticos excitant; quædam oris, aurium & narium obstructions, humiditates dolores ac ulcerationes exiccāt ac tollunt: itē pulmones mollitie flaccescētes pristino restitunt robori, vlceros consolidant, asthmatis, tussis veteris, empyematis materiā exhauriunt. Alia aerē malignitate & venenositate corruptū odore emēdant, cordi robur addunt, illudq; a venēi labe tuentur. Deniq; etiā nō rarò parantur ad affect⁹ vteri in primis frigidos, menses mouendos, partus & secandi-

V.  
*Utilitas.*

UNIVERSITÄT

secundinas expellendas, conceptionem iuuandam, vteri suffocationem aut eiusdem procidentiam corrigendam; nec non ad hæmorrhoides referandas, ani prolapsum sanandum: Et postremò quoque ad morbi Hispanici, articulorum dolores, & cruciatus nocturnos mitigandos.

VI.  
V. 300.

Suffitus humidus vasculo exceptus conuenienti, super prunas leniter bulliat, vt in de vapor exurgens ad nares pertingat. Vel eo calente imbuetur spongia aut linteum, quod postmodum naribus admoueat. Aut denique liquor bulliens super prunas, ignitosue lapides, aut candentes & ferreas laminas effundatur. Puluis autem inspergendus carbonibus ignitis, vt fumum auramue corporis affectibus salutarem de se spiret. Idem & cum trochiscis fieri debet. Candelæ verò seu auiculæ veneris accendantur, vt iucundi odoris blandimento cor resciant. Diuersis quinetiam partibus excipiuntur suffitus, prout variæ laborauerint. Ad affectus enim vteri, & ani in sella perforata, per infundibulum in partem affectam deriuantur, vestibis interim circumseptâ ægrâ. Per fistulam verò tubumue, ore patulo excipiuntur, in passionibus pectoris & palati. Per idem etiam instru-

mentum

mentum in aures immittuntur. In pathematis capitis, aut doloribus iuncturarum suffiuntur tegumenta, aut ipsi artus. In lue venerea, aut aliis similibus cutis scditatibus stuphæ æger includitur, capite foras exerto, & prunis insertis iniiciuntur suffimenta.

Suffitiones si expectantur saltem ob odoris gratiam, aut rectificandam aërem, quouis tempore hypocauftum, cubiculum, vel vestes suffiri possunt. In animi verò deliquis, vteri suffocatione, aut aliis affectibus vrgentibus, quando cunque periculum imminet, eadem adhibendæ. Ad reliquos autem morbos quoscunq; , quo tempore, quotûe vicibus vsurpandi suffitus, ipsæ morborum circumstantiæ quemlibet edocere poterunt.

## OBSERVATIONES.

*In iis, qui capitis dolori sunt obnoxij, vitandi suffitus; quia teste Hippocrate, gravitatem faciunt capitis, eò quod in cerebrum multos mittant vapores, idq; imbecille feriant.* 5. Aphor. 28.

*Vbi destillatio decumbit in pulmones, & sputa inde sequuntur, non est accipiendus suffi-*

suffitus per os; quoniam nimis constringit anhelitum, & impedit expuitionem increfando humores. Sed debent tantum suffiri tegumenta capitis, vel lana qua capiti superponantur. Gor.

Abstinendum etiam à suffitibus in siccis thoracis morbis, & iis, qui sanguinis sputo sunt obnoxij, quod hi calore & tenuitate venarum ora aperiant. Eandem ob rationem summa cautione cauendum, ne suffimenta subdantur mulieribus, quibus leui de causa sanguis ab utero erumpit, aut que ingrauidate sunt. Conceptum enim semen, aut venarum ora reserando, aut exsiccando, corrumpere. Ob id etiam non nimis crebro suffitionibus ad uteri vitia utendum, quia tenerissima eius acetabula siccitate facile arefcunt; hinc mulieres infecunda sunt.

## CAPVT IV.

### De Odoramentis.

I. *Quid sint.* **O**doramenta sunt remedia externa humida aut sicca, quæ suo odore citra ignis accessionem, variis inferuiunt vlibus.

Variam



Variam autem odora-<sup>17.</sup>menta inter se ha-<sup>Differen-</sup>bent consistentiã. Alia enim Humida sunt; <sup>tia.</sup> eaq; vel fluida instar aquæ, vel mollia, in-  
star linimenti seu vnguenti: alia verò Sicca;  
atque substantiæ vel dissipatæ, vt pulueres  
odorati; vel cohærentis; vt, Poma ambræ, &  
Sapones redolentes. Primum autem horũ  
agminis locum sortiantur fluida.

### *Odoramenta fluida.*

Odoramentum fluidum est aut aqua de-<sup>III.</sup>stillata simplex odorata; vt, rosarum, la-<sup>Composi-</sup>uand. &c. vel aceti quædam species; vt, de <sup>tio.</sup>rubo idæo: aut ex pluribus horum compo-  
sita: aut aqua quædam artificialis, ex rebus  
variis, & benè vel malè olentibus destillata.  
Interdum hæc & pulueres odorati addun-  
tur. Liquidorum copiam siue mensuram  
vsus definit: quorum vnciæ vni, pulueris  
circiter Drach. j. admisceri potest.

## PARADIGMATA.

℞. *Aq. citrang. naphæ Ana Vnc. j.ß. angel. i v.*  
*Drach. iij. sant. rubr. citr. Ana Drach. j. mo- Ratio præ-*  
*schi gr. v. aceti, vel vini opt. Vnc. ß. M. Ma- scribendi.*  
*dens*

dens hoc liquore spongiola vel lintecolum super  
apponatur naribus pestis tempore. Varand.

## Alia.

℞. *Menth. nobilis, maior. salu. rorismar.*  
*lauend. cyperi Ana Mj. rad. jreos Vnc. j.*  
*caryophyll. cinam. nuc. mosch. Ana Drach. ij.*  
*limonum duo: Macerentur cuncta in aq. ro-*  
*sarum spacio hor. 24. Destillentur B. hinc adde*  
*moschj ℞. Heurn.*

## Odoramenta mollia.

### III. Composi- tio.

Odoramentum molle, quod scilicet in-  
ter fluidum ac solidum consistentiæ est  
mediæ, duplici modo conficitur: vel for-  
mâ Vnguenti, vel Balsami. Si priori modo,  
eius materia duplex; Informanda, & In-  
formans.

### Odora- menta mollia for- ma & n- guenti.

Illâ vel est arida; vt, puluis aliquis sim-  
plex, aut compositus: vel mollis; vt, butyrû,  
adeps, pinguedo, vnguentum aliquod offi-  
cinale: vel fluida; vt, oleum aliquod destil-  
latum inprimis, aliud ué odore excel-  
lens. Informans verò, et si non semper ne-  
cessa-

essariò addatur, si nempe reliqua consistentiam vnguenti habeant idoneam, est cera alba vel flaua, lota siue non lota. Hæc verò omnia, quam inter se proportionem & analogiam obseruare debeant, ex compositione vnguentorum addisci potest.

Balsami verò formâ odoramentum si inuestire placet, eius materia itidem bipartita: alia excipienda, alia verò excipiens. Priorem constituunt vt plurimum olea destillata & odore flagrantia, atque vel simplicia, qualia sunt cinam. caryophyll. nuc. mosch. rorismar. lauend. cort. citri, succini &c. Vel composita, ex rebus similibus odore præstantibus per destillationem elicitâ.

*Odora-  
menta  
mollia for-  
ma balsa-  
mi.*

Nonnunquam hisce adduntur & pulueres redolentes.

Excipiens autem materia est cera sæpius liquata & lota, aut interdum manna.

Oleorum quantitas sit maior minorûe pro copia balsami paranda. Pulueres si libet immiscere, id fiat ad grana aliquot, pro oleorum singulis drachmis. Cera verò aut manna eâ accipiatur quantitate, vt omnia inter se vnita, ad massam balsamo conuenientem deueniant.

Ec PARA-

## PARADIGMATA.

IV  
Formu'a.℞. Mosch. ambr. Zibett. Ana Gr. iij. ol.  
amygd. dulc. q. s. M. F. liniment. VVECK.

## Vel.

℞. ol. nuc. mosch. expr. Drach. j. Zibett. opt.  
ʒj. mosch. el. Gr. vi. ol. spica, lauend. Ana gutt.  
ij. vel iij. F. Vng. Andern.

## Balsamus ad pestem.

℞. ol. caryophyll. ol. sem. vel rad. angel. de-  
still. Ana gutt. vi. cera alba parum: addendo  
paululum moschi. Inungatur vena pulsantes.  
Pläterus.

## Odoramenta solida.

## Puluis.

II.  
Composi-  
tio.Cum supra iam ex quibus qualibuscumque  
pulueres componantur docuerimus; suf-  
ficiat hic vnum vel alterum puluerem co-  
positum exempli loco apposuisse.

PARA

## PARADIGMATA.

℞. Cubeb. Drach. ℞. caryophyll. ℥j. nigell. *IV.*  
 roſta Drach. j℞. maceris ℥ij. Contuſa & trita *Formula.*  
 diligenter ſerico indantur ad odorandum  
 Fuchs.

Alius violarum odoratus  
 dictus.

℞. Irid. Flor. Vnc. vi. roſ. rubr. Vnc. iiij, cy-  
 peri Drach. ℞. maior. caryophyll. ſtyrac. Ana  
 Vnc. j. benzoi, ſant. citr. Ana Vnc. ℞. viol.  
 Drach. ij. moſch. Drach. j. M. F. pulu. Ph.  
 Aug.

Alius in peſte vſurpandus.

℞. Rad. angel. Vnc. ℞. rad. ireos Drach. ij.  
 ſem. coriand. lig. iuniper. Ana Drach. jſtyrac.  
 benzoi. Ana Drach. ij. F. pulu. addendo moſch.  
 vel ambram ſi velis. Plat.

Pomum Ambrae.

Pila odorata, à forma: vel pomū ambrae *II.*  
 E e a quod *Compoſi-  
 ſio.*

*Materia  
excipienda  
Qualitas  
Et Quantitas.*

quod communiter ambram recipiat dictū duplicem habet materiam: Vnam excipientem seu Informandam, alteram verò excipientem seu informantem. Illa rursū est bipartita. Sicca scilicet & arida; vt, puluis aliquis suauis vt plurimum odore præditus, vel alius præfenti statui appropriatus. Cuius copia Vnc. ij. amplissima videtur, vncia vna ferè sufficit aut etiam Vnc. β. Huic pulueri sæpissimè ambarum, moschus, Zibethum ad ℥β. vel circiter adduntur. Aut fluida; vt, oleum aliquod stillatitium cinam. caryophyll. rosismar. &c. ad guttas aliquot affusum. Sed præstat hæc, reliquā materiam subacta, demum superficiē pile illiniam quibus etiam commode ambra, moschus & zibethum dissoluuntur ac simul, vt postmonemus, superlinuntur.

*Materia  
excipien  
tis  
Qualitas  
Et Quantitas.*

Excipiens autem materia, & in vnam cuncta conuoluens massam, est ladanum purum, gummi tragac. vel Arab. madefactū aqua rosarum, vel alia, aut aceto: quibus & terebinthinæ momentum, vt tenaciū singula combinentur, adiici potest. Ladani verò aut alterius gummi, ea sit quantitas, quæ puluerem omnem absorbere possit.

Suadent quidam, vt eò maior in pomo grati fragroris emicet potentia, postquam pul-

pulis cum mucilagine fuerit exceptus, & ad globi figuram redactus, eius circumferentiam debere inungi ol. cinam. caryophyll. nuc. myrist. vel alio, pro rei necessitate, vel cuiusque peculiaris voluntate. Ut enim varieg hominum facies sunt, ita ferè nihil commune habet cum alio cuiusque suauissimi odoris iudicium. Potest etiam in oleis hisce moschus, ambra & zibethum dissolui, atque subindè pomi circumferentia recentari.

Admonet etiam Heurnius satius esse, poma ambrae sine gummi, sed ladano saltem soluto, ne indurescant, fabricari: & sine foramine, vt sæpè materia verti possit. Nec ita quoque superficies squalorem aut calum ducet, odorum viribus inuium.

Cum poma odorata cathartica minùs sint vsitata, eorum compositionem silentio inuoluere maluimus; inferius tamen descriptionem talis pomi reperies, ad cuius normam, & alia, si lubet, parare poteris.

Ec 3 PARA-

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula  
prescribē-  
di.

℞. Pulu. viol. Drach. jss rosar. maior. styrac. calam. ladani Ana Drach. j. caryophyll. Drach. ij. benzoini. nuc. mosch. Ana ℥j. ambræ ℥ss. F. mass. ex aq. ros. in qua maduerit tragac. & gummi Arab. Hac momento ol. cinam. vel caryophyll. vel nuc. mosch. imbuetur. *Andern.*

## Aliud.

℞. Styrac. calam. assæ dulc. Ana Vnc. j. Ladani, masticis Ana Vnc. ss caryophyll. xyloaloes sant. citr. Ana Drach. j. sem. nigell. Drach. ij. cū modico res. terebinth. v̄eta F. pila odorifera qua aromatizetur mosch. ambr. dissolutorum ex oleo caryophyll. Ana gr. vi. Ranzou.

## Aliud catharticum.

℞. Lig. aloës & myrrh. Ana Drach. iij. pulu. colocynth. & scammon. Ana Drach. j. pulu. elleb. & cortic. esula Ana Drach. ss. Excipiantur gummi tragac. aq. vel decoct. coriandri dissol. concinentur duo poma, qua diu manibus tractentur & naribus sepè apponantur. *Varand. Similem ferè descriptionem habet etiam Eumanellus.*

Sapo



*Sapo odoratus.*

Smegma odoratum duplex constituit materia: Vna Incorporanda, Altera Incorporans. Incorporanda non est vniufmodi. Alia enim est cōmunis, quæ scilicet ad quēuis saponem odoratum assumitur, veluti est sapo venetus, vel alius albus, qui ex veruecis adipe, calce & sale fieri solet; alia verò Specialis, quæ pro re nata, & Medici cuiusque solertia, adijci imperatur: veluti est puluis ex simplicibus odoris vel aliis, ad præfens negotium accommodatis; compositus. Prout iam magnam vel paruam smegmatis copiam parare volueris, pro eo etiam horum quantitas augenda minuendaūe interim saponis adijciatur sextuplum ferè ad puluerem Incorporans verò materia est aqua quædam plerumque etiam ab odoris bonitate commendata, cuius adatur, quantum opus est.

112.  
Compositio  
110.

## PARADIGMA.

Re. Saponis albi ℞℞. irid. sic. nuc. myrist. Ratio præ.  
Ec ♣ caryophyll. scriben de.

117.

Ratio præ.

Ec ♣

caryophyll. scriben de.

*caryophyll. Ana Drach. iij. menth. maior.  
Ana Drach. j. cum aq. lauend. simul combi-  
nentur. Heurn.*

*V.  
Vtilitas.*

Odoramenta hæc, præterquam quod ad voluptatem & lautitiam sæpius instituantur, non rarò tamen, præter odoris delectationem, etiam ad varios affectus curandos præscribuntur. V. G. vt cerebrum corroborent, spiritus animales recreent, memoriam & ingenii acumen confortent, vertiginem, apoplexiam, & alias affectiones, veterno caput grauantes, sanent, paroxysmos epilepticos aut alios quoscunque conuulsorios aboleant, vigilias immoderatas imminuant, aut catarrhos sistent. Eadem etiam odoramenta cordi & spiritibus vitalibus robur affiant, auram pestilentem fugant, animi deliquia & syncopas arcent; atque, si præsertim ex foetentibus (neque enim hæc odoramenta semper ex gratum spirantibus odorem constant) conficiantur, vteri strangulatu decidentibus amissam loquelam restituunt.

In specie verò aquis odoriferis manus, barba, capilli & lintea lauantur aut consperguntur, vt delectabilem exinde concipiant odorem. Vtui etiam sunt ad hircum, subalis latentem, eluendum. Saponem autem

autem capitis sordes detergent, & ad affectus eius, tum cutaneos, de quibus in lotionibus cephalicis, tum internos, de quibus paulò antè dictum, conferunt. Manus etiam, & cutem quacunq; in parte dealbant, attenuant & erugant.

Odoramenta fluida & aquæ odoriferæ ad manuum, faciei, aut aliarum etiam partium lotiones, imò & linteorum, quò amenum de se spirent odorem, sunt vtilis: atq; possunt vel per se solæ vsurpari, vel aquæ communi admisceri. Possunt quinetiam spongiolâ, vel lanæ hapsæ excepta, & ligneo nodulo inclusa circumgestari, & naribus sæpe admoueri.

Odoramentis verò mollibus solent inungi narium interiora, tempora, manus, aut alia quoque membra.

Pulvis odoratus includitur vel serico, aut tenui linteolo, ad formam noduli, puluere conglomerato ac conglobato, siue sacculi, illo ipso dilatato, & lindone intersuta: vel vestibus insuitur, vel capillis, vt iuueniculis Monspelienfibus in more est positum, inspergitur.

Poma ambræ pyxide aureâ, argenteâ, vel ligneâ, ex iunipero, cedro, cupressillo &c. orbiculari & foraminulenta afferantur.

E e 5 Smegma

Vf.

V/109.

Smegmatis verò quis sit vsus, nemo est quin non nouerit.

## CAPVT V.

## De Gargarismate.

- I. *Quid sit.*  
*Nomen.* Γαργαρίσμα dicitur ἀπὸ τοῦ γαργαρίζω ἀ Gurgulione seu columellâ, id est, carnosâ & fungosâ illâ particulâ, in oris amplitudinem propendulâ, quia ad huius affectus sæpius adhibetur, vel quod eodem recidit, ἀπὸ τοῦ γαργαρίζω, ἀ faucium collutione.
- Descriptio.* Est enim Gargarisma medicamentum externum, fluidum, quo partes oris interiores colluuntur.
- II. *Differen-*  
*tia.* Estque aliud Alterans, aliud verò Purgans, quod noxios è cerebro humores in os deriuat.
- III. *Composi-*  
*tio.* Ex pluribus autem & diuersis gargarismata confici solent medicamentis. Aliquando enim solum ex fluidis constant, aliquando verò simul & mollibus, aut etiâ siccis ac aridis componuntur. *Materia*  
*Qualitas.* Materia fluida vel simplex est, vel ex pluribus composita. Simplex est varia; vt, aq. communis vel  
Ailla-

stillatitia, decoctum aut infusum ex alteratibus, vel etiam catharticis paratum, vinum, lac, serum lactis; alius uel liquor Medici intentionem assequens.

Composita uero est, quando ex his plura inter se commiscuntur, aut illis alia quædam affunduntur, ut sunt succi herbarum aut fructuum idonei, acetum, mucilago quædam, syrupi conuenientes, mel commune, rosac. oxymel, rob diamoron, dianucum, spiritus vitrioli &c.

Materia uero mollis, quæ Gargarismati nonnunquam additur est rob aliquod inspissatum, conserua, aut alia confectio officinalis, his consistentiâ respondens; interdum & unguentum Ægyptiacum, in ulceribus malignis & putrilaginosis, ut lue venereâ, quanquam gargarisma admodum reddat ingratum.

Siccam autem constituit puluis aliquis affectui accommodatus simplex aut compositus, officinalis seu magistralis.

Sed in his omnibus ratione ponderis magna occurrit anomalia. *Quæstio-  
tas.*

Mensura enim liquoris totius gargarismatis est ferè ℥ss. ℥j. aut ij.

Ac proinde si solummodo decoctum aliquod, vel aquæ stillatitiæ, lac aut similis liquor,

quor, pro materia fluida eligatur, ad hanc ascendit quantitatem: si verò simul & alia addantur; vt, succi, syrups, mella aut similia, horum sit pars vna, ad superioris liquoris partes tres vel quatuor. Sed hæc proportio non est adeò certa, quin multoties variet.

Acetum autem, succus limonum aut alii liquores acredine, aciditate, similiue qualitate vehementer gustum percellentes, ad Vnc. ℥. j. affunduntur, spiritus vitrioli, sulph. ad guttas aliquot, ꝑ℞ &c. Mollia ad Vnc. ℥. j. admiscentur, si fluida ℥℥ pondere æquiparent, pulueres verò aridi ad Drach. j. iij. Vnc. ℥.

## PARADIGMATA.

### Ad Anginam.

IV.  
Formula  
prescri-  
benda.

℞. Diamor. Vnc. j. ℥ mell. rosat. aq. plantag. caprifolij Ana Vnc. iij. M. F. Garg. Andern.

### Aliud adstringens ad inflammatas tonsillas.

℞. Succ. cydon. vel mali granati ℥℥ aq. communis Vnc. iij. M. Rondel.

Ad

## Ad dolorem dentium.

℞. Trium piper. cubeb. cort. rad. mori, cap-  
par. rad. mandrag. saxifrag. Ana Drach. j.  
sem. hysofscjami albi, pyrethri Ana Drach. ij. ℞.  
Decoq. in vino rubro ad tertias, postea colen-  
tur, & de colat. calida teneatur in ore q. s. &  
expuatur quamprimum refrixerit. A. I.

## Ad oris foetorem.

℞. Hord. integri torref. P. j. rosarum P. ℞.  
cort. citri Vnc. j. ℞. caryophyll. cinam. Ana  
Drach. iij. F. decoct. in aq. cisterna & pauco  
aceto, qua colluatur os. Rondel.

Ad odontalgiam incipien-  
tem.

℞. Sem. sinap. tusi ex aceto Vnc. ℞. piper.  
long. in puluer. red. Drach. j. hydrom. ℞j. M.  
Varand.

## Aliud ad uvulam relaxatam.

℞. Fol. pyri sylu. vel rubi, plantag. ros. rubr.  
Ana

Ana Mj. in s. q. aq. F. decoct. ad tertie partis  
absumpt. in ℞j. dissolu. diamori Vnc. ij. alum  
Vnc. .j. M. Baub.

### Ad scabiem arteriæ & totius oris interioris.

℞. Sacch. candi, tragac. albi, gum. Arab.  
V. *Pituitas.*  
Ana Drach. ij. sem. psyllij, cydon. portul. Ana  
Drach. ℞. conf. viol. Vnc. ℞. Vmiantur omnia,  
deinde dissoluantur in Iulepi viol. s. q. F. Garg.  
I. A.

### Aliud ad pituitam è cerebro euocandam.

℞. Summit. becon. orig. calaminth Ana  
Mj. ficus concis. Num. iij. passul. mundat.  
rad. liquirit. rasæ & rad. pyrethri Ana Vnc. ℞.  
piper. Drach. j. F. decoct. in ℞j. colat. dissolu.  
mell. veol xymel. squillit. Vnc. iij. F. garg. Casp.  
Baub.

Gargarismata suos etiam, & quidem  
non leues, in Medicina habent vsus; ad oris  
videlicet, dentium, gingiuarum, linguæ,  
palati, uvulæ, faucium, tonsillarum, laryn-  
gis, œsophagi, harumq; partium musculo-  
rum, & capitis etiam quædam vitia sanan-  
da. Alia enim refrigerando, astringendo, &  
repel-



repellendo profunt: alia verò calefaciendo emolliendo, detergendo, aut discutiendo cōducunt: alia deniq; humores e capite vitiosos alliciendo ac purgando, quod tamen propriè Apophlegmatismorum est, conferunt. Ob id quædam epilepsiam, paralyfin, capitis grauitatem curant; quædam catarrhum acrem & tenuem sistunt, viscidū verò ac crassum incidunt atq; abstergunt. Inflammationes etiam linguę, gingiuarum & omnium partium paulò suprà enumeratarum reprimunt, aut discutiunt, aut concoquunt ac suppurant. Hinc ad *scquid v*, paristhmia anginã & similes affectus sunt proficua. Oris fœtor, eiusdem vlcera & aphthę gargarismatis etiã percurantur. Dentium forditię, putredinem & cariem eadem detergent ac emendant, dentes dealbant, stabilunt, & à dolore liberant. Gingiuas deficientes resarciunt, & sanguinem fundentes astringunt, earundemq; epulidem abolent. Linguę paralyfin, spasmm persanant, & gustus defectum restaurant. Columellam laxatam retrahunt, & vocem raucam complanant.

Adhibemus gargarismata vel frigida, si repellere studemus, vt in destillationib<sup>9</sup> calidis ac tenuibus, inflammationū principiis aut aliis

*VI.*  
*Vjss.*

aliis casibus similibus : vel calida siue tepida, ad tumores ordematosos & frigidos, inflammationum declinationes, & quandounque digerere, attenuare ac discutere volumus. Inter gargarisandū caput in posteriora flectendum. Hac enim reflexione œsophagi canalis astringitur, nec quid de gargarisinate in ipsum facilè illabitur Tunc anima sensim afflanda, vt humor ore retentus crebra subsultatione, motuq; suo reciproco, omnes faucium partes probè colluat. Quamquam & simplex oris collutio citra hanc regurgitationem facta interdum sufficiat, in odontalgia videlicet, aut aliis affectibus in anterioribus oris partibus existentibus.

Colluendum os sepè, si affectus id requirat, præsertim verò matutino & serotino tempore, vel etiam omni hora, si opus. Sumendi gargarismata quantitas certa non est. Potest enim maior vel minor haustus assumi pro ægri scilicet arbitrio ac facilitate.

### OBSERVATIONES.

*In gargarismatis vitanda medicamenta nimis vehementia, vt sunt fortiter astringentia*

gentia aut discutientia, quia partes quibus adhibentur sunt tenera, molles, laxa & rara: item admodum sapore vel odore ingrata, quia gustus instrumenta offendunt: nec non acria & erodentia, nisi admisceantur lenientia & dulcia; quia alias organa gustatoria feriunt: & demum maligna aut venenata; ne, dum gargarismata spiritu hinc inde in ore exagitantur, aliquid in oesophagum, aut a speram se insinuet arteriam, & pulmones aut ventriculum postmodum ledat. Ob id si ulcera tanta sint malignitatis aut contumaciae, ut aquam fortem, vel sublimatum desiderent, pars potius coniungenda specillo, vel scarpello obuoluto bombace, aut linteo hisce infecto, quam ut eadem gargarismatis immisceantur.

Pure etiam reprimentia, si valida sint, improbantur, in gargarismatis fluxiones cohibentibus in principio morbi: quia raro fit nisi in declinatione morbi. ut humores non jam aliqua ex parte sint fluxi & adhuc fluant: hinc semper digerentia aut lenientia quedam addenda. Alias enim aut inflammatio augetur, aut suffocatio inducitur.

Ad pituitam è capite eliciendam, magis conueniunt masticatoria, quam gargarismata. Quia ob caliditatem maiorem, qua illa sunt praedita, & agitationem, dum mastican-

F f tur

tur, potentiùs trahunt. In utrorumq; autem locum substituenda Errhina, si defluxiones in pulmones ferantur.

## CAPVT. VI.

## De Apophlegmatismis.

I.  
Quid sit.  
Nomen

**C**Apud purgij, vt vocant, quoq; species est Apophlegmatismus, sicut & Errhinum, affectibus cerebri pituitosis potissimum dicatus, eliciendo ab eo phlegmate. Vnde ab effectu nomē ἀποφλεγματισμοῦ sortitus, ab ἀποφλεγματιζω, scilicet, quod pituitam purgo seu elicio Dioscoridi significat. Vocantur & alio nomine Apophlegmatismi à Barbaris, nomen speciei generi accommodantibus, Masticatoria; vel quod ore mandantur, vel quod mastichen plerumq; recipiant. Sed in specie masticatoria non sunt nisi Apophlegmatismi solidi, qui dentibus apprehendi & masticari possunt. Atq; cum vsitatus hâc formâ, quàm fluidâ & aque à parêtur, apophlegmatismi, factum inde, vt per Masticatoriũ quidam simpliciter omnem Apophlegmatismum intelligant.

*Descriptio.* - Est autem Apophlegmatismus remediũ  
exter-

externum fluidum aut non fluidum, quod ore exceptum, ac aliquandiu retentum, per emissaria palati, noxios, qui in capite concreuerunt, humores, euacuat.

II.

Apophlegmatismus alius Fluidus, alius verò Solidior: Hic tamen non eandem semper faciem, vt post audiemus, obtinet.

Differen-  
tia.*Fluidus.*

Apophlegmatismus liquidus ac fluidus, nil est aliud, quàm Gargarisma, quod purgans vocauimus. Siquidem hæc duo tum materiã, tum formã, tũ effectu, planè inter se conueniunt. Apophlegmatismi enim, huius materia liquida est communiter decoctum, rariùs infusum aliquod, ex cephalicis, apophlegmatifantibus, interdũ & catharticis, in liquore conuenienti decoctis aut infusis paratum: vel aquæ stillatitiæ simili facultate præditæ.

III.

Composi-  
tio.

In quo liquore postmodum, si placet, succi, Syrupi, pulueres, aut alia etiam, expurgando cerebro dicata, dissolui possunt, eodem prorsus modo ac in Gargarismate dictum.



## PARADIGMATA.

## Ad dolorē dentium à calore.

℞ Acetum, in quo semen fœnugraci co-  
xit: ore tenent & expuat. Heur.

## Alius.

℞ Hyſop. thymi, orig. ſalu. Ana Pj. uuar.  
paß. ſtaphyſagr. Ana Drach. ij. carpeſorum  
Drach. iij. ſinapi Drach. j. Coquantur ex a-  
qua. Idem.

## Alius.

℞ Rad. alth. bete Ana Vnc. j. bord. inte-  
gr. glycyrrh. uuarum paß. Ana Vnc. ſ. Co-  
quantur in hydromelite ad ℥j. in quo mace-  
reniur rad. pyrethri, cyclam. contriti Ana  
ʒj. Exprimatur liquor. A. I.

## Masticatorium.

Solidior Apophlegmatifmus, qui propriè  
Masticatorium, vocari ſolet, duplex eſt:  
Simplex & Compoſitus.

Sim-

*Simplex.*

Masticatorium simplex est, quando simplex aliquod vegetabile, saluam per os educere aptum, dentibus conteritur. V. G. Pyrethrum aceto prius maceratum, mastix, terebinth. coct. passulæ, fol. vel truncus salu. rad. jreos, angel. nux moscata, aut simile quid. Imò sola etiã charta masticata, auctore Mercuriali sputum prouocat.

*Compositum*

Compositum verò Masticatorium fit; <sup>III.</sup> *Compositio.* vel formã nodulorum, vel globulorum, aut pilularum saluialium, vel formã unguenti seu linimenti.

Si in nodulos effingitur Masticatorium, *Ex quibus noduli masticantur.* ejus materia alia contenta, alia verò Continens. Illa, est puluis ex apophlegmatifantibus, quæ videlicet pituitam è capite in os prouocant, constans, veluti est mastix, rad. pyreth. angel. jreos, zingib. cort. cappar. major. hislop. orig. vuæ passæ. nux mosch. caryophyll. cubeb. piper. sinapi, nasturt. staphisagr. & similia.

Qui puluis ad Vnc. ß. Vnc. j. aut binas  
Ff 3 ascen-

ascendat, prout magis aut minus acer, ac  
vehemens existit. Notandum, mastichen  
ad quælibet ferè Masticatoria adhiberi &  
basin quasi hujus pulueris cõstituere, dum  
tertiam vel quartam ipsius partem sapius  
adimplet. Fit autem hoc ob id, quod ma-  
sticatoriorum intentioni, tum ratiõe sub-  
stantiæ, tum facultatum, maximè inferuiat.  
Quia præter attractionem robur etiam ce-  
rebro & palati partibus præstat, nihilq; in-  
grati habet, aut acrimoniæ.

Materia autem continens est pannicu-  
lus fortis ex lino vel serico, cui includitur  
puluis, ut inde fingi possit nodulus.

## PARADIGMATA.

IV.

Formula  
prescribenda.

℞ Mastich. Vnc. j. cort. cappar. Drach.  
ij. pyrethri Drach. iij. piper. nigri Drach. j.ß.  
vuarum passerum Vnc. ß. Mixta, pannog, li-  
neo raro in voluta, ad hora dimidium ante ci-  
bum mandantur. Andern.

## Aliud ad Epilepsiam.

℞ Sem. peon visc. querc. piper. long. zin-  
gib. Ana Drach. j. mastich. contrita Drach.  
ij. In-



*ij. Includantur luteolo; vel reducantur cum  
cera albâ in formam pastillorum Varand.*

## A L I V D.

*℞ Mastich. Vnc. ℞. piper longi. pyreth.  
caryophyll. Staphid. agr. Ana ℥ij. sacch. candi.  
Vnc. j. f. pulv. ex quo fiant noduli. Casp. Bauh.*

Si forma globulorum seu trochiscorum  
masticatorium fieri velis, ejus materia bi-  
partita: Excipienda & Excipiens. III.  
Composi-  
tio.

Excipienda est pulvis suprâ dictus. Ex-  
cipiens verò est cera liquefacta, alba ple-  
rumq; quia durior flauâ seu luteâ, mastix,  
passulæ, caricæ vel succus, mel, aut alius li-  
quor. Interdum ceræ parum de terebinthi-  
na adijcitur. Materie excipientis quanti-  
tas non describitur. Assumitur enim de ea,  
quantum ad reliqua in vnum cogenda re-  
quitur.

## PARADIGMATA.

*℞ Zingib. snap. Ana Drach. j. euphorb.  
℥ij. piper Drach. ℞. Excipiantur melle & ce-  
râ. f. pastilli. Heur.* IV.  
Formula

## A L I V D.

Ff 4

℞ Ma

℞ *Mastich. trita Vnc. ℞. Ex melle redigatur in pastillos lupini forma. Andern.*

## Aliud.

℞ *Maceris Drach. j. staphid. agr. cubeb. Ana Drach. j ℞. cort. rad. cappar. ℥ij. rad. a-cori veri. nuc. mosch. Ana Drach. ℞. Trita excipiantur mastiche, pistillo calido conuasata & subacta, singanturq; pastilli mansiles. Fuchs.*

III.  
Composi-  
tio.

Instar linimenti verò fit masticatorium, Si puluis, sæpius jam dictus, tanquam materia informanda, excipiatursufficienti copia mellis simplicis, aut alterius medicati, vel Syrupi alicuius, vel olej: Aut si huius liquores per se vsurpentur.

## PARADIGMA

IV.  
Ratio pra-  
scriben-  
di.

℞ *Rad. pyrethri ℥ij. maceris cubeb. Caryo-phyll. Ana ℥ij. staphid. agr. piper. Ana ℥ss. Pulverisen tur omnia subtil. & excipiantur s. q. oxymel. squillit. F. instar elect. liquid.*

V.  
Utilitas.

Aphlegmatismorum vsus post purgationes vniuersales est insignis, ad rad. a-cori cerebri particularè, maxime vbi circa basin p si, & vetriculos priores, aut vicinas partes,

tes, humores inprimis pituitosi, id est, crassi & frigidi educendi. Siquidē pituitam mucosam, aut aliā lentore inquinatam, attenuant, fundunt atq; eliciunt. Affectibus ob id cerebri frigidis, inueteratis & à pituita-  
natis haud exiguam præstant opem. Quales sunt vertigo, scotomia, morbus caducus, apoplexia, paralyſis, carus, coma, cephalæa. Purgant etiam Apophlegmatismi partes cerebrum circumstantes, vt oculos, aures, nares. Hinc ad oculorum hebetudinē, suffusionem, auditus difficultatem, & cum nares vlcus habent, vt auertant alluuiem, sæpiusculē adhibentur. Oris quin etiam & faucium malis medentur, vt est linguæ resolutio, dentium dolor, & alij affectus in Gargarismate enumerati. Apophlegmatismus fluidus, quia gargarisatu altius in fauces dilabirur, longius quoque ex ipsis & amygdalis atque œsophago prolicet: videtur etiam potentiùs ex ipſo trahere cerebro. Simplici masticatorio vtimur, vbi, citra vllum capitis alterationem, pituitam euocare volumus.

VI.

Apophlegmatismus fluidus eodē vt Gargarisma modo vsurpatur. Est enim reuera Gargarisma purgans. Secundum Ferneliū, maxima huic ad leuādum cerebrum Apophlegmatismo vis erit, si resupinato capite

Ff 5 hauri-

hauriatur in nares, vt mox per emissoria palati, in fauces relabatur, Nam haustus ita humor, ipso transitu, & basin cerebri subit proluitq;, & cerebrum ipsum acriter percellit ac vellicat, adeoque viam transituræ colluicij præmolitur: Ob id fieri non potest, quin largissimè cerebrum & eius caua deonerentur. Retento aliquandiu Apophlegmatismo, deorsum nuere, & per interualla hiare ægrum oportet, vt corruata colluuius effluat. Fieri autem hæc conuenit ad solem, aut in loco tepido. Masticatorium verò dentibus atteritur, atq; hinc inde in ore volutatur, siue sit simplex, siue compositum, modò sit è solidorum genere. Molle enim & formâ linimenti paratum palato & linguæ illinitur. Globuli etiam, antequam masticientur, interdum panno serico includuntur. Vfus Apophlegmatismorum iniiri maximè debet manè stomacho ieiuno aut etiam vesperi ante cenam, per semihoram, vel circiter. Postmodum os vino, aquâ, decocto hordei, liquiritiæ, melicrato, lacte, aut alio liquore congruo si calor aut morsus in palato fuerit, relictus, collui potest.

*Obfer-*

## OBSE R V A T I O N E S.

*Apopblegmatisimi grati sunt odore, ut spiritus recreent animales: item sapore, quia illis res cum palato. Nihil maligni etiam habeant, quemadmodum colocynth. scammonium, turbitih. Nam oris membrana eadem cum stomachi tunica est, quare laeso ore ac oesophago, ventriculum rapiunt in sui affectione, & hinc cibi terri & amari agris videntur. Interdum tamen his utendum, si nempe urgeat necessitas: id est, cum ex vehementia doloris capitis metus apoplexia imminet, aut epilepsia sine cecitatis: aludne graue periculum instet.*

*Si tenues & calidi sint succi peccantes, ab usu masticatoriorum abstinendum.*

*Quia Apopblegmatisimi plerumque sunt ex medicamentis calidis, leptomeria insignibus, acris & irahentibus: vitandi ubi aliqua inflammatio aut vlcus in partibus gulae aut palati est, siue pulmonibus. Si ager pectore sit angusto, aut frequenter defluxionibus, quae ad fauces, pulmones & ventriculum viam affectant, infestetur, Errhinis potius utendum. Haec vero pericula si absint, praecellunt Apopblegmatisimi Errhinis. Dum enim sanitate fruitur cerebrum, per palatum, & non per nares, purgatur. Comodi-  
modissimus enim est locus oris purgationi pituitae. Verum Errhia & Apopblegmatisimi electriue pur-  
gent,*

gent, vide apud Ioan. Heur. lib. 1. meth. ad pyaxin, capite de Apophlegmatismis & Masticatoris. Nos enim consilio, questionem hanc sic eo transmimus pede. Cum iam antea tractatus hic, intra manus, in maiorem, quam sperabamus, excreseat molem.

## CAPVT VII.

## De Dentifriciis.

1.  
Quid sit.  
Nomen.

**M**edicamenta quæ dentibus seu gingiuis ad eorundem affectus curandos aplicantur, ab vtendi modo, Græcis ὀδονολογικὰ μάρματα dicuntur, item σμήγματα ὀδόντων: Latinis Dentifricia.

Descriptio

Est autem Dentifricium medicamentum externum, topicum, liquidum, molle, vel solidum, ad dentium aut etiam ginguiarum vitia in specie excogitatum.

11.  
Differentia.

Dentifricia ergo ratione consistentiæ polyformia sunt. Alia enim existunt fluida & aquea; alia verò crassiora, in star linimenti seu electuarij liquidi parantur; alia deniq; sicca & arida habentur: atq; horum partes, vel sunt dissipatæ, vt in puluere: vel coherentes, vt in penicillis seu trochiscis. De singulis ordine.

Flui-

*Fluidum.*

Dentifricium fluidum ex iisdem consistētiā medicamentorum si spectemus, ex quibus Gargarisma & Apophlegmatismus liquidus, componitur remediis. Materia enim eius itidem triplex. Fluida: vt, aq. communis stillat. decoctum, infusum, succus, vinum, acetum, syrupus, ol. sulph. vitrioli, vel etiam alius liquor. Mollis: vt, rob, conserva, extract. aut confectio alia similis consistentiæ. Sicca & arida: vt puluis vsualis seu Magistralis.

III.  
Compos.  
No.

Quā autem singula hæc mensurā & proportionē sumi debeant supra indicatum: illuc ergo lector, si volet, se conferat. Veremur enim ne repetita crambe tedium adferat. Hoc interim notandum: vt in Gargarismate & Apophlegmatismo acria, attenuantia & attrahentia plerumq; reperiuntur: sic ad Dētifricia sæpius astringētia, incrassantia aut detergentia, prout scilicet affectus præsens exposcit, adhibentur. Purgantia autem nunquam hīc locum habent: nisi forsā aliam, quam ob cathartīcam ipsorum vim vsurpentur.

PARA

IV. PARADIGMATA.

Formula

℞ Aq. prunell. salu. fragar. Ana Vnc. ij.  
alum. vsti Drach. j. camp. ꝑ. j. mell. rosat. col.  
diameri. Ana Vnc. j. M. Sen. Addentes ea  
consundandos.

Aliud ad vlcera & aphtas.

℞ Fol. oliuæ Mj. ligustri Mß. alum. sac-  
char. Vnc. ʒ. ros. rubr. balaust. gallarum, cor-  
ric. granat. Ana Drach. ij. aq. plantag. part. ij.  
vini granat. part. j. Coquantur ad tertias, &  
ius colatum seruetur pro collutione, Ber-  
tald.

Aliud.

℞ Lig. stillat. menthe orig. salu. abrot. hys-  
sop. apy Ana Vnc. iij ʒ. alum. scissilis assati &  
vino austero extincti Drach. ij. nitri Drach.  
j ʒ. salis assi Drach. ij. Commixta sex horis si-  
mul perstent, & subinde igni ad mota per alēb.  
destill. Fuchf.

Molle.

Dentifricij mollis materia est duplex: Ex-  
cipien-



epienda & Excipiens. Illa: vel sicca est & a-  
 rida; vel mollis. Sicca, vt, puluis quidam ex  
 idoneis paratus: qualia sunt, rad. jreos ari-  
 stol. lentisc. alumen, sal vstum, nitrū, coral-  
 lia, os sepiæ, pumex, CC. vstum, scobs ebo-  
 ris, crusta panis vsta & similia, quibus pro-  
 ditioribus santal. lig. aloës, moschus & am-  
 bra addi solens: imò hiscē etiam non rarò  
 admiscentur pulueres aut trochisci officina-  
 les puluerisati. Mollis; est conferua rob  
 aut simile quid. Pro Excipiente verò eligi-  
 tur mel rosac. aut syrup. quidam, acetum  
 scillit. aut liquor alius, in rem præsentem  
 accōmodatus. Huic & annuera ol. sulph.  
 vitrioli &c.

111.  
 Compositio.  
 Materia  
 Qualitas

Pulueris pondus sit Drach. j.ij. Vnc. ß. vel  
 maius, si in vsum diuturnum sufficere debe-  
 at dentifricium. Mollia eadem, maiori vel  
 minori, addi possunt mole. Si quantitate,  
 triplā aut quadruplā pulueribus addantur;  
 materia excipiens prorsus negligi potest: si  
 verò minori, aut prorsus omittantur, exci-  
 pientium quantitas sit talis ac tanta,  
 vt formā electuarij liquidi vel li-  
 nimenti dentifricio conciliet.

## PARADIGMATA.

Ad

## Ad gingiuas tabefcentes.

IV.  
Formula

℞. Pulu. jreosrad. fragor. rorismar. Ana  
 Drach. j. sang. drac. Drach j ℞. caryophyll. co-  
 rall. rubr. Ana Drach. ℞. mastich. ℥ j. ros. rub.  
 alum. vsti Ana ℥ ℞. Aspergantur primo aq. ro-  
 sarum, deinde cum oxymelite scillitico redi-  
 gantur ad crassitiem electuary. Crato.

## Aliud ad easdem.

℞. Mell. opt. Vnc. iij. succ. cortic. ligust.  
 Vnc j ℞. aceti scyllit. Vnc. ℞. coquant. ad mellis  
 crassitiem. addito pulu. gallar. balaust. Ana  
 Drach. j. ros. rubr. alum. sacchar. Ana ℥ j. sang.  
 drac. Drach j. myrrh. thuris Ana ℥ iij. M.  
 Bertald.

## Aliud ad dentes dealbandos.

℞. Putam. ouorū vst. C. cerui. crystalli Ana  
 Drach. j. santali citr. lentisci Ana Drach. ℞.  
 rad. Ireos ℥ j. moschi ℥ ℞. F. om. pulu. tenuissi-  
 mus & cum syr. ros. sicc. s. q. F. liquidusculum  
 Dentifricium. Renod.

Solidum.

Solidum.  
Puluis.

Cum facilis sit puluerē componendi aut præscribendi ratio, nosq; etiam paulò supra, qualia ad hunc puluerem communiter eligantur simplicia, dixerimus, sufficiat hîc vnum atq; alterum paradigma adscripsisse.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula

## Ad dentes dealbandos.

℞. Summit. myrti, lentisci, oleastri, salu. ro-  
rismar. Ana Mj. corall. rubr. eboris, dent. e-  
quorum Ana Vnc. s. salis com. Pj. In vase ficti-  
li simul vrantur, donec dealbentur, deinde in  
puluerem redigantur, adijcianturq; caryo-  
phyll. rosarum, cinam. crassi Ana Vnc. iij. F.  
pulu. Andern.

## Alius.

℞. Nitri alum. Ana Drach. j. myrrh. Drach.  
Gg j. rad.

## 466 FABRICÆ RECEPTARVM

℞. rad. irid. Illyr. CC. vsti. thuris Ana Drach.  
 ℞. salis vulg. rosti Drach. j. piper pyrethri Ana  
 Drach. ℞. aristol. rot. menth. arid. Ana ℞. ij. te-  
 starum sepiæ pumicis Ana Drach. ij. Tussis &  
 cribratis singulis fiat Dentifr. Euchf.

## Penicilli seu Trochisci.

211.  
 Composi-  
 tione.

In trochiscos seu Penicilla oblonga; in-  
 star suppositoriorum, nonnunquam etiam  
 dentifricia aptantur; idq; fit si puluis excō-  
 uenientibus paratus, excipiatuŕ sufficenti  
 copiâ mucilaginis gummi tragac. seu Arab.  
 cum aq. rosarū, vel aliâ, extractæ, atq; post-  
 modum simul in aëre exsiccantur. Sed ho-  
 rum omnium tractationem pleniorē, ex  
 doctrina Trochiscorum petere licet.

IV.  
 Formule

## PARADIGMATA.

℞. Cort. ostreorum combust. & puluerat.  
 Drach. iij. vernicis seu sandaracha Vnc. B. ad.  
 irid. aristol. gent. cent. mai. Ana Drach. ij. Te-  
 rantur omnia per se, deinde misceantur, & ex-  
 cipientur oxymelite scillit. F. troch. parni. A. I.

Vel.

℞. Corall. rubr. Vnc. j. terre Maionica Vnc.  
 B. off.

R. off. ſepia, pumicis Ana Drach. ij. caryophyll-  
cinam. maſtich. Ana ꝰj. unionum el Drach-  
j. ſang. drat. Drach. iij. moſchi gr. j. In puluerē  
reducta, ex tragac. q. roſacea macer. in maſ-  
ſam redigantur, & ſingantur penicilla Ander.

## Vel.

R. Ccer. dent. equi Ana Vnc. ij. conchar.  
mar. ſal. communis, nuc. cupreſſ. Ana Vnc. j.  
Vrantur ſimul in clibano & F. pulu. mucilag.  
gummi tragac. excipiendus. Rondel.

Peculiarem ad huc dentiſſicia paradi mo-  
dum deſcribit Rondeletius, qui etiam huc re-  
ferendus videtur: iſq̄, talis eſt. Radices mol-  
les, gingiuas non ledentes, ut althea aut alia-  
rum herbarum, coquantur in ſale alumine &  
aceto, vel aquā qua ſalem & alumen, ſiue alia  
etiam intentioni ſatisfacientia, recipit: &  
poſtmodum iſ. in clibano ſiccatis ac induratis,  
dentes ſricantur.

Dentiſſicia ſuam præſtant vtilitatē den-  
tibus & gingiuis, dum eorum vitia quæuis  
corrigunt ac emendant. Dentes enim ni-  
gredine deſœdatos, aut tartaro obductos de-  
tergunt, dealbant & priſtino nitori reſtitu-  
unt à foetore & carie infeſtatos vindicant;

G g 2

laxi-

V.  
Vtilitas,

laxitate tremulos stabiliunt, & odotalgia molestias abigunt. Gingiuas verò roborant, firmant, incarnant, à fluxione defendunt, earundemq; epulidas & ulcera aliq; incommoda persanant. In specie etiam dentifriciorum forma fluida & mollis, gingiuas affectis frequentius adhibetur, vti solida, dentibus ipsis.

VI.  
Vsu.

Ipsa nominis ratio remedij huius vsus ostendit. Affricando enim dētib; seu gingiuis vsurpatur. In fluido linteum madefieri potest, quo cum dentes fricari possunt; aut cum liquore os collui, si malum in gingiuis hæreat. Post vsus dentifriciorum, non incommodè os eluitur aquâ, vino vel alio liquore, in quo radix jreos, aut simile, quid infusum fuerit. Nisi multùm exsiccare, aut constringere gingiuarum carnem, voluerimus.

## CAPVT VIII.

### De Pessariis.

l.  
Quid sit.

VTERUS, qui aliàs vitæ sumus fautor atq; promotor existit, non rarò eiusdem, dum à lethalibus incurfatur malis, destructor

tor esse solet. Ad ea igitur abigenda, Medici inter alias vteri remediorum formas & pessaria aliquando effingi curant. Etsi autē Pessarij nomen ita latē nonnunquam extē- *Nomen.*  
 datur, vt omnia quæ intra sinum pudoris, siue sint litus seu vnguenta, siue radices aut herbæ intritæ, siue iniectiones, siue pessaria propriè ita dicta, adhibentur medicamenta, quæ aliàs ab Hippocrate vno verbo *πρόσθετα* vocantur, sub se comprehendat: in specie tamen pessarium sumitur pro medicamento oblongo, instar pyramidis seu suppositorij acuminato; cuius tamen, (Quia pessarium vtero, Suppositorium verò ano subijcitur.) tum longitudinem, tum crassitiem aliquantùm superare debet. Dicuntur autem à Græcis Pessaria *Πισσοί*, & *ἡ πὸ τῆς Πριάπτου*, ratione figuræ, *Πριαπισκιά*: quia *πριαπισκιάς μοῖδος*, linamentum in veretri arrecti figuram formatum, apud Galenum significat. *Ita Isag.* Vocari etiam possent *Πριαπίσκοι*, siquidem *πριαπίσκος*, lignum quoddam in Hippocratis *βάδρα* in modum penis teres & erectum appellatur.

Nuncupantur etiam interdum *βάλοινοι*, *καλύρια* item ab Hippocrate, & veteribus Græcis. A Latinis verò ad Græcorum i-

Gg 3 rumi-

rum imitationem nominantur Pessaria & Pessi. Pessulos quoq; eadem per jocum dicta vult Mercurialis, quod inferantur tanquam pessuli in ostium.

Non ineptè quidam Suppositoria vterina vocant, atq; alij Talos. Nam per *πεσσοῦν* seu *περσοῦν* calculum seu Scrupum Jusorium, quem aliàs Talum dicimus, etiam Græci intelligunt. Priuatim autem Pessaria, quæ ex cottone, vel lanâ succo vel vnguento, aut alio liquore idoneo insuccatâ parantur, Nasalia dicunt Barbari, Aërius *περσοῦν* nuncupat, Practici Latini Penicillos, alij verò Nodulos, sed minùs aptè, quia huius remedij materia non includitur linteo aut serico, nec in nodulum effigiatur. In specie etiam, qui vteri collo tantùm indunduntur, neq; eiusdem cauitatem subeunt, pessilli, à nonnullis Lemnisci indigitantur.

*Descriptio*

Est autem Pessarium medicamentum externum, topicum & vterinum, tum figuratum materiâ variam, ac intra mulierum naturalia recondendum.

*II.  
Differentia.*

Pessaria igitur sunt duplicia. Aliæ enim magis vsitatè dicuntur Penicilli seu Nasalia; altæ verò Pessaria seu Pessi. Atque hi vel sunt Medicamentosi, vel non medicamentosi: illi constant vel solum ex alteratibus,



tibus, vel simul & purgantibus. Nos primò omnium Penicillorum historiam proponemus.

*Nasalia seu Penicilla.*

Inuenio autem materiam Penicillorum duplicem: Vnam medicam & excipiendam, alteram verò non medicam & excipientem. Prior est vel simplex aut vniusmodi, vel composita & ex varijs medicamentorum formis commista. Simplex est aut fluida; vt, succus, oleum, lac, syrupus, vel alius liquor conueniens; aut mollis; vt cōfectio quædam, theriaca, v. g. vel similis, cōserua, vel vnguentum quoddam idoneum: aut sicca & arida; vt, puluis aliquis officinalis seu magistralis. Quorum omnium pondus modò maius, modò minus, pro vsu scilicet diurnitate & frequentia. Composita verò ex his plura accipit, mollia scilicet & fluida, aut simul etiam sicca. Atque horum proportio certa nulla est. Hoc interim obseruationem meretur, materiam electuariorum & vnguentorum in his penicillis non raro inter

Gg 4 fe

se confundi; dum videlicet fyrupi, conseruæ, aut aliæ etiam cōfectiones, quæ aliàs vnguenta propriè dicta, minus sæpè, aut nunquam omninò ingrediuntur, cum oleaginosi & pinguibus illis; vt, oleis, adipibus, butyro, vnguentis officinalibus, & alijs similibus commiscètur. Hinc aliquândo fit, vt pro materia informante eligatur oleum, aliquando syrpus, aliquando vtrumque.

Materia autem non Medica, sed priorem tantùm excipiens, est linteum tenue attritum, vel potiùs hapsus lanæ carptæ, qui materia nunc dicta imbuitur, atque postea informâ rotûdam, aut oblongam instar penicilli, vnde medicamento nomen, aut aliam, parti affectæ accommodatam, conglobatur.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula

Penicillus ad vlceris sordidi  
deterfionem.

*℞. Syr. de absinth. mell. rosat. Ana Vnc. j.  
myrrh. aloës, Ana Drach. ℞. M. & cum lanâ  
F. penicill. Renod.*

Alius

## Alus deficcans vlcera.

℞ Vng. albi Rhafis Vnc. ℞. deficcet. rubri,  
ung. diapompholyg. Ana Drach. ij. M. & cum  
lanapexaf. penicill. Renod.

## Alius si dolori insigni exulce- ratio juncta sit.

℞ Mucilag. sem. psyllij. cydon. extr. in aq.  
rosar. Drach. vi. ol. rosac. Vnc. j. butyri rec.  
pomata, Ana Vnc. ℞. axung. hirci Drach. ij.  
vitell. ouorum Num. j. opij. ℥j. M. Cass. Bauh.

Atq; hæc est ratio componendi præscri-  
bendiq; Penicillos seu Nascalia. Pessaria  
verò particulariter ita vocata, cum supra-  
diuiserimus in Medicinalia & non Medici-  
nalia, primùm de illis, post verò de his  
quoq; agemus.

## Pessaria medicamentosa.

Pessaria medicamentosa seu medicinalia  
voco, ad quorum compositionem varia  
asciscuntur medicamenta, simplicia aut  
composita; quorum etiam interuentu ad

Gg 5 va-

III.

Composi-  
tio.

*Materia  
medica.  
Qualitas  
Et Quantitas.*

varios vteri affectus expugnandos sunt cōducibilia. Interim tamen & horum materia partim medicinalis, partim non medicinalis. Illa vel Simplex, vel Composita. Simplex; aut fluida, aut mollis, aut sicca: eadem scilicet quæ in penicillis enumerata. Composita verò vel electuarii liquidi, vnguenti linimentiuè molliem, præ se fert, vel cataplasmatism formam exhibet, vel Emplastri aut Suppositorii soliditatem refert. Harum prima autem ex iisdem, ex quibus materia penicillorum composita constat, secunda verò comparatur plerumq; ex herbis recentibus ad pugillos aliquot, M<sup>ss</sup> aut circiter contusis, quibus & alia in Cataplasmate dicenda interdum junguntur. Tertia deniq;, quæ scilicet ad Emplastri aut suppositorii soliditatem deuenit, ex iisdem plane, ex quibus emplastrorum ac suppositoriorum adornatur massæ constructur. Itaq; quæ ibi, tanquam loco proprio, adducuntur, huc etiam transferri debent. Hoc tamè discriminis intercedit, quod massa emplastica non super alutam, vt quando emplastrum conficitur, extendatur; sed in pessarium justæ magnitudinis & formæ effingatur. Hujus autè massæ pond<sup>9</sup> sit Vnc. β. Vnc. j. pro corporis ægræ proportionē, ad pessarium vnum. Atq; hæc est horū pessorū materia medica.

Quoad

*Materia  
nō medica*

Quoad verò materiā non medicinalē, ita se res habet. Si materia medicamentosa est fluida, aut instar vngueti seu electuarii mollis, excipitur gossypio, quod etiam nonnūquam fit, si eadē pulveris formam exhibet dispersam: atq; hæc postea simul linteo tenui ac raro. aut serico inuoluntur, ac filo sæpius reuoluto, in pessum debitæ crassitie & longitudinis cōfinguntur: appēso quoq; filo, vt pro libitu extrahi iterum possint. Si verò materia medica Cataplasmatibus aut Emplastri siue Suppositorii faciē repræsentat, nō necesse est illā lanā excipi, sed linteo aut serico eandē inclusisse sufficit. Imò posterior horum pessariorū species, si ex durioribus & viscidis constat, quæ non ita facile vteri calore attenuata ac liquefacta diffluū, aliquando nullā tegitur sindone, sed nuda vtero immittitur. Quod tamē fieri minimè debet, si pessi materia ex acrioribus & erodentibus fuerit coaceruata. Nam satis est tum, vterum vires medicamentorū suscipere, acrimoniā interim eorum non perceptā. Hinc etiam sobriè cauendum, ne pessi ex nimis acribus constent. aut eorū superficies aspera & inæqualis sit, ne collum vteri lædant.

## PARADIGMATA.

¶ Ni-

℞ *Nigella, bacc. lauri Ana Drach. B. myrrh. Drach. j. sabina dictamni Ana ℥ij. castorei ℥j. pulu. hier. picre Drach. ij. cum ol. nard. & paucâ cera f. linimentum, quo insuata lana pexa panno sericeo inuoluitur & f. pessar. ol. moschel aut nardino ante intromissionem liniendum. Renod. Menses ducit.*

### Aliud ad idem.

℞ *Mercur. vel nepita. vel abrot. vel artenis. M. B. Terantur & inuoluantur in panno serico, f. pess. Gorr.*

### Aliud.

℞ *Ficum, finde & inuerte: diambra, cinam. & moscho permixtis reple: hinc filo serico in orbem consue, tandem sæpè pertunde sicâ, quo inclusum aroma odorem spargat, filog, alligatam, postquam oleo macis rigata fuerit, ac in acumen fastigiata, utero immitte. Heur.*

### Aliud adstringens & menses sistens.

℞ *Sang*

℞ Sang. drac. boli *Arm.* Ana Drach. ij.  
 gallar. rosar. balaustior. myrtill. Ana Drach. j.  
 vng. Comitissæ Vnc. j. Puluerisatis pulueri-  
 sandis igne lento simul commisceantur, ad  
 solidiorem consistentiam, instar suppositorij,  
 formâ pyramidalî, ad penis longitudinem &  
 crassitiem, nec telâ innuoluatur, & noctu subii-  
 ciatur. *Casp. Bauh.*

### Aliud aperiens.

℞ *Artemis. abrot. dictam.* Ana Drach.  
 ij. rad. acori veri, rub. Ana Drach. iij. sem.  
 nigell. Drach. j. baccar. lauri Vnc. ℞. ruta  
 arid. Drach. j. sabina ℞ij. castor. ℞j. myrrha  
 styrac. liquid. Ana Drach. j. ℞. sagap. ladani  
 Ana Drach. j. Tufis & cribratis iis, quæ opus,  
 mellis quod satis est, ut in coalitum crassio-  
 rem & unitatem coeant, aduciatur, & ubi v-  
 sus postulat singantur, pessi. *Fuchs.*

### Aliud pituitam educens.

℞ *Sp. bened. lax.* Drach. iij. agar. troch.  
 Drach. ij. succi mercurial. q. s. adde terebinth.  
 parum, Formetur pessar, ad formam supposi-  
 torij,

478 FABRICÆ RECEPTARVM  
torii, quod filo obligatum noctu subiiciatur.  
Rondel.

*Pessaria non medicamentosa.*

IV.  
Composi-  
tio.

Ex qua  
pessi hi  
constent  
materia.

Qua es-  
sundem  
forma.

Vid. Rouf.  
feti Hyste-  
rotoc. c. 4.  
Sect. 6.

Pessi non medicinales haud ita, vt prio-  
res, ex rebus parantur medicamentosis, ob-  
id quoq; sua soliditate & renitentia quam  
vi quadam medica, suos potius praestant ef-  
fectus. Differunt autem haec priapiscota in-  
ter se tum materia, tum forma, tum vtendi  
modò. Siquidem aliquando ex sola fiunt  
cerâ; aliquando verò ex auro, argêto, plûbo  
aut ferro albo intus caua & cerâ obducto  
fabricantur: aliquando etiam, horum me-  
tallorum loco, assumitur suber, aut filum  
glomeratum, siue nux juglâs excauata, quæ  
similiter cerâ virgineâ incrustantur.

Neq; etiam semper, in eandem hi pessi ef-  
formantur figuram. Alij enim ex rotundi-  
tate octo vel nouem digitos transuersos, in-  
star pessorum medicinalium, longi sunt; a-  
lij verò ouati; & vel maiores qualis est iste  
quem describit Ambr. Paræus in tract. de  
hom generat. vel minores, parui scilicet oui  
magnitudine: alij item planè rotundi: alij a-  
liâ formâ præditi.

Sic quædam horum pessariorum, vteri  
tan-



tantum collo infiguntur, veluti longa & ovata majora; quæq; ex metallis parantur alia verò in ipsum vteri cavum, vt ovata minora, & planè rotunda, intruduntur; atq; hæc ex suberis globo, aut fili glomere, aut nuce excauatâ & cerâ intactâ construuntur.

*Quomodo  
vteri  
modo dif-  
ferant.*

In genere pessaria quoscunq; vteri morbos & intemperies curant. Alia enim calefaciendo vterum corroborant, conceptionem promouent, sterilitatem emendant, vteri inflationes, suffocationes & auersiones discutunt. Alia refrigerando inflammationes ejusdem & pruritus reprimunt, furorem vterinum nimio veneris æstu concitatum extinguunt. Alia siccando vlcera curant, menstrua alba, gonorrhœam & quodcunq; vitiosum vteri profluvium exhauriunt. Alia emolliendo, durities, scirrhus, eancros & dolores quoscunq; leniunt. Alia referando & dilatando menses suppressos, fœtum aut secundinas morantes, aut molam grauantem eliciunt, vterum connuientem ac compressum dilatant. Alia è contrario constringendo, menstrua superflua supprimunt, hæmorrhoides & omnem matricis hæmorrhagiam cohibent, apertum laxatum è nimis vteri aditum contrahunt, eundemq; prolapsum reprimunt, ac pristino restituunt.

*V.  
Vasistas.*

tuunt

tumnt loco. Alia deniq; attrahendo & purgando quascunq; vteri sordes accumulatas foràs eliciunt. Speciatim verò penicilli adhibentur, quando collum vteri, aut labia pudendi muliebris inflammationibus & doloribus infestantur, aut vlceribus scartēt, aut aliis quibuscunq; incurfantur affectibus, qui pessorum reliquorum duritiem non ferūr. Cum enim hi penicilli sint mollissimi, sine molestia hisce in casibus vsurpantur. In primis autem penicilli valent, quādo pudor puellaris priapiscora cætera respuit: siquidē hæc, non nisi refractis virginitatis repagulis, intromitti queunt. Ita sæpius accidit, vt partis affectæ conditio & natura, non omnia semper etiam eximia admittat remedia, quando scilicet ea vel propter pondus grauant, vel duritiem lædunt, aut aliam certam ob causam minùs conueniunt. Pessaria autem longa & ex metallis fabricata, ad dilatandum vteri collum nimis augustum particulariter conueniunt.

Sæpe enim fit, vt hanc ob causam, vxores maritis tori cōjugalis debitum denegēt; aut non nisi maximo cum cruciatu exoluant: siue etiam ad vterum foràs prolapsam, intrò propulsandum. Sic quoq; quæ in ipsam vteri cauitatem inserantur, pessaria

In pessorum vsu multa notatu digna occurrunt. Pessaria namq; longa & duriora, <sup>VI.</sup> <sub>Vsu.</sub> antequam sinui pudoris indantur, ejus interiora oleo malactico & leniente; vt, ol. amygd. dulc. lil. simpl. vel simili, prius ungi debent: vel fragrante quodam, vt, nuc. myrist. caryophyll. moschel. vel alio, in quo zibett, aut moschus dissolutis fuerit; modò morbus id admittat. Imò ipsa etiam externa pessorum superficies comode his inungitur. Si ipsi matricis cauitati intrudi debeant, pessi, fatus & infessus malactici, ad oris vteri relaxationem præcedant. Antequam quoq; subdantur pessaria, alvus & vesica exoneranda, quia matrix his interjacens, ab illis aliàs nimium comprimitur. Pessi quin etiam filum ad alterum & crassius extremum annexum gerant, vt quando lubet iterum extrahi queant: atq; filum istud coxæ alligetur, aut benè sit longum, si præsertim pessus, ex gratum spirantibus confectus: nam hæc auidè vterus prolecat. Quod etiam de penicillis inaudiendum, si penitus intrudi debeant. Idem tamen vt fiat non est necessum, in illis pessis qui intrà vterum geruntur.

Pessaria, præterquam quod post gurgatio

H h

tio

vniuersales vt plurimum adhibeantur, vesperi tamen maximè hora somni subduntur, aut etiam alia quauis; veluti anodyna, & quæ affectus vrgentes subleuât. Cathartica manè imponi possunt: ante viri congressum, quæ conceptionem iuvant: quæ verò vterum suò retinere loco debent, fluxu menstruorum ferè desinente.

Hærare autem pessaria, debent in loco affecto non semper vno & eodem temporis spacio. Dolorem sopientia si opium, aut alia vehementia narcotica in paulò maiore receperint quantitate, vltra semihorâ aut integram in pudendo relinqui non debent: ad lubitum verò, si nihil horum habuerint. Quæ ad mensium suppressorum purgationem, aut aliàs etiam ex acrioribus & vellicantibus sunt composita, post vnâ atq; alteram horam auferuntur, ne exulcerationem in genitalibus causent. Quæ emollitionis, consolidationis & constrictionis gratiâ subduntur, per horas iij. iv. vel etiam integram noctè inhærescere permittuntur. Plurima, ad triduum, quatrimum, aut affectus plenariam curationem infixâ permanent.

Imò quædam toto vitæ curriculo circumferuntur.

feruntur, nec vnquam, aut non nisi grauidè causa eximuntur: qualia sunt quæ ad vteri prolapsum præcauendum ejusdem cavitati immittuntur. Neq; enim pessaria hæc, si ritè præparentur, nec nimis magna sint, congressum aut conceptionem impediunt. Adcò vt mulieres, si modò ipse velint, etiam maritis inscijs, remedij hoc genere frui possint. Vt tum rationibus, tum exemplis comprobatur Franc. Rousselus in suo de partu Cæsar. tractatu. Interdum post aliquot horas pessus extrahitur, recensq; subijcitur: in primis verò siccantes & astringentes sæpius renouari debent.

Si penis vaginam dilatare debeant priapiscota, duo, tria, aut plura inæqualis conficiantur magnitudinis, ac primò tenuius, mox crassius immittatur. Quando pessaria ardorem in mulierū genitalibus causarint, ipsis remotis, eedem partes refrigerante & lenienti quodam decocto, hordei, v. g. maluarum, vel simili eluantur: aut ceratum infrigidans Galeni, aliudue huic, par indatur.

Cum deniq; vterum retinere debeant suppositoria hæc, fetus adstringētes & corroborātes simul adhibeātur, decubitus tranquillus, supin<sup>9</sup>, clunib<sup>9</sup> subleuatis & crurib<sup>9</sup>

484 FABRICÆ RECEPTARVM  
adductis ac decussatim positis præcipiatur.  
Sed de his fusiùs Practici in curatione pro-  
lapsus vteri.

## CAPVT IX.

### *De Suppositoriis.*

I.

*Quid sint*

*Nomen.*

**Q**VÆ vulgò Medicamenta Supposito-  
ria, à supponendo vel subjiciendo di-  
cuntur; eadem Græcè eandem ob causam  
*ὑποδela*, vel *ὑποδέματα* vocantur. Olim  
*βάλανοι* & Glandes nūcupabātur, quod for-  
mam glandium quercinarum referebant.  
Hodierno verò tempore teretia plerumq;  
& tres, quatuor aut sex digitos transversos  
longa, ac instar pyramidum in acumen fa-  
stigiata efformantur. Fuerunt qui & Colly-  
ria vocarint, vt Columell. Aurel. &c. Ra-  
tionem reperies in Collyriis. Aetius Glan-  
des subdititias appellat, Balanifmos & Pes-  
fulos Aurel: Quidam, etiam recentiores  
Candelas indigitant. Parantur aliquando &  
suppositoria formâ rotundâ instar penicil-  
lorum medicamētis lanâ vel linteo excep-  
tis; Sed de his satis abundè capite præce-  
denti egimus. Nolumus enim hic eadem  
denuò inculcare.

Est

Est igitur Suppositorium remedium externum, topicum & ano dicatum, solidum, ac in pyramidis formam effictum. *Descriptio*

Suppositorium aliud Simplex, aliud Cōpositum: atq; hoc vel Purgans, vel Alterans. Purgans aliud mitius, quod alvum solummodo aperit, & excrementa in proximo hærentia elicit: aliud fortius, quod à superioribus intestinis & partibus quoq; remotioribus educit. *II. Differentia*

### *Simplex.*

Suppositorium Simplex & q. naturale fit ex variis rebus. Aliqui enim radices succum lentum habentes, vt alth. malu. & similes commendant: alii caules betæ, brassicæ, bryon. mercur. excorticatas propter nitrositatem subponunt. Quidam mel coctione inspissatum, candelam ceream aut sebaceam, vel saponem in figuram convenientem effictum, adhibent. Atq; hæc plerumq;, vt facilius subeant oleo communi vel alio inunguntur: interdum & saccharo, vel potius sale, ad majorē irritationem consperguntur. Vsurpantur & à nonnullis in hunc finem ficus sicca & inversa, butyrum *III. Compositio*

H h 3

tyrum

tyrum frigidâ induratum, lardum in longitudinem concisum, caseus, sebum, pleurumq; salita.

Sunt qui infantibus amygdalas saccharo incrustatas aut alias confectiones oblongas subdant. Hasurtus penidias suppositas in patientibus contra vermes multum valere ait: aliqui quoq; ex alio solo, in pueris, qui flatibus torquentur, vtile suppositorium parari dicunt.

### *Compositum*

#### III. *Compositio*

*Materia  
Qualitas  
& Quantitas*

Cum propter facultatē expultricem pigram, vel obtusiorē partis sensum, modò enumerata nihil efficiunt suppositoria: artificiale quoddam, & magis stimulan- adnare necessum est. Atq; hoc ad sui compositionem, duplicem requirit materiam. Vnam Informandam, alteram verò Informantem. Prior est pulvis aliquis: isq; vel purgans; vt, aloë, agar. sēna, colocynth, scamman. verat. euphorb. nitrum, sal commune, gemmæ, ammon: stercus muris, species hierarum, aut alius quidam; simplex, vel compositus; officinalis, aut magistralis: vel alterans; qui varius est, prout affectus, cui accommodatur suppositorium, requirit.

Ma-



Materiam verò informantem constituit plerumq; mel coctione eò vsq; in crassarum, dum digitos amplius non inficiat; aut super orbem stanneum lapidem uè marmoreum effusum concreseat: interdum ipsi vitellus oui additur: aliquando verò mellis loco sumitur succus coctione inspissatus; aliquando farina hord. tritic. &c. cum aqua in massam redacta; aliquandò cera & oleum, vel ceratum aut emplastrum aliquod.

De pulueris hujus quantitate regula certa dari nequit. Interdum enim grana saltem aliquot, aut ℥ss. pro vno suppositorio sufficiunt: si nempe puluis viribus sit excellens; aliquando verò sumitur ℥j. Drach.ß. si idem puluis minus sit efficax aut natura in excernendo admodum pigra.

Materiæ verò informantis pondus raro exprimitur in formula. Est enim triplum, quadruplum, octuplum, aut etiam decuplum interdum, ad pulueris pondus.

## PARADIGMATA.

### Suppositorium molle.

IV.

Formula

℞ Thuris, myrrh. croci, opij Ana ℥j. Subtilissimè pulueris. excipe mucilag. sem. psyllij.  
Hb4 Vnc.

488 FABRICÆ RECEPTARVM

Vnc. R. vitello ouj, & pomada q. s. est. Excipi flocco & applica. Ad ani inflammationes & dolores Casp. Bauh.

Aliud ad rhagades.

℞ Empl. de cerussa Vnc. R. camph. gr. iiij. f. Vng. cum pauco pomada, & ol. rosac. turunda oblinatur & indatur in anum. Idem.

Globulus excrementa ducēs  
lenis.

℞ Mellis concreti, vel masse ex far. tritici, vel hordei ex aqua cocta ℥ ij, salis communis ℥ j. Redigantur in globulum crassitie digitalis aut pollicaris, qui ad fornacem vel solem siccetur. Vbi vsus necessitas adfuerit oleo vel butyro intingatū, ac in album sic penitisimè demittatur. Andern.

Alius.

℞ Vitell. oui tosti recentem, quem sale conpersum, cultroq, unà cum sale in tenuissimas concisum particulas commisce. Huius partem reli-

reliquam magnitudine auellana linteolo tenui  
in fere, filog, longiore constringe, id quod prop-  
ter commoditatem extractionis minimè præ-  
cidas. Postea in oleum feruens in yce, ex quo  
rursus exemptum, mox in loca secretiora, dñ  
calet in fere. Ranzouius.

### Glans.

℞. Mel decoctum ad spissitudinem, misce  
cum far. tritica. postea mitte in mēsam, & ad-  
dito butyro recenti non salito in teretem lon-  
gamq, formam finge. Idem.

### Alia.

℞. Sal. com. Drach. ℞. vel gemma ℞℞. vel  
sterc. muris ℞j vel ℞ij aut sp. hier. Drach. ℞.  
mell. Vnc. j. M. Heur.

### Suppositorium ad flatu.

℞. Mellis cocti ac concreti Vnc. j ℞. sem. a-  
nis. fenic. Ana ℞j. sem. carni ℞ij. colocynth.  
℞j. sal. vulg. Drach. j. M. Cordus.

### Glans dolorem sedans.

℞. Opy ℞j. croci. castor. Ana ℞℞. Tusa &  
cribrata cum melle cocto aut cerâ & ol. nymph.  
in unum coeant. formenturq, glandes, quibus  
filum appensum sit. VVECK.

Suppositoria facultatem expultricem, V.  
stimulantia ferè in locum clysterum substi-  
tuuntur, in ægris & affectibus, in quibus al-

H 5

uum

uum fluere bonum, nec interim enematis eluere tutum. Ut sunt primum ægroti vel propter ætatem, quales lactantes & pueruli, aut senes decrepiti, vel propter morbum, nimis debiles. Mulieres item prægnantes, in primis partui proximæ, aut quæ nuperime pepererunt; quia & hæ, frequentiori præsertim clysterum vsu offendi solēt. Subduntur etiam glandes, quando consuetudo clysterem non sustinet. Reperiuntur enim nō pauci, qui quidvis potius, quam clysteres admittant. Quibus etiam annumerādi, qui assumpto clystere statim post primam, sedem in animi deliquium incidunt, vel à clysmatibus infusis tormina patiuntur. Cōueniunt etiam in ruptis, ani prolapsu ac inuersione, venis hæmorrhoidalibus tumentibus, ani vlceribus & tumoribus. Imò quādo præ frigore ita constringitur podex, ut clyster infundi nequeat, aut fæces in recto intestino retentæ ac induratae, transitum ipsi denegēt. Deniq; etiam suppositoria loco clysmatum vsurpātur, vbi temporis angustia & affectus vrgentia clysterem parari non patitur; aut quando vnus, vel duo clysteres iniecti, ut sæpè vsu venit, in passione colica, & ijs, qui alui sunt segnioris, per aluum nou redeunt: vel cathartica per os assumpta, tardius operantur.

Præter

Præter hæc autem suppositoria dura & oblonga atq; cathartica, conferunt maxime ijs, quibus aluus ferè semper attricta, ad eam sollicitandam, & ab excrementis subsistentibus liberandam; interdum & ad reuellendum, vbi humores ad superiora vergunt, aut facultas expultrix sopita, vt in phrenitide, febribus exurentibus. caro, comate, lethargo. apoplexia, paralyfi, epilepsia, doloribus aurium & dentium: nec non quando hæmorrhoides aperiendæ, in morbis melancholicis.

Mollia autem cōducunt inprimis ad affectus ani idiopathicos, inflammationem, tenesimum, dolorem quemuis, resolutionem. procidentiam, condylomata, vlcerarhagades, ascarides, hæmorrhoidas apertas vel cæcas.

Suppositoria dura & solida plerumque tēpore vs<sup>9</sup> butyro vel oleo illini solēt, imò quæ horum ad aluum subducendam ano imponuntur, sæpius simul & sale, vel alio puluere cōsparguntur, vt excretionem accelerent. Sæpiusculè & filum alligatur, vt quando visum fuerit, iterum extrahi possint. Atque hæc, vacuo inprimis existente ventriculo, intrudi debent. Alterantia verò quando affectus suaferit.

Has

VI.  
V. 100.

Has furtus in suppositorijs adminiftrandis, Lunam in fignis frigidis & humidis; vt. cancro, fcorpione & pifcibus exiftere vult. Sobriè cauendum, ne fuppositoria narcotica diutiùs podici immorentur, aut nimis fapè fubponantur, quia facilè fphyncteri paralyfin inducere poffunt.

### OBSE RVATIONES.

*Medicamenta cathartica in fuppositorijs minori in quantitate præfcribenda, quam fi per os affumantur: quia periculum eft, ne alias inteflina exulcerent: narcotica verò & ftrupefacientia maiori pondere præfcribenda, quã fi ore deglutirentur, quia hac in parte, non ita facile in actum deducuntur, nec etiam fuam vim cerebro communicare poffunt.*

*Adde, quod prohibitu iterum, fi fatis operata fuerint, remoueri poffint.*

*Immoderatio, præfertim acriorum glandium vfus, hæmorrhoidas accerfit, & interdù vlcera ano inurit. Cautio etiam fit, ne fuppositoria fortiora & acutiora grauidis fubijciamus: aut ijs, qui ani affectibus dolorificis, eiusdem inflammationibus, condylomatibus, ulceri-*

reribus, fissuris, hemorrhoidibus, & similibus infestantur malis.

Rondeletius scribit consuetam suppositoriorum longitudinem plane esse inutilem, cum facultatem expultricem non irritent nisi quâ partetangunt podicem, aut recti intestini extremum: satius itaq; esse, ad glandis maioris similitudinem ea effingi, crassitie digiti utrinq; acuti: ut facile ingeri & egeri possint.

Contra tamen aliqui, hanc longidutinem non inutilem esse affirmant: cum toti intestino recto facultas expultrix sit connata.

Balani ex melle parate in oleo seruantur. Prohibet enim hoc mellis iam cocti & indurati dissolutionem.

At commodius multo insiguntur butyro, aut axungie porci.

## CAPVT X.

### De Enematis.

**M**ulta etiam egregia remediorum genera casu inuenta, nemo est qui ignoret. Inter quæ præcipuum est Enema, cuius vsum hominibus demonstratum esse, ab aue Aegyptia, ciconiæ haud absimili, quæ Ibis vocatur, scribit Galenus in Præfat. sui Introduct. & lib. de ven. sect. adv. Erasistr. Hæc enim avis, si spontè non expurgetur, rostro

**I.**  
*Quid sit* tur, rostro acuto haurit aquā marinam, aut Nili, & colli cute, eā, tanquā clysteris vtre, repleta, per anū sibi ipsi postmodum eandem infundit, intestinaq; proluit. *Ενεμα* autē q. *ἐνίμημα* à verbo *ἐνίμημι*, inijcio, immitto, infundo deriuatum, nomine à modo vtendi deducto, in genere quamlibet injectionē, in partem quamuis significat. Imò hodiè vox Iniectionis, à Chirurgis ferè tantum, de ijs, quæ in virgam, vterum, vulnera & fistulas antiquatas fieri solent usurpatur. In specie verò Enema, de ea accipitur Iniectione quæ fit in anum, quæque alio nomine à *κλύζω*, eluo, lauo, *κλύσμα*, *κλύσηρ*, *κλύσμαλίον*, *κλύσέριον* & *ἐγκλύσμα*, Latinè Lauamē & Lotorium dicitur: quia hęc medicamēti forma, intestina in primis crassa quāsi eluuntur. Vocabulū *Κλύσηρος* quoq; ipsum instrumentum, quo liquor inijcitur, teste Galeno 5. meth. c. 10 significat.

*Descriptio* Enema igitur est medicamenti genus externum, topicum & liquidum, quod varijs corporis partibus per clysterem infundi solet.

**II.**  
*Differētia* Sunt autem iniectionum variæ ac plures species. Aliæ enim sūt in aures, vterum, penem, vlcera ac fistulas: aliæ verò ano & intestinis sunt dicatæ, quæ propriè *κλύσματα* dicun-



dicuntur. Atque horum aliud simplex, aliud compositum: idque vel Purgans, vel Alterans. Purgans aut leue ac laxans solummodò, aut forrè & verè catharticum. Alterans verò aliud emolliens, astringens, dolorem sedans, &c. imò quot intestinum vitia, tot horum clysterum species.

Ex hisce verò Iniectionibus ex primum fortiantur locum, quibus siphone in podicem indito, alius ac intestina profunduntur. Hæ enim maximè sunt celebres, & vsus frequentiam reliquas omnes superant.

### *Clyster simplex.*

Clyster simplex ex vno aliquo natura, <sup>717</sup> *Compositio* <sub>tio.</sub> vel arte parato liquore constat, vt est lac, vinum, oleum quoddam, hydromel, vel alius aliquis scopo conueniens humor.

Eius autem mensura non semper est eadem. Pro puerulis namque Vnc. iij. iv. v. sufficiunt: pro adultioribus requiruntur Vnc. x. ℥ j. vel etiam Vnc. xv. In corporibus autem vastis quandoque ascendimus ad ℥ j. ℥. vel ℥ ij.

Quod

Quod nonnunquam etiam fit, si ad emolliendum vel diluendum clysterem prescripserimus, aut eundem ad altiora peringere intestina, citiusue reddi voluerimus. Minor verò quantitas, id est, Vnc. VI. VIII. aut ℥j. ad summum assumenda, pro senibus, difficulter spirantibus, hydropticis, flatulentis, colicis, nephriticis, ruptis, hysteris & ingrauidatis: Nec non si aluus propter faeces induratas reniteat, affectusue in intestinis subsistat inferioribus: aut denique, si clysteres sint anodynii vel nutriētes, aliamue ob causam diutius intra corpus retineri debeant.

Pro mulieribus verò maiorem clysmatis copiam, quam pro viris imperat Ruffus Ephesius apud Oribas. Ita tamen ut maxima quantitas non excedat heminas tres, id est, Vnc. xxx. Causa secundum quosdam refertur in facultatem expultricem, quæ quia mulieribus inest magis imbecilla, maiore irritatione indiget, & ob id amplior liquoris moles mulieribus infundenda. Addunt præterea & hanc rationem, quia uterus & vesica intestina dum comprimunt, clysterum transitum non nihil quoque impediunt, quare necesse est, ut is clysmatis copiâ aperiatur. Atque hæc quæ de liquoris

quoris quantitate haecenus dicta sunt, etiam ad clysteres compositos accommodari debent.

*Clyster compositus.*

Clysinata composita etsi subdividantur in Alerantia & Cathartica, nos tamen, gratiâ brevitatis, de vtrisque simul agemus, atque sic vna fidelia duos dealbabimus parietes. Componuntur autem hæc clysmata ex varijs & diuersis admodum tum, viribus, tum consistentia medicamentis: Fluidis scilicet, Mollibus & Siccis. Fluida sunt vel magistralia, vel vsualia. Magistralia, vt decoctum aliquod ex pluribus, paucioribus ué simplicibus alteratibus siue etiam purgantibus, in liquore quodam conuenienti decoctis, paratum. Officinalia, vt aq. stillat. succi expressi, olea communia vel destillata, mel, mucilag. syrapi, aut his consistentia conformia, vehuti mel rosat. simplex aut solut. &c. item vinum, lac, vel similes liquores.

Mollia: vel sunt simplicia; vt, butyr. pingued. seuæ, vitelli ouorum, rob, pulp.

Ii

cafs.

III,

Composi-

110.

Materia

Qualitas

cast. prunor. &c. aut extracta quædam simplicia: vel composita; vt conferu. confect. electuaria mollia & extracta composita, vti etiam vnguenta.

Sicca: veluti est saccharum. falsis species, ac pulueres alijquicunq; simplices aut compositi, alterantes siue purgantes.

Assumuntur autē ex hisce enūeratis ad clysteres aliquando solūm fluida, aliquādo simul addūtur & mollia, aut sicca, aliquando verò vtraque: atque ex singulis eliguntur modò plura, modò pauciora, prout visum fuerit: eaq; vel solum alterantia, vel simul & cathartica, si clysterem libeat parare purgantem.

*Quæstias.*

Diuersâ autem hæc admodum inter se concurrūt analogiâ, & fluida reliqua semp longè superare suâ mole debent. Ita vt fluidorum dosis in vniuersum sit ℥ ℞. ℥ j. aut aut j ℞. obseruatis interim theorematis in simplici clystere adductis. In specie autem, circa materiam hanc fluidam notandum, etsi nunc hæc, nunc illa, in ipsâ pondere præualeant; tamen syrupos, mel, succos qualitate admodum efficaces, & si quæ sunt alia huius generis medicamenta fluida, vltra Vnc ℞ j. vel ij. rarò clysteribus admisceri: olea verò per destillationē elicitâ, & spiri-

spiritus dicti ad ℥ j. saltem, Drach. j. aut ij. iisdem affunduntur.

Quæ verò mollia vocauimus veluti sunt confectiones, electuaria, extracta & oleaginosa ac pinguis illa ad Drach. ℥ ij. Vnc. ℥. aut ij. etiam, fluidis solent addi: ex his autem vnicus vel alter saltem oui vitellus ad vnus clysmatis compositionem adhibetur. Sed ex solidioribus saccharum permiscetur ab Vnc. ℥. ad Vnc. j. vel ij. sal commune ad ℞. ℞. ij. vel Drach. ℥. Drach. ij. acria verò magis, dosi dimidiâ. Pulueres denique reliqui ad Drach. ℥. ij. aut Vnc. ℥. prout magis vel minus fuerint efficaces. Purgantia autem, vt hoc coronidis loco addamus, in clystere cathartico duplo debent assumi pondere, quam si per os exhiberentur.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula

Clyster pro infante trium vel quat. annorum.

℞. Iuris carniū vel gallinæ Vnc. iij. ol. vel butyri Vnc. ℥. sacch. Drach. ij. M. Sen.

Ii 2

Cly-

## Clyster. emolliens & stim- mulans.

℞. herb. quant. emoll. Ana Mj. sem carth.  
Vnc. j. fœnic. anis. cari Ana Drach. iij. F. decoct. ex aq. ℞ præscripti decocti ℥ j. hier. simpl. vel diaphœn. vel bened. lax. aut elect. Indi mai. aut de citro Vnc. s. mell. des. Vnc. j. sal. com. Drach. j. vel sal. gem. ℥ j. vel Drach. s. ol. chamomal. viol. Ana Vnc. j. s. M. F. clyster. Heur.

## Alius fortis in caro.

℞. Rad. jrid. rec. Vnc. ij. enul. angel. Ana Vnc. s. galang. Drach. ij. herb. salu. ruta. beton. orig. Ana Mj. fl. roris mar. stœch. primul. Ana Pj. bacc. lauri Vnc. s. sem. eruca sinapis Ana Drach. ij. s. fœnic. Drach. iij. agar. Vnc. s. rad. esul. Drach. ij. surfur. Pj. F. decoct. & in ℥ j. col. dissolu. succi ruta Vnc. s. succ. mercur. Vnc. j. bened. lax. hier. Log. Ana Drach. ij. castor troch. alhand Ana. Drach. s. mell. anthosol. rutac. Ana Vnc. j. sal. gem. Drach. j. M F. Clyst. Plat.

## Clyster. detergens in dysen- teria.

℞. horad.

℞. Hord. torref. Mj. furfur Pj. verbasci a-  
grim. Ana M℞. Coq. in s. q. aq. simpl. colat. ℞.  
Vnc. xviii. ol. rosac. compl. Vnc. j. (vel potius  
mellis rosati) sacch. rubr. Vnc. j. ℞. M. F. Clyst.  
Crato.

## Alius adstringens in eadem.

℞. Seri lactis in quo chalybs sit ext. ℞ j. ℞.  
seu hirc. Vnc. ℞. ol. rosar. compl. omphac. vel cy-  
don. Vnc. j. succi plantag. Vnc. ℞. boli Arm.  
Drach. j. M. Idem.

## Alius ad dolores dyfente- ricos.

℞. Tragac. Drach. ij. in rosarū decocti Vnc.  
iiij soluantur: his cremoris oryza tantū dem-  
per clysterem infundatur Andern.

## Alius emolliens.

℞. ol. commun. ℞ j. butyr. rec. Vnc. iiij. mu-  
cilag. sem. lini, sicuum, alth. Vnc. iiij. M. F.  
Clyst. Bert.

## Alius glutinatorius.

I i 3

℞ Succē

℞. *Succi vtriusq; plantag. portul. Ana Vnc.*  
 iij. *bol. Arm. sang. drac. amyli Ana Drach.*  
 ℞. *seui hirc. vel caprilli Vnc. j. M. Andern.*

## Alius nutriens,

℞. *Decoct. pulli, vel hordei perfectè cocti*  
 ℞ j ℞ *vitell. ouorum Num. iij. vini Vnc. iij M.*  
*Rondel.*

V.  
*Utilitas.*

Adeò varia & egregia clysterum sunt, commoda. et si iisdem nostri Germani minùs frequenter vtantur, vt Aegyptij singulo mense eos adhibuerint: ob quam etiam causam eosdem maximè sanos fuisse Herodotus censet. Et adhuc hodierno tempore sanè. omnis ferè euacuationis initium, apud Gallos & Italos, à clystere sumitur, quoties alius non spontè soluitur, morbusq; inducias patitur: siue medicamentum purgans exhibendum. siue vomitus promouendus, siue vena sit secanda Prohibent enim clysmata, ne venæ, sanguinis detractione inanita, tetrìs vaporibus ab intestinis inficiantur: vomitus etiam impedimenta subtrahunt ac viam medicamento cathartico præparant. Imò pauci reperiuntur morbi,

quo-



quorum curatio clystere non adiuuetur, nullaq; ferè corporis pars est, quæ ex illis solamen non percipiat. Ac etsi in primis crasforum tantum intestinorum vitij clysmata medeantur, sicut superiorum medicamenta per os assumpta: non minus tamen alij quoque partibus etiam longissimè diffitis ex consecutione vtilia esse possunt. In specie verò clysterum alterantium, alij calefaciunt, vel refrigerant, tum intestina, tum totum corporis habitum: alij humectant, emolliunt, laxant, humorum acrimoniam attemperant, dolores mitigat: alij attrahunt, adstringunt, repellunt ac intestina roborant: alij detergant, consolidant ac glutinant. Hinc refrigerando & leniendo totius corporis ardores, lumborum æstus, intestinorum & vicinarum partium inflammationes, ilei & tenesmi cruciatus, & dysentericorum tormina mitigant: vel laxando emolliendo & humectando; alui segnitiam emendanteiusdem & intestinorū obstructionē ac constipationē tollūt & calculos renū elidūt: vel constringēdo & siccando fluxum alui immodicum vt diarrhœam, liëteriam, superpurgationē, & alios cohibent: vel discutiendo, ventris inflationē, ascitem, tympanitē & colicam adiuuāt.

vel detergendo, siccando ac conglutinando intestinorum vlcera sanant: vel dulcedine suauilumbricos interranearum alluciunt, vel amarore ingrato ac abominabili eisdem enecant: vel calefaciendo & leniendo dysuriam ac ischuriam remouent: vel vi anodynâ aut narcoticâ dolores intestinalis ac partibus vicinis eripiunt.

Priuatim quoq; nutrientium vsus, in passione cardiaca, cardiogmo, vomitione assidua, virium imbecillitate, & ubi æger ab omni abhorret cibo; in apoplexia quinetiam. aut alijs morbis, quando per os nullus assumi potest cibus: vt interim corpori alimoniam subministrent. Lenientes verò & eccoprotici clysteres excreticem intestinalium facultatem excitant, fæces induratas emolliunt dejectionis viam parant ac expediunt. Hinc purgationis, vomitionis & venæ sectionis administrationem securam reddunt.

Clysmata deniq; cathartica, aut reuelendo, aut deriuando, aut euacuando profunt. Si caput dolor, vigilæ, somnus profundus, apoplexia, vertigo, spasmus aut mentis deprauatio exercuerit: si oculos lipitudo, scotomia, suffusio infestauerit: si auribus *æpuroia*, tiñitus ac sibilus molesti fuerint:

rint: si fauces catarrhus, angina aut strangulatio tentauerit: si pecc<sup>9</sup> suffocatio, asthma, pleuritis, peripneumonia afflixerit: si coræstus, febris, malignitas, palpitatjo, venenum, Syncope obruerit: si ventriculum inappetentia, vomitus, cardialgia exagita- verit: si mesenterium, jecur, lienem & hypo- chondria dolor, obstructio, & inflatio inuaserit: si artus dolor & cruciatus habue- rit. Hæc, inquam, mala omnia, clysteres purgantes oppugnât. Imò sæpè ijdem, præ- fertim actiores, aut sæpius repetiti, excre- menta in intestinis retenta & morbos pro- gignentia dejiciūt, quæ antehac nulla pur- gationis vi exturbari poterant.

Vt verò clyster ritè applicari atq; intra *VY.*  
intestina transfundi possit, certum etiam *Vsm.*  
requiritur instrumentū, quod suprà quoq;  
clysterem appellari diximus. Pro hoc au-  
tem Nostri vtuntur vesica bouinâ, cui cor-  
neam, eburneam, argenteam, vel alterius  
materiæ fistulam rectam ac perforatam ad  
finem annectunt, podiciq; intrudunt. Estq;  
vesica commodior sacculo coriaceo, quem  
aliqui loco illius adhibent: siquidem saccu-  
lus non ita commodè comprehēdi potest,  
nec ita certi esse possumus, totum esse in-  
jectum humorem. Quibusdam in lo-  
cis

cis etiã Syringã vtuntur, nec incommodè, quia per hanc, vno quasi injectu medicamentum in anum protruditur.

Qui verò aliis negotium hoc committere nolunt, ipsi sibi clysterem applicare possunt, per instrumentum, ad hoc negotium, apprimè fabricatum; qualia passim apud authores descripta reperiuntur. Inter cæteros verò vide Guilhelm. Fabric. in obseru. chirurg. obseru. 78.

Calidi omnes, non tamen nimis, infundi debent clysteres. Cuius rei experimentũ est, si vesica liquore clysteris repleta, externæ manui, aut buccæ applicita, citra offensionem tolerari possit: aut si quis digito in humorem intincto, faciliè calorem ferat. Tepidis autem clysmatis non vtendum, quia inflant; neq; etiam frigidis, siquidem frigus partibus neruosis bellum indixit. Quamuis Iul. Cæs. Claud. & Andernacus in febribus ardentibus, aut si ægrî clysteres statim reijciant; clysmata actu frigida licere infundere asserant. Cerrus quinetiã situs obseruandus, clyster quando iniicitur: & quidem ex Mundini & Fernelij sententiã, in dextrum, latus decumbendum. Facilius namq; atq; celerius hoc modò cly-

clysterem subire, sursumq; excurrentem interiora proluere, ajunt. In sinistro verò decubitu in recto, aut colo intestino, quod aliorū mole premitu, plerumq; eundē subsistere affirmant. Auicenna verò decubitum supinum suadet, eleuatis interrim eruribus, vti monet Ægineta. Rhafis & Iouertus in latus sinistrum decumbere volunt ægrum. Sed, authore Caspar. Bauhino, parum refert quocunq; decubitu immittas, dummodò decumbenti sit optabilior, siquidem intestina à mesenterio suspensa detineantur, ita vt quocūq; decubitu clyster indi possit nullo incommodo ob decubitum orto. Iubent præterea quidam, vt æger ore sit hiante, & in figuram se curuet semilunarem. Id enim laxare abdominis musculos. Infuso verò clystere supinus aliquandiu jaceat, mox in latus, si quod dolet, se vertat. In injectione clysmatum *Oribas.* nutrientium debet fistula quam longissima esse, & clyster vi maximâ injici quo ad partes superiores, quam maximè ascendat.

Clysteres non nisi tribus vel quatuor à cibo horis injici debent, aliàs ventriculum subuertunt, chylū crudū in intestina rapiūt, atq; coctionē, & distributionē labefaciunt. Modò non necessitas vrgeat in apoplecticis

eticis, lethargicis, & aliis soporosis, doloribus vehemētissimis, suffocationibus vteri, haustis venenis, & similibus affectibus, moram nullam admittentibus.

Derinendi clysteres magis minusue diu pro variatione scilicet affectus. Abluentes aut detergentes suprà horam dimidiam, haud retineantur: dolorem mitigantes diutius contineri debent, nisi opium aut alia narcotica vehementia receperint. Omnium longissimè cohiberi debent, quibus glutinandi aut nutriendi inest facultas. Qui verò cathartica vi sunt præditi, sua sponte erumpere solent. Quod si nimis diu in corpore subsistat clyster, vel propter cruciatus vehementissimos, colicos, iliacos, nephriticos; qui, omnia q. absorbendo, vacuationem remorantur: vel propter longam inediam, aut cibi parsimoniam præcedentem ob quam clyster sursum, rapitur, vel quod minus sit acris siue purgans, aut aliàs Natura ad excretionem ignaua siue debilitum acrior alter indatur, sed paucâ quantitate ad Vnc. vii i. x. scilicet, glansuè subijciatur, quò clyster revocetur, aut æger cibum sumat, jusculum uè carnis siue hordei cum multo saccharo sorbeat, cui etiam, si velit, indormire potest.

Nam

Nam postea, licet non sincerus, ingent  
tamen fœnore clyster reddi solet.

## OBSERVATIO.

*In clysteribus non semper ista varietate & multitudi-  
ne opus est. ut ex singulis vegetabili-  
um partibus aliquid ad decoctionem mutuetur: cum tanta radic. fol. seminum, florum  
fructuumq; copia, quibus postea oleum & alia  
accedunt, clysteres male olentes pariat, qui ni-  
dore suo fœminis uterū commouens, & in vi-  
ris etiam caput, osq; ventriculi tentant atq;  
afficiunt. Vnde Prisci plerumq; solâ mulsâ &  
oleo contenti erant: atq; hodie etiam celebra-  
rissimos Medicos, sæpè ex una vel altera plantæ  
parte, clysterem utiliter parare videmus.*

*Quidam existimant clysteribus remiscen-  
das res esse peculiariter partibus dicatas, ut in  
potibus fieri assolet. Nam cum vitium cere-  
brum fecit clysteres ex beton. stœch. major.  
ceterisq; cephalicis herbis confectos injiciunt:  
ut & in aliis partib; male affectis aliis remediis  
utuntur, his amicitia junctis. Verum id alienum à mente Galeni esse videtur, qui 6. lib. de  
loc. affect. 2. scripsit superioribus intestinis la-  
borantibus potionibus succurrendum esse: at  
inferioribus affectis clysteribus opitulandum.*

*Etenim*

§ 10. FABRICÆ RECEPTARVM

Etenim potiones vim suam toto corpore fundunt ductuq; vene caue, (cui se inserit) undiq; traiciunt. Heur.

Carminantia clysteribus incocta opinione magis, quam reuera iuvant. Crato.

Olea, butyrum, adipēs, seua & similia pingua ac multum humida aut prorsus omitti, aut minori saltem in quantitate adijci debent clysteribus iis; quibus adstringendum; quia plus, quam par est lubricant. Aut quibus repellendum, facultasq; expultrix acriter sollicitanda. Pinguium enim horum adjectione tum intestinorum, tum cathartecorum vis hebes ac ignava redditur. Item, ubi intestina exulcerata sunt, ut in dysenteria vera, quia olea ulceribus inimica.

Ita etiam vitelli ouorum in clysteribus faeces emollientibus, & excrementa educētibus, non sunt prescribendi: quia tantum abest, ut in his quicquam emolumentii adferant, ut e contrario potius suo lentore fluxum excrementorum impediunt. His tamen uti licet, quando post assumpta medicamenta exulceratio timetur, tum enim intestina abluenda sunt, ne ab humorum acrimonia ledantur. His enim acrimonia mitigatur, at facultas humorum stimulan̄s obtunditur. Mercur. & Baub.



In contrariam verò partem Schyronius ita scribit. Ego in Enematibus illos probo, qui ferè semper adijciunt vitellos ouorum; cum vice alimenti sint, & hinc, commodius clysteres retineantur. & sic valentius vires suas exerat

Lacrymæ in clysteribus adhibita sunt periculosa, veluti sagapenum, ammoniacum & similia, quia aliquando adherent ad eò intestinis, ita ut repelli nequeant, & mortem inferant, ut docet exemplo Rondeletius. Ad hoc ergò precauendum, multo dissolui debent oleo.

In clysmis etiam nunquam butyro aut sene utendum, sine oleis, quia alias facile congelantur.

In clystere oblinente aliqui damnant sevin capræ & hirci, quia illa calida & acria existimant.

Si dolor capitis adsit, vitanda sunt quæ caput replent & tentant, ut cuminum, fenugr. sem. lini, & alia vehementer odorata. Aët.

Rarènter admodum, aut in ventriculum subit, aut in mesenterij venas rapitur clyster, licet odore vel sapore os nare suè feriat, aut etiam urinas inficiat. Fernel.

In clysteribus glutinantibus aliqui sarcoticos & adstringentes pulveres miscent, sed Rondeletius dolore eos se inducere scribit, cū supra ulceratâ partem resideant, quare eos omittendos suadet, nisi cū cicatrix confirmada, vel magis induranda.

§ 12 FABRICÆ RECEPTARVM

*randa. Sed pulueres tenuissime instar collyrij puluerari debent in cote.*

*Rarius clyster alterans ex solis constat alterantibus, nisi indicationes omninò dissuadeant, vt in anodyno, adstringente, nutriende. & c.*

*Nunquam nutrientes injici debent clysteres, nisi post rejecta excrementa, vel premissis alio clystere, qui aluum repurgarit, & quidem ex jusculopingui cū saccharo vel melle vel butyro. Quia alioquin excrementa clysteres inficerent. Et vt diutius clysteres nutrientes retineri possint, saccharū ipsis in pauca addendū quantitate, mel & omnia detergentia, item & acria ac stimulantia, veluti sal: olea quinetiam propter lubricitatem: nec deniq; magna quantitas injicienda, quia hæc excretionem accelerat. Curandum autem vt ager infuso clystere superdormiat. Nam sic melius retinebit & concoquet. Si verò post assumptionem, aliquam quantitatē velit reddere, non est impediendum. Rondel.*

*In clysteribus hydropicorum olea prætermittenda, vel rutaceū ponendum in parua quantitate.*

*Quando vermes volumus allicere fugienda olea, amara salsa & omnia acuta: amplectenda verò dulcia & insipida.*

*Fugiendus nimis frequens clysterum, præsertim*

fertim purgantium usus: quia chyli distribu-  
tionem impediunt, & Naturæ assuetæ, pi-  
grior redditæ, excretiones naturales postmo-  
dum omittit.

Mart. VVeinrich. in præfat. ad lib. de peste  
Cratonis hæc habet. Quam sæpè deestatus est  
me præsentem (de Cratone loquens) eorum, ut  
ipse nominabat, inscitiam, qui clysteribus tor-  
purgantia, diacarb. agar. colocinth. confect.  
hamech. hieram multaq; alia immiscent: cum  
nullus sit intestinorum tantus calor, qui, quod  
tamen necessarium est, in actum hæc medica-  
menta posset deducere, certumq; sit, magno æ-  
grorum incommodo, horum usu, maligna quan-  
dam imperiem iis partibus imprimi, unde  
& ignave ad excernendum fiant, & nihil abs-  
que auxilio faciant: plerumq; satis esse aiebat  
ea que molliunt, abstergunt, dissipant, consoli-  
dant adhibere.

In febribus, debilibus, senibus, convalescen-  
tibus & intestinorum mordicationibus, mi-  
norem dosim purgantium præscribimus: è con-  
trario verò in apoplecticis, lethargicis, coxen-  
dicum doloribus, & iis, qui exitiale venenum  
hauserunt, maiorem dosim imperamus.

K k

Pur-

*Purgantia in clystere cathartico raro decoquuntur, ferè tantum dissoluuntur. Dum agar. vel colocynth his vnà coquuntur linteo excipièda, aliàs eorum acrimonià vellicarentur intestina, & non solum metus doloris colici, sed etiam conuulsionis aut epilepsia impenderet.*

*Clysteribus catharticis olea & pinguedines non sine ratione commiscuntur, siquidem his, acriorum vis infesta, aliquo modo hebetatur. Horum etiã clysterum mensura ℥ij, non facile excedere debet, ne exulcerationem intestinorum progignant.*

## INIECTIONES reliquæ.

III.  
Composi-  
tio.

Sed tantum de Clysmatibus propriè dictis. Cum verò Iniectiones reliquæ, de quibus supra mentio facta, cum illis materiã & præparandi ratione planè conueniant, vitato omni prolixiore verborum ambitu, ipsarum paradeigmata quædam saltem subicere libet.

PARA-

## PARADIGMATA.

Iniectio in aures ano-  
dyna.

*℞. Lact. rec. muliebr. Vnc. ij. album. oui* <sup>IV.</sup> *Formula:*  
*agit. Vnc. ℞, axung. anser. Drach. ij. M. In*  
*inflammatione. Plat.*

## Alia ad vermes.

*℞. Ol. com. Vnc. ij, sem. absinth. Vnc. ℞,*  
*nitri Drach. ℞, Bulliant in duplici vase, de-*  
*inde fiat expressio. Merc.*

## Clyster vterinus.

*℞. Quinq<sub>2</sub> rad. aperient. rad. rub. mai. Ana*  
*Kk 2* *Vnc.*

Vnc. ij. rad. eryng. ciclam. iuniperi Ana Vnc.  
 iij. matricar. sabine Ana Mj. cinam. spice  
 vtriusq. asari Ana Vnc. ij. sem. nigell. Vnc. ℥.  
 F. decoct. in vino albo & aqua, vel in vino &  
 ol. chamem. E. iniectio per metrenchyt. ad  
 menses mouendos. Rondel.

### Alius ad vlcera leniter de- tergenda & siccanda.

℞. Fol. plantag. agrim. ceterach, myrti len-  
 tisci vel summit. pyror. sylu. vel rubi Ana Mj.  
 F. decoct. in aqua fontis. vel extinct. plumbi, &  
 in colat. dissolu. sacch. rubri & mell. rosat. col.  
 vel syr. de ros sicc. Vnc. iij. M. Idem.

### Alius adstringens.

℞. Succ. depur. plantag. polyg. Ana Vnc. ij.  
 ol. myrt. mastich. Ana Vnc. ℥℥. thuris ℥ij.  
 troch. de spodio, terr. sigill. Ana Drach. j, boli  
 Arm. ℥j. M. Sen.

### Alius ad suffocationem vteri.

℞. Galbani, opopan. Ana Vnc. j. ol. amygd.  
 dulc.

*dulc. viol. Ana Vnc. ℞. vini albi dulcis vel sapa  
Vnc. j℞. Macerentur in sapa vel vino per no-  
ctem, deinde liquefiant & colentur: rursus li-  
quefiant in oleis & iniciantur Rondel.*

### Iniectio in vesicam.

*℞. Rad. consol. mai. Vnc. j, caud. equina, fol.  
plantag. ceterach. piloselle, herniar. polyg. Ana  
Mj. ros. Pj, hyperici ℞℞, cum aq. bord. vel  
extinct. plumbi aut ferri. Iniectio ad ulcera.  
Idem.*

### Alia ad ardorem urinæ.

*℞. Aq. plantag. portul. Ana Vnc. ij, mucu-  
lag. sem. psyllij tragac. extr. cum aq. nenuph.  
Ana Drach. ij℞, M. F. Inj. Müllerus.*

### Iniectio vulneraria.

*℞. Rad. aristol. rot. bacc. lauri Ana Drach.  
j, cancrorum fluuiialium plena Luna capt. &  
in olla noua cōbust. Drach. ij, fol. prun. sicc. Pj,  
F. omnium pulu. qui includatur linteolo cum  
Mj, vinca peruinca, decoquatur in ℔iij, vini  
albi*

*Kk 3*

*opr. in uase vitreato ad consumpt. duarum partium. Varand.*

*ϕ.*  
*Vtilitas.*

Clysmata auricularia conferunt ad κούρωσιν, δυσνοσίαν, aurium tinnitum ac clangorem emendandum, inflammationes repellendas ac discutiendas, dolores leniendos, humiditates exsiccandas, vlcera detergenda cicatrizanda, vermes enecandos.

Iniectiones verò in penem & vesicam mucum, aut alias sordes, vesicæ orificio adhærentes, abstergunt, carnis excrescentiam & penis tubercula absumunt, ischuriam, dysuriam & urinæ acrimoniam tollunt, partium virilium ardores, inflammationes, gonorrhœam, exulcerationes, ac dolores sanant.

Clysteres vterini profunt quibuscunque ferè vteri passionibus, vt sunt intemperies quæuis, inflammatio, scirrhus, durities, inflatio, vlcera, sordes & impuritates adhærentes, mensum suppressio aut abundãtia, hæmorrhagia, menstrua alba, sterilitas, secundina retenta, abortus, vteri ascensus, prolapsus, aut in latus conuulsio &c.

In sinus deniq; & fistulas liquores immitimus, vt sordes ipsis affixas detergamus, carnem superfluam aut callos absumamus, vel recentem & nouam, regeneremus, eadem



easdem agglutinemus , consolidemus ac occludamus.

Iniectiones hæ infunduntur plerumque per siphonem vel syringam. In specie autè, in aures etiam citra siphonem, sæpissimè liquor instillatur, ex linteolo aut cottone expresso. Quæ verò in vterum fiunt, per instrumentum syringæ simile immittuntur, quòd Galeno *Μητρογυγύτις*, à *μητρα* & *εγχέω*, id est, in vterum effundo, dicitur. In vesicâ, si nempe via sit præpedita, aliquando fit iniectione cum cathetere.

Adhibentur ut plurimum iniectiones tepidæ, & nunc per horæ quadrantem; nunc magis minusve diu, pro natura scilicet morbi, intra partem affectam retinentur. Ob id iniectione factâ in aurem, in latus sanum caput reclinandum, si que satis diu humor intus fuerit moratus, in ægrum idem conuertendum. Nonnunquam ante humoris effluxionem, auris bombace obturari solet. E fistulis ferè statim refluere solet, idèd sæpius iniectione reiteratur. Aliquoties etiam in die Iniectiones administrari possunt.

Kk 4 OB-

## OBSERVATIONES.

*Clysteres uterini in virginibus locum non habent. Eorum igitur loco, in seffus vel balnea eligenda.*

*Studiosè cauendum, ne quum purulenta materia, vel sordes smiles puri effluunt e pene vel vesica, iniectionibus narcoticis utamur. Siquidè hæc retenta acriora reddantur.*

## CAPVT XI.

## De Epithematis.

**O**Ratione proximè antecedenti, eas cõplexi sumus remediorum formas ac species, quæ certis quibusdam partibus sunt destinatæ: nunc autem transgrediemur ad ea medicamenta externa, quæ indifferenter, aut omnibus, aut plurib. corporis partibus, exteriùs applicantur. E quorum ordine, primò omnium vt se in conspectum dent Epithemata, placet. Est autem horum, tempore hodierno, ratio longè diuersa, quam fuerit apud veteres. Apud illos siquidem Epithemata, vt ex Paulo, Aëtio & Dioscor. colligere licet, propriè erant malagma, gmata,

*1.  
Quid sint.*

gmata, id est, medicamenta, quæ ex eadem cum vnguentis ferè constabant materia, & mediis corporis partibus ventriculo, v. g. iocinori, lieni & eiusmodi aliis, ad molliendum & laxandum inprimis admouebantur. Quamquam & generatim, prout quoq; nomen Epithematis innuit, quæ etiã aliis imponebantur partibus medicamentata, epithemata nuncupabantur. Hodiè verò *Epithematis nomine*, plurimi nimis strictè intelligunt, saltè medicamentum, quod exterius cordis aut iecoris regioni applicatur. Nos verò non videmus, quo iure ab Epithematum numero excludantur, remedia illa liquida, quæ interdū toti pectori interdū mammis in mulieribus, aut testiculis in viris, ad februm ardore extinguentes applicantur: item; quæ artubus, aut partibus aliis quibusvis, ad inflammationes externas erysipelatodes accommodantur; nec non & ἀρακολλήματα Græcis dicta, q. Glutina-  
 menta, ( siue quod ex medicamentis oplendi, glutinandi adstringendique facultatem habentibus consistunt, siue quod humorum affluentium impetum sedent, siue quod lentore suo parti, cui applicantur adhærescant, & quasi agglutinentur) quæ fronti & temporibus applicari so-

lent, in oculorum affectibus & hæmorrhagia narium: & deniq; Frontalia, in specie dicta, quæ itidem fronti, ad cephalalgiam imprimis calidam sedandam, aut somnum conciliandum, imponuntur. Quale illud est, quod ab oleo rosaceo & aceto Oxyrhodinum, speciatim à Galeno, vocatur. Hæc enim omnia in compositione, vsu ac utilitate, maximam inter se habent cognationem, vt proinde meritò vni subiicienda titulo videantur.

*Descriptio.* Est igitur Epithema medicamentum externum, topicum, fluidum, molle aut siccum, quod foris variis corporis partibus, inprimis autem nobilioribus imponi solet.

*II.  
Differen-  
tia.*

A partibus quibus apponuntur Epithemata, alia Cephalica, alia Pectoralia, alia Cardiaca, Hepatica, Splenetica, Testicularia, (vt ita loquar,) & Arthritica indigitari possunt. A consistentia verò seu forma externa diuiduntur Epith. eadem in Fluida, quæ sunt vsitatissima, Mollia, & Sicca seu Solida. Nos primùm aciem animi studiumque ad Epithema fluidum conuertamus, qualisq; ad eius compositionem concurrat materia expendamus.

*Epi-*

*Epithema Fluidum.*

Inuenio autem eam triplicem: Fluidam, Mollem, & Siccam. Fluida admodum est diuersa: Decoctum scilicet aliquod, vel infusum, vel succus aliquis expressus; isq; vel vnicus, aut plures. vel, quod frequentissimum, aquæ stillatitiæ; quibus non rarò, ad maiorem penetrationem, alij permiscentur liquores; vt vinum, in epithematis maximè cordialibus, acetum in iecorariis, lac in pectoralibus, olea in affectibus & epithematis, alijs. His etiam annumerandæ mucilag. lixiua, album. ouorum & similes liquores. Atque materia hæc fluida simplex est, si vnus, ex dictis eligatur humoribus: composita verò si plures & varij.

Materia mollis, etsi rariùs huic Epithematis speciei immisceri soleat, est vel conserua aliqua, vel electuarium liquidum, aut confectio quædam mollis, vel denique extractum aliquod.

Siccam autem constituunt pulueres cordiales & aromatici, aut alij conuenientes, qui vel à Medico speciatim præscribuntur, vel ex serie puluerum trochiscorum, aut aliarum confectionum solidarum & officinalium desumuntur.

In

III.  
Compositio.  
Materia  
Qualitas.

*Quanti-  
tas.*

In genere mensura materiæ liquidæ est ℥ss. ℥j. vel duæ. Speciatim verò vinum, succi expressi, olea; reliquis liquoribus, vt aq. stillat. decoctis &c. ad vncias aliquot communiter tantum affunduntur: acetum verò & succus limonum, propter efficaciam, ad Vnc. s. vel integram. Materia mollis ad ℥ss. Drach. j. vel Vnc. s. si minus pretiosa aut efficax, epithematis hisce addi potest. Sicca autem, vt pulueres, ad ℥ss. Drach. s. pro liquoris Vnc. j. admisceri consueuere.

## PARADIGMATA.

### Frontale.

*IV.* ℞. Lact. rec. mulcti Vnc. iij, aceti Vnc. ij,  
*Formula.* ol. rosac. Vnc. iij, album. ouor. Num. ij, M.  
A. I.

### Frontale ad hæmorrhag. narium.

℞. Succ. plantag. ℥j, aceti Vnc. vi. gleba  
Armena Vnc. s. ros. santal. rubr. Ana Drach.  
ij, M. F. Epith. applicetur fronti & testibus; si  
mulier mammis. Bertald.

Epi-

## Epithema pectorale.

℞. *Hord. mund. P. ℞. viol. P. ij. F. leuis decoctio, & in ℞j. decocti, M. ol. violar. Vnc. iij. Ne febres squalida in hecticam mutantur. Rondel.*

## Aliud cordiale.

℞. *Fl. ros. rubr. M. ℞. borrag. Pj. cinam. Drach. j. z. edoar. sem. ocymi, caryophyll. Ana Drach. ℞. croci, camph. Ana ℞j. gall. mosch. ℞℞. Infundantur omnia in s. q. aq. rosarum: Macerentur per diem vnum, postea in B. M. vase bene clauso parum bulliant & colentur. Sen.*

## Aliud ad cordis refrig. palpitat. à flatu, syncopen &amp; spirituum resolutionem.

℞. *Aq. meli ℞. scab. card. bened. Ana Vnc. iij. aq. citrang. vini albi Ana Vnc. j. confect. alker. de hyacinth. Ana ℞ij. troch. de spod. gran. Kermes, sem. citri Ana ℞j. pulu. ol. diamb. vel diamosch. Ana Drach. ℞. croci gr. v. M. F. Epith. Varand.*

## Aliud

## Aliud in peste.

℞. Aq. ros. Vnc. jβ, aceti fl. calend. de rubo  
ideo Ana Vnc. β. succi cardiaca Drach. x. ol.  
scorpionum, nymph. hyper. Ana Drach. vi.  
camph. ℞β. Agitando commisceantur, ac cre-  
bro concussu agitentur. Minder.

Aliud iccorarium refrige-  
rans.

℞. Liq. stillat. vtriusq. iniybi, cichor. lact.  
absinth. Ana Vnc. ij, oxalid. Vnc. iij, solani  
Vnc. j, aceti Vnc. j, sp. antid. diarrhod. Abb.  
Drach. j, diatr. santal. ℞j, santal. rubri. ℞β,  
M.F. Epith. Fuchs.

## Aliud ad erysipelas.

℞. Lixiuij facti ex ciner. fagi ℞iij, album.  
uorum Num. iij, camph. Drach. ij. His mistis  
linei panni mundi imbuantur, & in umbra  
exsiccentur, atque vnus ad ignem calefactus  
parti applicetur, atque per diem ter aut qua-  
ter mutetur. Sen.

Aliud



## Aliud ad dolores arthriticos.

℞. Spiritus vini Vnc. iij, per croci infusione  
 flavescentis, cui decoctione addatur  
 camph. ℥j, & opij Drach. j. dissoluatur, eoꝝ li-  
 quore pars dolens ungetur. Plat.

## Vel.

℞. Aq. stillat. solani, plantag. Ana Vnc. iij.  
 In quibus macera sem. alib. cydon. Ana Vnc.  
 ℞. F. mucilag. qua tepida cum pannis induca-  
 tur locis dolentibus. Fernel.

## Epithema molle.

Epithemata mollia non semper eandem 117.  
 obtinent formam. Aliquando enim fiunt Compos-  
 in modum electuarij liquidi seu Linimenti tio.  
 Vnguentiue: aliquando verò Cataplasma-  
 tis, præsertim quæ fronti apponuntur, &  
 ἀνακόνηματα à Græcis dicuntur.

Si ad consistentiã linimenti vel vnguenti  
 Epithema redigere volueris, materia duplex  
 requiritur: Informãda, & Informans. Prior;  
 vel est sicca & solida, veluti puluis aliquis  
 simplex, aut compositus, isque aut vsualis,  
 aut Magistralis: vel mollis; vt, conserua,  
 cõfectio mollis, extractum, vel vnguentum  
 quod-

quoddam. Posterior autem nonnunquam est aq. stillat. nonnunquam succus, nonnunquam syrupus vel oleum aliquod conueniens.

Quantitas materiæ informandæ alia Generalis, quæ Vnc. iij. vi. vix excedit: alia Specialis, atq; secundum hanc conseruæ quantitate ferè reliqua superant, & ad materiæ mollis Vnc. j. pulueris Drach. ß. j. aut circiter admiscenda. Liquoris mensura informantis non definitur, sed ea adhibenda, quæ reliqua ad conuenientem formam deducere apta sit. Interdum prorsus omittitur si reliqua materia magna ex parte è mollibus constet. Atq; hæc Epithematis forma seu species, ferè cordi tantum est dicata, interdum & iecori adhibetur ac fronti.

## PARADIGMATA.

Epith. refriger. & humect. cordiale in heccticis.

IV.  
Formula

℞. Conf. fl. viol. borag. cichor. Ana Vnc. j.  
ros. rec. Vnc. ß. pulu. el. triasant. diamarg.  
frig. Ana Drach. ß. troch. de camph. de spodio,  
sem. acetos. Ana ℥ß. cum aq. rosac. vel syr. de  
limon. F. inst. Opiate Varansl.

Aliud

## Aliud in peste.

℞. Vnc. Rosar. Mes. Vnc. ij, sp. diatr. santal.  
diarrhod. Abb. Ana Drach. ℞. camph. ℞. ol.  
scorpionum q. s. ther. vet. ℞. M. Minder.

## Aliud refriger. pro fronte.

℞. Consenneph. Drach. vi. rosar. Vnc. ℞. fl.  
pap. albi Pij, Pistentur simul in mortario  
cum paucis unguento populeone. F. front.  
Renod.

Epithema verò Cataplasmaticum, ex quibus qualibuscūq; parari debeat, inferius ex doctrina Cataplasmatum patebit. Nos, quia ad alia properamus, vnicum saltem exemplum adscribemus.

IV.  
Compositio  
110.

## PARADIGMA.

℞. Succ. plantag. Vnc. iij, aceti rubr. vel i v.  
rosar. Vnc. ij, omphac. Vnc. j, boli Drach. vi. Formule  
cortic. malor. granat. aut balaust. Drach. ij,  
far. tritici vel amyli Drach. j, alb. oui con-  
quass. Num. iij. M. Et bombace vel panno

Lb

exccc

excepta applicentur colli lateribus, temporibus & frontibus in hamorrhagia. A. I.

### Epithema Solidum.

III. *Compositio* Epithemata solida formâ sacculorum parantur. Cum autem horum componēdi rationem, in fotubus siccis tradiderimus, ibi pleniorē explanationem reperire licet. Sufficiat hīc rem exemplis saltē demonstrasse.

## PARADIGMATA.

IV. *Formula* R. Sem. cor. prap. Drach. iij. pap. alb. lact. Ana ℥iij. cort. pap. alb. Drach. j. granor. tinct. ℥j. fl. viol. nenuph. ros. rubr. Ana P. B, santal. om. Ana Drach. j. Terantur, & cum panno serico rubro F. frontale, quod vapore aq. rosacea & aceti suffiatur. A. I.

### Sacculus cordialis in peste.

R. Sapphyr. Smaragd. hyacinth. rubini, corall. rubr. alb. Ana Drach. j. croci ℥j. margarit. Drach. B. arsen. alb. Drach. ij. ambari gr. VI. rad. jrid. sicc. & odor. Vnc. B. cc. nsti Drach. j.

2476

*auripigmenti Vnc. ℞, Terantur omnia & F.  
sacculus cum sindone purpur. cordisq; regioni  
apponatur. Ranzouius.*

Epithemata fronti & tēporibus adhiberi  
consuecta, vapores ac fumos dolorem infe- *r.*  
rentes, aut mentē turbantes, à capite repel- *utilitas.*  
lunt ac longe ablegant, eiusdem ardores  
demulcent: hinc in febris, in quibus ce-  
phalalgia, parafirofyne, phrenitis, & vigi-  
liæ concurrunt, maximè vsus ipsorum solem-  
nis. Humorū quoq; acrium influxum  
in ophthalmia, epiphora, & nariū hæmor-  
rhagia reprimunt. Sæpius igitur ad refrige-  
randum, quam calefaciendum vsurpantur  
hæc Epithemata. Imponuntur nonnun-  
quam & Epithemata præsertim fluida mā-  
mis, ad profluium sanguinis narium si-  
stendum, nimiam mammarum molem ac  
protuberantiam constringendam, tumores  
aut inflammationes earundem prohiben-  
das, lactis abundantiam, defectum aut con-  
cretionem, corrigendam. Imò & totum a-  
liquando pectus Epithematis obtegitur, ad  
februm hecticarum siccitatem ac squalo-  
rem emendandum.

Epithemataum verò cordialium mira est  
efficacia, in viscere nobilissimo iu-  
uando,

uando. Ipsum enim supercalefactum aut refrigeratum ad temperiem reducunt, siccitate squalens, grato madore perfundunt, à pravorum vaporum, & tetrarum fuliginum insultu tuentur, sopitum, & veluti tenebris ac caligine occæatum, excitant, spiritus ab immodico calore attenuatos resolui prohibent, & deiectis propemodum facultatibus vitalibus eximie succurrunt. Febres æstuosas, ardentis, heclicas & malignas, ac pestilentes curant.

Spiritus enim refœillant, & veneni malignitiam diluunt. In cordis quoque pulsatione, animi defectuibus frequentibus, & syncope magno sunt solatio.

Epithemata autem hepatica etiam conveniunt in calore ardente febrium, iccoris intemperie, cachexia, obstructione & scirrhi initiis. Narium quoq; hæmorrhagiam, si à iccoris, aut eius sanguinis vitio originem trahat, cohibent. Eadem vel similia, si lien patiatur incõmoda, & ipsi Epithemata congruentia accommodari poterunt. Si quem verò calida renum intemperies, urinæ ardor, aut aliud vitium simile diuexet, renum regioni immitti debent. In stranguriâ, dysuriâ, urinæ acrimoniâ, fistulæ aut

læ aut scroti intumescenâ , inflammatio-  
 ne &c. partibus obscœnis admouenda.  
 Imò iisdem quandoque applicantur par-  
 tibus, ad narium profluium compescen-  
 dum , aut febrium æstus mitigandos.  
 Quia magna hic venarum & arteriarum  
 congeries , quibus refrigeratis , & totum  
 corpus successione quadam refrigera-  
 tur. Postremò etiam & in arthritide, an-  
 eurismate, varice, phlegmonibus, crysi-  
 pelatibus, pruritu, scabie, herpete, gan-  
 græna, vulneribus, viceribus, contusio-  
 nibus, luxationibus & fracturis, maxi-  
 mum habent vsum epithemata, præser-  
 tim fluida, si ipsis partes affectæ integran-  
 tur.

Humorum enim affluxum arcent, in-  
 flammationes præcauent, earum incre-  
 mentum prohibent, dolorem leniunt,  
 ardorem extinguunt, reliquias dissipant  
 & partes ipsas corroborant. In specie verò  
 epithema fluidum cataplasmatibus vices ex-  
 plet, (quamuis fractiore vi) vbi commodè  
 id adhiberi nequit: quod fit; vel à partis  
 figura, vt in capite; aut adeò labefactato  
 ægro, vt pondus cataplasmatibus non ferat,  
 aut inflammatione obsessis præcordiis,  
 ineunte morbo, cum intempestiuus

est cataplasmatum vsus : vel in fractis & contusis , cum emplasticis locus non est.

VI.  
Vfus.

Sed hucusq; toti fuimus in enumerandis Epithematum vtilitatibus: tradamus iã & eorundem vsum. Primò autem vti Epithemata plurimis medicantur malis, ita etiam quibusuis ferè applicantur partibus: certis tamen in casibus, certis etiam quibusdam partibus. In hæmorrhagia narium, & affectibus cephalicis, fronti & temporibus admouentur: mammis verò, in eadem hæmorrhagia, & vitis mammarum peculiaribus: pectori autem toti, in febribus: cordi, itidem in febribus & passionibus eius idiopathicis aliis quibusuis: hepatis in febribus, hæmorrhagiã naris dextræ, & aliis tectoris pathematis: sic etiam renibus, & lieni, in hæmorrhagia naris sinistra & reliquis harum partium noxis. In febribus quinetiam carpis lmanuum & pedum, & testiculis ipsis adhibentur, vt per continuã arteriarum, hisce in partibus pulsationem, cordi & reliquis visceribus refrigerium præsent. In reliquis verò casibus, ipsis partibus laborantibus, aut paulò suprã ipsas, quando scilicet repellere, & influxiones propulsare debent, imponuntur.

Epi-



Epithema liquidum seu fluidū in primis cordiale, aut etiam hepaticum, admoueri solet cum panno scarlatino siue chermesino, vel in huius defectu, cum laneo. Reliqua vero cum linteo, interdum & gossypio, vel spongiâ leuiter expressâ, instar fofus humidi. Vbi panni exaruerint, de nouo humectantur, & partibus iniiciuntur. Mollia quoq; Epithemata, nonnunquam ante applicationem, extenduntur super pannum scarlatinum aut linteum, liquore idoneo prius, si lubet, imbutum & expressum, ne nimis citò arefcant. Possunt & sine panno ipsis partibus illiniri eiusmodi Epithemata. Plerumque autem quæuis Epithemata, tepida dum sunt, partibus imponuntur. Tempus verò applicandi indifferenter se habet; siquidem bis, teruè, aut sæpius in die, ne calore corporis ardefcant, poterunt renouari. De applicatione autem Epithematum solidorum, lege fofum siccum.

### OBSE RVATIONES.

*Epithemata febrifuga maximè adhibentur ab euacuatione vniuersali & in statu; cum nempe symptomatum plena sunt omnia. Sed in febribus putridis ante declinationem non*

Ll 4 remare

temerè admoueri debent. Nam cor illà systole & diastole, quâ perpetuò micat, excludit fuligines; has tu retines, cutem densando, quam alioqui trajiciunt fumosa excrementa. Inde putredo maior, & febris acrior, quin crisis impeditur. Causos tamen & pestilentes excipe. Nam cogimur interdum in causis, neglectis noxis putredinis & obstructionis, ad ardoris extinctionem in vigore nos totos conuertere. At in peste, non solum in statu, verum & per initia cor roburare stringētibus & repellētibus ac à venenatis halitibus tueri consilium est. In cæteris ad empyreumatis extinctionem, in declinatione admouebuntur. Heur. & alij.

Vbi exanthemata pestifera efflorescunt, cordi prorsus imponi non debent epithemata, ne fiat palindrome ad partem nobilissimam, cuius vita carere nequit. Hædem.

Stringentia semper, qua visceribus imponuntur Epithemata, consociata habant. Fuchs.

Veteres pannum coccyneum laudant, (in adhibendis Epithematis) qui cum in Baphia arsenico multo inficiatur, à Recentibus improbatu r. Probo tamen ego in morbis venenatis, in quibus ipsa venena sæpè sunt salutifica. Renod.

Non

Non est eque tutum hepatis ac cordi admo-  
nere refrigerantia Epithemata, quia jecur est  
admodum propinquum cuti, & vena exortus  
est circa illius gibbam, unde refrigerationis  
excedentis imminet periculum Varand. &  
alij.

Cauendum diligenter ne simus nimij in  
adhibitione Epithematum refrigerantium.  
In capite enim aliàs possunt causare carum,  
coma, lethargum, apoplexiam: in corde facul-  
tatis vitalis extinctionem & mortem: in ie-  
core cachexiam: & in partibus reliquis nec-  
rosin & gangrenam.

Epithemata frontalia, aliàs etiam oxyr-  
rhodina dicta, nonnulli non ad frontem, sed  
circa collum applicanda censent; cum vapo-  
res plerumque ab inferiore parte corporis  
ascendant, quibus facilius in collo, quam  
fronte aditus interceptur.

Eadem Epithemata refrigerantia & hu-  
meſtantia periculosa in cerebro pituitoso,  
hyeme & senibus.

Minimè etiam eorum usus tutus puellis,  
quorum ossa cranij adhuc hiant: in primis verò  
reformidandus, si acetum recipiant, cerebro  
inimicum, aut qualitatem habent narcotica-  
aut valde refrigerantiam, aut calfacto-  
riam, aut alio excessu eximiam. Renod.

Abstinendum quoq; à frigidorum adhibi-  
tione, si delirium fiat ratione futura hamor-  
rhagia; nam id foret lethale. Quod cognos-  
ces, si coctionis signa appareant in urina & pul-  
su, ad sitq; quaedam in voce.

Quidam deniq; omittendum censent ace-  
tum in frontalibus, si vigilia adsint; quia ace-  
tum easdem procreat.

Igitur malunt in ipsius locum, succum limo-  
nim, arantiorum, citriorum, vel similem, sub-  
stituere.

## CAPVT. XII.

### De Fotibus

I.  
*Quid sent.*

Quamquam inter Fotum & Epithema-  
parum discriminis intercedat, adeò vt  
hæc duo, nonnulli pro eodem accipiantur:  
differunt tamen inter se tum viribus, tum  
formulâ. Quia Epithema applicatur ferè  
parti principi, cordi ac jecori scilicet, quam  
ve lab intemperie vel insiliente malignita-  
te vindicare, vel corroborare consiliũ est:  
& potius ad refrigerandum, quam calefa-  
ciendum comparatur. Fomenta verò qui-  
busuis partibus, & in varios coaptantur  
vsius,

vfus, & ferè tantùm calefaciunt, rarò refrigerant. Quia infrigidantibus rarius vtimur in partibus dolentibus, quod hæc superficiem ipfarum externam densent, & ob id transpirationem coërceant, & distenta magis intendant. Solas intemperies, calidas, quæ sine copia consistunt, infrigidatio sanat. Vnde etiam Fodus *πυρία, πυριάριμα* Græcis dicuntur. Quamuis, per has voces, potius fodus siccos quidam subintelligi velint: *θέρμασμα* verò generatim fomentum humidum & siccum significare dicant. Latinis fomenta & fodus à fouendo appellantur, quod partes, quibus adaptantur, suo calore quasi foueant.

Est q̄; Fodus medicamentum externum, *Descriptio*  
topicum, fluidū, vel siccum, ad partes quas uis. variis in affectibus, calore fouendas destinatum.

Fomentum igitur aliud Humidum, Dioc. *II.*  
*ἐπίπλημα* dictum, Galeno *καλάντησις*, Hippocr. *Differētia*  
*ὑδροπυρία*: aliud Siccum, alias *πυρία*,  
*ξηροπυρία* Hippocrati uocatum. Apud Latinos Fomenti hoc genus, Sacculi indigitatur nomine, vel Cucuphæ, si applicetur capiti, vel scuti, si stomacho.

Fodus

*Fotus Humidus.*

*VII.*  
*Compos.*  
*110.*  
*Simplicis.*

Fotus humidus vel est Simplex, vel Compositus. Simplex, vt aq. dulcis tepida, oleū aliquod, vbi relaxandum: lac, vbi dolores demulcendi; vinum, vbi discutiendum, roborandum; interdum & alius liquor, aqua scilicet fabrorum, lixiuum, pro varietate intentionum. Horum autem liquorum mensura non semper est eadem, sed varia, vt partis fuerit amplitudo, cui adhibendus fotus. Pro oculis enim sufficiunt vnciæ aliquot, pro ventriculo vel hypochondriis requiritur ℥j, vel plus.

*Compos.*  
*110.*

Fotus autem compositus fit aliquando citra coctionem, quando scilicet plures, ex supra dictis humoribus, solum modò calefacti inter se miscentur ac adhibentur, vel cum coctione: atque huius fotus materia partim coquitur, partim nō coquitur. Quæ coquitur est vel sicca, vel fluida. Sicca; vt, varia medicamenta simplicia, tū vegetabilia, tum mineralia, vt, sal, sulphur, alumen &c. Fluida; vt, liquor aliquis idoneus, in quo decoctio instituenda. Quantitas autem & moles, tum simplicium, tum liquoris, partis fouendæ magnitudini & situi accommodetur.

Quæ

Quaerò non coquitur materia, sed decocto colato demum additur, est peculiaris aliquis liquor, vt, vinum album, aqua vitæ, acetum, ad maiorem energiam, vel oleum, aliquod, lac, vel simile quid, quando relaxandum.

Ac etsi horum liquorum copia addenda sit ad libitum, tamen ferè ad Vncias aliquot, ℥ss. &c. affunduntur, secundum quod magis vel minùs viribus fuerint efficaces.

## PARADIGMATA.

### Fotus ad dolores calidos.

℞. Muccag. cydon. psyllij, rad. malu. Ana  
Vnc. vi. lact. ℥ss. aceti Vnc. ss. M. Berr.

Vl.  
Formula  
prescribendi.

### Fomentum in febribus biliosis.

℞. ol. rosac. chamomel. Ana Vnc. ij, succ. mal. auranc Vnc. iij, vini austeri Vnc. ss. His commixtis calefactisq. stomachus per linteum aut spongiam expressam, foueri debet. Anderson.

Fomca.

## Fomentum emolliens &amp; dolores sedans.

℞ Fol. visci pomorum minutim concisorum cum fructibus M iij. rad. alth. cū foliis, malv. violarum Ana M ij. sem. lini, scœnugr. Ana. Vnc. ij. fl. chamem. melil. Ana Pij. Decoquantur cum lacte, fiat q̄ fomentum. Quercet.

## Aliud emolliens &amp; discutiens

℞ Rad. alth. lil. alb. Ana Vnc. ij. sem. lini scœnugr. Ana Drach. iij. ficuspinq. Num. vi. fl. chamem. summit. aneth. fl. melil. Ana Pj. summit. major. M̄B. Bulliant ex vino & aqua Ana: vel in duabus partibus aque. & vna vini: vel in lixivio sarmentitio vitis ad tertiam partis consumptionem. Heur.

## Aliud ad alui fluxiones.

℞ Galla, malicorij, quinq. folij rad. tener. bacc. cupressi Ana Vnc. R. ol. commun: ℞ j. Coq. ad tertias. Spongia jure decocti madida ano admoueat. Andern.

## Aliud ad alienis obstructioem.

℞ Ceterach. scolopendr. absinth. Rom. stœch. yriusq̄, tamarisci Ana M ij. fl. geniste, jaf-  
minis



*mini Ana Mj. f. decoct. in aq. & vino, vel  
in sola aqua, & singulis decocti libris. ol. cappa-  
rum Vnc. iij. adjiciantur. Renod.*

### Fotus Siccus.

Fotus Siccus, qui in genere aliàs Saccu-  
lus vocatur, in specie verò, si pro capite  
paretur, Cucupha, Pileolus &c. & pro sto-  
macho, Scutum stomachicum, dicitur, iti-  
dem aliquando est simplex, aliquando ex-  
pluribus compositus.

Simplex fit, quando pro fotu assumi-  
tur Sal, auena, milium, vel simile quid, &  
sacculo includitur.

Compositus verò ex duplici constat ma-  
teria, Medicâ & non Medicâ. Medicâ, ve-  
luti sunt variæ stirpiû, partes rad. lig. cort.  
sem. folia, flores, fructus, gummi: interdum  
& mineralia quædam, vt, sulphur, alumen,  
sal &c. Nonnunquam materia hæc, vt hoc  
obiter moneamus, antequam includatur  
sacculo torrefit in sartagine sensim affun-  
dendo vinum, aq. vitæ, vel simile quid,  
si præsertim discutere intendamus. Ma-  
teriæ autem medicæ pondus ac mensuram  
limitabit partis cui applicand<sup>9</sup> fotus, mag-  
nitude & moles.

Pro Pileolo enj, aut sacculo cordiali, vel  
simili,

III  
Compos.

Materia  
Simplicis.

Compositi.  
Materia  
medicinalis  
Qualitas.

simul, sufficit Vnc. j, vel ij, aut Mijj: pro scuto stomachico requiruntur Vnc. iij, iv: pro sacculo verò ad abdomen ꝑꝑ, ꝑꝑ, vel circiter.

*Materia  
non me-  
dicamen-  
ta j d.*

Materia non medica est pannus lineus, vel sericus, si præsertim partibus nobilioribus debeant iniici fots. Ex quo panno postmodum variis formis effinguntur sacculi, quadrati, oblongi, vel alterius figuræ, vt fuerint partium ideæ, quibus adhibentur. Hinc qui capiti, pileoli characterem referant; qui ventriculo, scuti: qui lieni, linguæ bubulæ: qui hepatis, Lunæ crescentis: vt & cordi, qui admouentur, eius figuram exprimant. Nonnunquam pulueres hi, imprimis si fuerint tenuiores, pretiosiores, aut pro partibus nobilioribus comparati, vt corde, capite, stomacho, hepate, liene, bombaci aut cottoni expanso insperguntur, solatij causa, vt mollius corpori infideant; ac decussatim intersuuntur, ne se se temerè in vnam conglobent molem.

## PARADIGMATA.

- Fots

## Fotus ficcus ad catarrhos.

℞. Milij ℞℞, salis vulg. Vnc. iij. bacc. lauri mod. contus. Vnc. ij℞, anis. fœnic. cari, cumini, fl. chamom. comar. anethi Ana Vnc. j. Sartagine torresiant integra hac, nec tusa & protinus recondantur in sacculum. Fernel.

## Pileolus ad dolorem ex mixto humore.

℞. Ros. rubr. viol. fl. melil. chamom. stœch. rorismar. Ana PB, meliss. beton. maior. puleg. Ana M℞, cocci infectoriij Drach. ij. Omnia diligenter trita, pileolo ex panno serico rubro & raro insuantur: qui die noctuq, ad menses aliquot gestetur, Andern.

## Sacculus ad discutiendum ophthalmiæ reliquias.

℞. Fol. euphras. Mj. pales anene Mij, fœnigr. in aq. fœnic. loti Drach. iij. sem. anis. fœnic. Drach. j℞, fl. stœch. Arab. PB. Parentur duo sacculi quadrati, qui infundantur in modico vini albi & aq. fœnic. de eo foueantur oculi. Rondel.

Mm

Sac

## Sacculus cordialis.

℞. Flued. cortic. citriorum, rad. galang.  
 Ana Drach. jß, fol. melisse Mß, fl. borag. bugl.  
 stœch. rorismar. Ana Pij, elect. de gemmis  
 Drach. j. F. sacc. qui vino maluatico rigetur.  
 Heur.

Sacculus ad imbecillitatem  
& dolorem ventriculi.

℞. Comar. absinth. sicci, mentha Ana Vnc.  
 ij, cort. citri sicci Vnc. j, galang. cyperi, caryo-  
 phyll. Ana Vnc. ß, ros. rubr. Drach. ij, F. pulu.  
 pro scuto. Rondel.

## Sacculus ad colicam.

℞. Milij torrida Piiij, salis Pij, fol. lauri  
 Pij. Contusa in sacculo ventri admoueanur  
 Andern.

℞.  
 Vtilitas.

Fotus humidi vt plurimum calefaciunt,  
 humectant, emolliunt, aperiunt, attenuant,  
 digerunt ac resoluunt.

Hinc conducibiles sunt ad quarumcun-  
 que partiũ dolores, tensiones, inflationes,

CQD-

conuulsiones : ad neruorum & tendonum durities. Fructuosi quoq; ad oculorum & aurium inflammationes, pleuritidem, hepatis, lienis, & aliorum viscerum phlegmone ac tumores duros & scirrhosos. Vtiles ad febrü horrores & paroxysmos vel præcauendos vel mitigandos. Frugiferi nephriticis, calculosis & difficulter meientibus, item colicis, iliaticis, aut aliàs intestinorum tormina patientibus. Opportuni ad vterü referandum, menses euocandos, anum prolapsum restituendum, hæmorrhoides aperiendas & dolorem earundem sedandum. Salutare ad tumores & abscessus quosuis externos, bubones, œdemata, & scirrhos, vel emolliendos ac dissipandos, vel maturandos ac suppurandos. Accommodati denique ad poros aperiendos, partes relaxandas, & vnguentis atque emplastris viam præparandam.

Quemadmodum vbi emollire, laxare & dolores sedare volumus, in primis existente materiâ calidâ, siccâ, & crassâ, veluti est bilis & melancholia, forum humidum communiter eligimus : sic vbi exiccandum, discutendum, flatus dissipandi, sanguisq; tenuis & aquosus existit, fomentum siccum potius adhibemus. Generatim igitur fomenta hæc sicca, solemnia sunt ad calefa-

ciendum, siccandum, extenuandum, discutendum, attrahendum & corroborandum, dolores minuendos, humores euocandos & absorbendos, flatuumq; copiam consumendam.

In specie verò fatus cephalici aut cucuphæ gestantur, vt cerebrum calefaciant ac exiccent, spiritus animales recreent, capitique robur concilient, materiæ morbificæ reliquias exhauriant, vertiginem, carû, lethargum, apoplexiam, paraly sin persanent, dolores capitis, aurium, aliarumq; eiusdem partium, in primis frigidos diurnos & flatuosos aboleant, destillationesq; frequentes absument. Pectori fatus sicci apponuntur in pleuritide notha & flatulenta, ac aliis thoracis doloribus, simili ex causa procreatis.

Sacculi cordiales spiritus vitales redintegrant, melancholicis, splenicis & tristibus succurrunt, cordis tremorem ac syncopas fugant, & pestilitatis contagia arcant.

Scutum stomachicum portatur, vt ventriculi calorem suscitet, coctionem eiusdè promoueat, intemperiem & humiditatem exuperantem emendet, vomitum, nauseam, singultum ac cardialgiam sedet, alui fluorem retentricis facultatis imbecillitate

litate subortum refrenet, totumque ventrem inferiorem, blando suo calore leniq; adstriktione confortet.

Hypochondriis imponitur fofus ficcus, in iecoris aut lienis agoniã, eorundem obftructionibus, & noxis flatuofis, regionĩ verò renum, in cruciatu nephritico.

Abdomini admouetur in torminibus colicorum, iliacorum, dysentericorum, hydropicorum & hystericarum. In tenefmo & hæmorrhoidibus moleftiam inferẽtibus, ano potefte accommodari. Partibus deniq; etiam aliis quibusuis fuperimponitur, vt tumores earundẽ duros, fcirrhofos, œdematofos phyfodes & aquofos curet, veluti in arthritide & morbis fimilibus fieri folet.

Fofus humidus parti affectæ per filtrum vel fpongiam inducitur, quæ eo ipfo iure calente imbuta, ac deinde expreffa fit: aut mediante veficã fuillã five bouinã, quæ forus liquore femirepleta fit, & parti laboranti admoueat. VI.  
V. 100.

Nonnunquam vapor tantum fofus calentis, membro affecto excipitur, per tubum vel infundibulum. Et vt maiorem de fe fpargat vaporum copiam, lateribus ab igne candentibus aut filicibus affunditur;

Mm 3 vel

vel è contrario silices igniti fomento ini-  
ciuntur. Vide etiam vsum suffimentorum.  
Fomentorum autem vsus serò & manè ma-  
ximè iniri debet, vacuo, si fieri potest, ven-  
triculo, ne crudi humores ad partem affe-  
tam alliciantur: atque per semihoram vel  
integram adhiberi possunt, prout ex re-  
fuerit, vicissim semper ipsa recalfaciendo,  
ne refrigerata lædant.

Fotus verò sicci aliquando ita aridi ad-  
hibentur, vt qui capiti imponuntur: ali-  
quando verò prius humore perfusi. Vel e-  
nim calentes, irrorantur vino, aut alio li-  
quore conuenienti, ad eorum operatio-  
nem accelerandam & fortificandam; vel,  
in liquore simili, parumper decoquantur,  
& ita madidi partibus applicantur. Sæpius  
duo parantur sacculi, vt alternatim calen-  
tes adhiberi possint Noctu & interdium su-  
per caput gestandi cuculli, per aliquot  
menses aut annos, imò totum vitæ curricu-  
lum, si cerebrum recreare ac corroborare  
debeant. Ita etiam scutum continuò gesta-  
tur, nisi quod inter partem remoueatur.

Quamdiu verò reliqui sacculi vsurpari  
debeant, ipsa affectus ratio  
edocebit.



## OBSERVATIONES.

Non nimis diu ac crebrò fomentis liqui-  
dis ac calidis utendum, quia vii Reuerendus  
noster senex monet, multis agrum augere  
damnis. Frequentiore enim usu, carnis effe-  
minationem inuehunt. Laxantur namque  
fibre, ac dissipatur proprium carni-  
um alimentum, humorque inducitur excrementi-  
tius. Nervorum inducunt infirmitatem, quo-  
rum robur in siccitatis mediocritate consistit.  
Item γυναικῶν ὑπερβολὴ, id est, mentis stupo-  
rem; sensus motusq̄, atque omnium cerebri  
actionum labefactationem. Nec non hemor-  
rhagias inferunt; laxatis nempe venis, fusosq̄  
sanguine: lipothymias deniq̄, resolutis mem-  
bris, dissipatisq̄ spiritibus, hinc mors.

Fomenta ante euacuationem generalem  
non sunt temerè adhibenda, ne plus humo-  
rum ad partem calefactam trahant, quam  
id sit quod discutitur.

In febris etiam, ipsis quidem ante ac-  
cessionem utendum, sed non statim per ini-  
tia, neque cum copia humorum in toto corpo-  
re superat.

*In laterum doloribus, si dolor ad fontum non concesserit, diu fouere non oportet, ut demonstrauit Hippocr. 2. de morb. acut. Nam, ut idem inquit, id pulmones siccant & suppuratum facit. Quare si per biduum non profecerit, supersedendum: quia dum tenue resoluitur, reliquum magis cogitur. Accedit & id quod causa antecedens irritatur nulla causa coniuncta amotione: hoc est, ob materiae nouae affluxum, ab orgasmo attractae, vel exclusione, quâ una pars sese in aliam exonerat. Heur.*

*Sacculi sicci ad pleuritidem vix probantur, etiamsi liquoris cuiusdam vapore sint madidi. Prestiterit ergo fofus humidus applicare.*

*Cucupha consistit ex rebus partium tenuium, ut vis cranium trahat. Præterea cautio sit, ne nimio feruore remedia hæc astuent, nec potenter stringant. Quæ enim rapido affluu incandescunt, liquant cerebro conceptam materiam, ac varros catarrhos exciunt: at quæ valide stringunt, comprimendo è cerebro aque materiam exprimunt, ac fecunda in catarrhos cum sint, unâ viam transpirationi intercludunt, ac dolorem acuumt repressâ materiâ. Heur.*

*Est quando sicca & humida fomenta alter-*

*ter-*

ternare velim, ut in podagricis & arthriticis doloribus, & aliis ubi periculum est, ne tenuiori materia extracta, crassior relinquatur indureturq; magis. Videntur autem humida fomenta materiam præparare siccis, attenuare, mollire, digerere, evaporare: arida verò siccare, euocare & calefacere magis. In tetano cervicis morbo (inquit Celsus) opus est fomento calido & humido. Itaq; pleriq; calidâ multâ cervices subindò perfundunt. Id in præsentia leuat, sed opportuniores nervos frigori reddit, quod utiq; vitandum est. Vtilius igitur est cerato liquido primum cervices perungere, deinde admonere vesicas bubulas vel utriculos oleo calido repletos, vel ex farina calidum cataplasma, vel piper rotundum, cum fico contusum. Vtilissimum tamen est humidò sale fouere. Gesn.

## CAPVT XIII.

## De Lotionibus.

**F**Otui succedit aliud medicamenti genus, quod à lauando, Lotionis dicitur, estq; quasi priuatum aliquod Balneum capitis, pedum, axillarum, aut aliarum e-

M m 5 tiam

I.

Quid sint.  
Nomen.

tiam partium. Quod si ejus liquor, ex alto de epistomio vel vasculi alicujus proboscide, pluvix instar, in caput instilletur, *ἐμβροχὴ*, Irrigatio, Instillatio & Impiuium speciatim vocatur.

*Descriptio.* Est autem Lotio medicamentum externum, topicum & fluidum, ad partes quasdam corporis certas lauandas comparatum.

*II.*  
*Differētia.* Lotionum alia Capiti, alia Pedibus, alia Axillis, alia aliis interdum partibus dicata. Alia quinetiam Simplex, quæ ex simplici & unico constat humore, v.g. lacte, oleo, vino, vel simili liquore. Composita, quæ ex pluribus simul mistis, vel in liquore simplici variis decoctis componitur.

*III.*  
*Compositio.*

Cum verò Lotiones ex iisdem, ex quibus fatus parentur, (nisi quod ad lotionem cephalicam adhibeantur interdum, & cathartica, veluti senna, agar. &c.) vti hæc omnia formulæ appositæ dilucidiora reddent, nos in earum compositionis ratione tradēda diutius immorari nolumus. Sed tritam secuti docendi viam, ipsa paradigma adscribamus.

## PARADIGMATA.

Lotio

## Lotio cephalica ad memoriam.

℞ Major. rorismar. meliss. Ana Mj ℞. fol. lauri Mj ℞. fl. camomil. stæch. lauend. Ana Pij. Coque in luxurio sacculo condita, horum jure caput manè ante cibum corpore purgato laetur, mox siccetur contegaturq<sup>z</sup>. *Andern.*

17.  
Formula  
prescribens  
di.

## Alia ad canitiem.

℞ Cortic. quercus & alni An. Vnc. iij. gallar. Vnc. ij. cort. nuc. virid. ℞ ℞. fol. mali granat. & myrti Ana Mj. f. decoct. cui adde alum. Vnc. ij. vitrioli Vnc. j. Decocto colato abluatur capillitium, nec detergeatur linteis sed in Sole non feruido, aut aère calidiusculo exsiccetur. *Renod.*

## Alia ad Pediculos.

℞ Cent. min. Mij. abrot. fol. persice arbor. Ana Mj. lupinor. Vnc. iij. staphisagr. Vnc. j. lixiuij. q. s. valet etiam achoribus si addantur rad. veratri utriusq<sup>z</sup> Vnc. j. *Bert.*

## Lotio ad axillas foetentes.

℞ Rosar<sup>z</sup>

℞ Rosar. sampsuchi, diptami Cret. fol. lauri Ana M j. caryophyll. cyperi Ana Drach. ij. ladani Vnc. B. salis Vnc. j. vini q. s. Bertald.

### Irrigatio pro ventriculo frigido.

℞ Ol. amygd. dulc. vel com. lbx. Vini Cretici vel aq. ardentis lb ij. mastich. el Vnc. j. B. caryophyll. cinam. nuc. mosch. macis, calam. aromat. myrrh. aloës, laudani Ana Drach. j. B. absinth. menth. ros. Ana P. j. M. & bulliant in duplici vase. ad cōsumpt. vini & aq. ardentis, prius tamen f. infus. per 24. horas, ac tandem colatura cum forti expressione pro usu seruetur Iul. Cas. Claud.

### Lotio pro pedibus ad somnum.

℞ Malu. lact. Ana M ij. capit. pap. albi Num. x. cort. rad. mandrag. Vnc. B. fol. meliss. ℥ B. aq. q. s. f. decoct. ad quinta vel sexta partis consumptionē. Addi poterunt fl. nymph. melil. fol. salic. vitis, cucurb. sem. anethi. Heur.

### Alia ad Podagram.

℞ Rosar. rubr. balaust. fl. myrti, plantag. ver-

verbasci, fol. lauri, orig. puleg. calamentib. salu-  
 thymi. fl. rorismar. Ana Mj. bacc. junip. Vnc.  
 iij. alum. rocha, sal. com. Ana Vnc. iij. Bulli-  
 ant omnia in aq. s. f. lotio. In hac immoran-  
 dum ad horas duas vel tres. Continuetur tri-  
 duum, quatriiduum, mane stomacho jejuna.  
 VVECK.

## Alia ad Lassitudinem.

Orig. puleg. Ana Mj. B. salu. Mj. Deca-  
 in aq. q. requiritur. Vfus eius esto ante som-  
 num. Ruland.

Lotionum alia calefaciunt, alia refrige-  
 rant, alia Siccant, alia humectant: non-  
 nullæ adstringunt, nonnullæ digerunt, &  
 sic de cæteris.

In primis verò lotio cephalica conducit,  
 tum ad affectus capitis Externos, tum In-  
 ternos. Externos; vt quemuis pilorum de-  
 fectum seu defluuiū, capitis, ciliorum, pal-  
 pebrarum & barbæ, ophiasin, alopecia &c.  
 aut in colore vitiū, vt si vel nigredine. can-  
 tie, vel alio colore incongruo peccent. Item  
 ad tineam, furfures, achores, & quæcunq;  
 vlcera capitis manantia, pediculos & alias  
 etiam quasuis capitis sordes detergendas.  
 Nec non ad testudinem, inflationem ca-  
 pitis,

Vtilitas.

pitis, siriasin, hydrocephalian. Internos; vt intemperiem cerebri quamcunq; , melancholiam, phrenitidem, torporem, stuporem, carum, lethargum, catalepsin, cataphoran, paralyfin, spasnum, tetanum, vertiginem, vigilias immodicas, aut affectus similes: vt scilicet eorum succos morbificos ex hauriant, intemperies immutent, & cerebrum ad pristinum reducant statum. Prohibetur autem embrochatio capitis in ipsius affectu vertiginoso, catarrho præfoctiuo & calido.

*Ful. Cas.  
Claud.*

Quæ manibus aut pedibus instituitur lotio, confert ad ipsorum tremorem, lassitudinem, humores exsuperantes euocandos aut influentes propulsandos vt in arthritide, chiragrâ: item in febribus, & aliis morbis æstuosis ad somnum conciliandum, nec non ad menstrua prouocanda.

Lotio autem axillaris prodestiis, qui hircum sub alis alunt, aut quibus pediculi eo loci innascuntur: ad quos abigendos, sæpè etiam alias quasuis partes pilosas lauare necessum est.

Conueniunt deniq; etiam lotiones ad vulnera & vlcera mundanda, ichores, & sordes reliquas ablundas ac detergendas.

In specie verò Irrigationes, maximè affecti-

fecti-



fectibus calidis sunt dicatæ capitis, cerebri & meningum. Inflammationes enim, vigilias & deliria harum partium sanant. In membra etiam luxata aut fracta infunduntur, quando dolor vrget: nec interim vincula soluere tutum. Si nempe periculum est, ne membra dissiliant, aut hæmorrhagia nimia accidat. Rondeletius tamen, & alii quidam, parum hoc in casu, ab illis iuari ægros scribunt. Conferunt etiam inflammationum initiis & declinationibus, ad easdem vel reprimendas, vel resoluendas, pus in abscessibus promouendum. Imò & ad alios accommodantur vsus, sed à Nostris rarius vsurpantur.

In lotione cephalica, vel ex alto liquor in caput instillatur, vel alias solum capiti superfunditur: & post caput probè exiccatur atq; à frigore diligenter munitur. Adhibetur autem ea plerumq; horis duabus ante prandium, alio prius exoneratâ. Pedes verò sæpè lavantur post cœnam, si lotio somnum provocare debeat. Neq; tum pedes exiccandi vel abstergendi, sed linteo ex lotione humido involuendi.

CAP.



## CAPVT XIV.

*De Balneis.*

*I.*  
*Quid sint.*

**Q**UÆ sit ratio lauandi tantum partes quasdam in specie, diximus, nunc verò, quando totum corpus, vel plures simul partes lauare est consilium, quale tum remedij genus adhibeatur, indicandum est, Dicitur autem id Balneum in genere.

*Nomen.*

*Descriptio.*

Estq; medicamentum externum, liquidum cujus liquore vel vapore totum corpus, vel plures ejus partes, irrigantur.

*II.*  
*Differen-  
tia.*

Balneum dispescitur in Humidum, & Siccum. Illud vel est corporis totius, excepto capite, & Specialiter Balneum dicitur, vel lumborum aut reliquarum quoq; partium infernarum, & hoc vocatur privatim Infessus, Semicupium. Siccum verò aliàs Stupha, seu Sudatorium appellatur.

Balneum humidum vni-  
uersale.

Bal-

Balneum, quo vniuersum corpus mergitur, à balanis dictum. Nam Veteres, inquit Suidas, his vescebantur, ac cortices igni dabant alimentum. Siquidem & sicco balneo, ex furno æstu candente, utebantur, vt testatur ad Constantinum, qui Geoponica scripsit, lib. 2. cap. 1. in fine. Nuncupatur & Solium, Labrum, Lauacrum, Piscina & Tina.

Balneum hoc aliquando est *Simplex*, quando ex vnico & simplici paratur, humore, veluti estaq. communis, lac, oleum, oliuarum in convulsionibus aut alius aliquis liquor affectui congruus. Aliquando verò *Compositum*; quando horum liquorum plures, pro Balneo simul confunduntur: vel quando ex idoneis conficitur decoctum vt in fotu & Lotione diximus. Ad quod decoctum nonnunquam, si morbus id requirat, eliguntur etiam animalium partes, vt, caput castrati, omentum eiusdem, pedes vitulini &c. vbi scilicet mollire ac lenire intentio. Decocto non rarò lac, oleum, aut alius humor, scopo conueniens, affunditur. Atq; horum omnium quantitas tripla, quadrupla, respectu Fotus esse debet.

Sed hæc clariora fient, si cum Paradigmatis subsequentiibus conferantur.

ND

PA-

## PARADIGMATA.

## Balneum pro hecticis.

IV.  
Formula  
prescriben-  
di.

℞ Aq. dulc. q. s. adde ol. violati ℥j. vel  
tantundem butyri rec. Rondel.

## V E L.

℞ Rad. bismalu. ℥ij. malu. branc. vrs.  
bugl. cum rad. Ana Mij. fl. viol. borrag. bugl.  
Ana P iiii. ros. rubr. Pij. M. Idem.

Balneum conceptionem  
juvans.

℞ Artemis. absinth. leuist. auene. gran. ju-  
nip. orig. chamem. Ana M ij. Decoq. omnia  
in aq. pluviali q. opus est. Infideat in isto bal-  
neo mulier sterilis, statim post fluxum men-  
struorum, quotidie bis, manè scilicet per ho-  
ram, & tamdiu vespèri, idq; continuet octo  
diebus, ac renouet tertio quoq; die. Ruland.

## Balneum dolorem placans.

℞ Rad. alth. lil. alb. Ana ℥j. B. fol. malu. alth.  
per-

perdicij. violar. Ana Mj. sem. lini. fœnugr.  
 Ana ꝑB. sem. bismalu. Vnc. iij. fl. chmarn.  
 melil. anethi Ana Mij. aq. q. s. cui misce ol.  
 lil. lini Ana ꝑBij. f. Baln. Heur.

## Balneum cutim detergens ac leuiter astringens seu corroborans.

ꝑ Rad. bryon. lapathi acuti, cucum. fylu.  
 art. serpentina Ana ꝑBj. rad. asphod. vel gent.  
 ꝑ squilla ꝑB. saponaria, parietar absinth. sca.  
 bios. fumar. borrag. Ana Mj. lupinorum, fa-  
 barum Ana Vnc. ꝑ fl cent. min. ꝑ iij. rosar.  
 Pij. f. decoct. pro balneo. Rondel.

Balneum humidum Medicis omnibus  
 tum Græcis, tum Latinis ac Arabibus auxi-  
 lium est commendatum, ad sanitatem  
 firmandam, deperditamq; reuocandam,  
 auxilium certè jucundissimæ voluptatis  
 plenum, cum intimis, tum in periphèria  
 positis cõferens affectibus; pueris ac senib<sup>9</sup>  
 remedium appropriatum; imò tale vt nul-  
 lam vitæ partem sui patiatur esse indigam.  
 Prout verò ex variis constat, pro eo etiam  
 diuersos ac sæpè pugnantes inter se edit  
 effectus. Aliud enim commen datur  
 ad cordis, hepatis, lienis, aut renum intem-  
 periem calidiorem emendandam, qua

V.  
 Villius

corpus vniuersum absumitur atq; marcescit, ad corporis summa refrigeranda & densanda, sudores coercendos. Aliud verò celebratur ad calorem insitum fuscitandū, succum alimentalem in corporis summa, evocandum, extenuata implendum. Vtile proinde refrigeratis, emaciatis, viribus destitutis & alimenti indigis. Opitulatur quoq; rigidis ac nervis perfrigeratis, humores crassos attenuat, concretos diluit, colliquat fluxilesq; reddit; interiora, sed maxime cutis spiracula, laxat, obstructions viscerum aperit, sudores ciet, plenitudinem minuit, atq; sic ex accidenti siccatur, perfrugiumq; est vltimum in materia morbifica contumaciore resoluenda.

Aliud laudatur ad corpus madefaciendū habitumq; molliorem procurandum. Commodū igitur febribus ephemeris, hecticis, vehementer exiccatis, & à sole exustis, aut alijs cute squalidis ac siccis.

Balnea præterea vigilias tollunt, lethargicis student, convulsiones & neruorum rigiditate relaxant, melancholiam, & maniacorum furorés compescunt, dolores nephriticos, vesicæ & vteri placant, calculos, urinam, mensesq; remorantes mouent ac pellunt, mulieres ad conceptionem habiles reddunt, & hysteriarum symptomata mitigant.

mitigant. Articulorum tensiones & lassitudines mulcent, inquinamenta acriora sub cute latètia in auras solvunt, prurimum, scabiem, morpheam, elephantiasin, & alias similes cutis infectiones persanant.

Balneum verò humidum his interim incommodis quoq; est molestum. Fluxiones, si quæ sunt in partes imbecillas, auget, spiritus incendit, corpus vehementer exagitat adeo vt si vel plethoricum, vel impurum fuerit, morbo promptè tentetur. Crudà igitur in febribus adhuc materià, infirmauè aluo. à balneis abstinèdũ: ita & in catarrho hæmorrhagia, lienteria, nausea & ructu, ac viscerum effœta vi: quia, cum balneo liquefcant humores, huc ruent patentibus viis. Nihil item periculosius, quam cum horrore in balneum descendere. Rupta vomica in pulmonibus aut renibus, multi in balneis interière. Vtilitas quoq; balnei sine assuetudine tenuis; igitur ab vsu alieni sensim discant. Agathini doctissimi ac antiqui Medici sententia fuit, calida balnea rarò ineunda esse. At, dicit, qui vitæ huius curriculũ sani perficere volunt, frigidà lauari sæpè debent. Hinc, qui senecta cruda his vtuntur, roseo colore efflorescunt, ac robur inducunt, firmanantq; partes nutritioni dicatas. At, inquit

Nn 3 idem

idem, qui calidis vtuntur, flaccidas carnes gerunt ac fluidas, omniaq; quæ cæteris expedita, languent; hinc Barbarorū corpora, qui frigidâ infantulos mergunt, firmitiora; nec eorum pueruli æquè, vt nostri, epilepsię obnoxij.

Nam nutrices olim omnes, puerulos quotidie calidâ ad somnum lauabant; quod si neglexissent, soporari (inquit Herodotus) illos non posse putabant. Attamen graciles à balneis frigidis sibi caueant.

*VI.  
Vfus.*

Ingrediatur æger balneum manè, aut etiam vesperi, longè tamen à passu. Neq; enim cibo aut potu saturatū lauare æquum est, ne cruda materia ex alto in venas rapiatur; nisi morbus aliud suadeat; vt in doloribus vehementibus, aut convulsionibus. Ibi enim ante ingressum alvum & vesicam exonerasse sufficit, ne cloacæ hujus fæditas, in habitum corporis trahatur, caputq; vapores feriant. Neq; etiam à Balneo statim comedendū aut bibendum. Nam excitato à balneo calore, vis caloris attrahens eripit occasionem mitigandi.

Liquor balnei modò ad balneantis collū pertingat, si nimirum humectare voluerimus, aut pars quædam corporis superior laboret: modò non ultra ejusdem ventriculi



culiorificium progrediatur; si affectus in parte inferiori consistat.

Quoad tempus discretum, uti possumus balneo per biduum, triduum, quatrimum, aut plures etiam dies, ut in hectica; atq; vel semel, vel bis in die. Quoad continuum verò, pro vice hæreat in balneo per semihorâ, vel integram, aut duas: pro virium scilicet robore & morbi exigentia. Mora autem in balneo matutina, prolixior sit vespertina. Postea, detergo madore, lecto se componat æger.

### *Infessus seu Semicupium.*

Cum totum corpus, certas ob causas balneare non libet, nec licet; atq; interim pars affecta amplior est, quàm ut foris tota tegi possit, Infessus aptatur, qui veluti dimidium est balneum, atq; inter foris & balneum vniuersale medium quid. Hoc enim minus, illo verò majus. Huic ægri insident ab imis pedibus, vel sceminibus cruribus ac tibiis extrâ porrectis, vsq; ad umbilicum, vel ventriculum; vnde & Dioscor. *ἐνδιάστημα* Lat. Infessio vel Infessus dicitur; item & Semicupium, quòd dimidia tantum veluti cupa adhibeatur.

*I.*  
*Quid sit.*

*Nomen*

Nn 4

EA

*Descriptio.*

Est igitur Inseffus medicamentum exter-  
num, fluidum. cui partes corporis regionis  
mediæ maximè immerguntur.

*II.  
Compos.  
tio.*

Ex iisdem verò componitur semicupiñ,  
ex quibus Balneum totale: ingredientium  
dosi saltem aliquâ ex parte imminutâ.

## P A R A D I G M A T A.

### Inseffus ad tenesimum.

℞ Malu. alth. violar. verbasci Ana' Mj. fl.  
verbasci P j. sem. lini ℞ B. In horum decocto  
usq. ad umbilicum eger sedeat. Andern.

### Alius ad calculum.

℞ Malu alth. chamomill. melil. pariet. sco-  
lopendr. Ana M ij. rad. malu. ℞ B. rad. fe-  
nic. Vnc. iij. sem. lini Vnc. iij. fenugr. Vnc. ij.  
rub. tinct. Vnc. j. Incisa omnia sacculog<sub>2</sub> lineo  
indita ad Inseffum coquantur. Idem.

### Alius ad menstrua prouo- canda.

℞ Arte-

℞. *Artemis. salu. beton. calamenth. orig. pulsg. chamam. melil. hyper. abrot. Ana Mß. rad. irid. petrosel. Ana Drach. j. Coq. pro Inseffu. Fuchf.*

## Alius ad nimium vteri & hæ- morrhoidum fluo- rem.

℞. *Symph. mai. & min. polygoni, cymarum rubi & quercus Ana M ij. cort. malor. granat. sem. myrti Ana Vnc. jß. prunell. syluestr. sumach. Ana Vnc. ij. In aq. & vino austero coquantur ad Inseffum. Bertald.*

Inseffus vsurpatur in affectibus partium abdomine cõtentarum, aut etiam inferiorum. In hunc quippe, laborantes partes omnes demersæ, plurimum leuantur, nullâ reliqui corporis perturbatione. Ferè autem adhibetur ad calefaciendum, humectandû, molliendum, leniendum, tenuandum, vasa referanda, ac dolores sedandos. Ob id colicorum, iliacorum & dysentericorum tormina mitigat: modò nulla adsit inflammatio. Nam in eius initio Inseffio minimè confert. Aluo adstrictè, ac ani vitijs plerisq;

IV.  
Vtilitas.

N n 5 &

& venis hæmorrhoidalibus tumētibz, ac dolore diuexantibus succurrit. Nephriticis, noxis vesicæ & renum, difficultati vrinæ, stranguriæ & dysuriæ auxilio est. Vteri pathemata, eius scilicet cruciatus, menses subsistentes & similia mala: tibiarum item, & coxendicum dolores, leuat.

v.  
Vfus.

Vfus idem qui Balnei superioris. In hoc igitur nihil aduertendum præterea.

*Balneum siccum.*


l.  
Nomen.

Aliàs vocatur Aëreum, siue Laconicum; eò quod Lacones maximè hoc vterentur, vt humido Romani.

Barbari appellant stufam, alij sudatorium, Vaporium aut calidarium. In hoc enim Balneo, æger nulli immergitur liquori, sed solummodò decocti, aut alterius liquoris bullientis vapore calefit.

Paratur ex iisdem ex quibus fatus humidus. Imò neque est aliud hoc balneum, quàm fatus aliquis vniuersalis & totius corporis, ideò etiam ingredientia, quantitate paulò maiore in hoc præscribenda.

PARA.



## PARADIGMATA.

℞. Absinth. chamem. menth. bacc. junip. fl.  
 fœnic. Ana M. v. straminis avenæ fasc. ali-  
 quot. Coq. omnia in s. q. lixiij. Ad asciten.  
 Ruland.

### Aliud ad eandem.

℞. Beton. saxifrag. chelid. Ana Mij. cen-  
 taur. utriusq. byssop. agrim. fol. mezereon A-  
 na M℞. fl. camom. melil. anis. fenugr. sem. li-  
 ni Ana Mj. Bulliant in s. q. vini albi odori-  
 feri, vsq. ad consumptionē quartæ partis vini,  
 deinde igniatur lapis marchasita magna, vel  
 loco marchasite sume spumam ferri, vel lapi-  
 dis molendini, & tunc conficiatur foramen in  
 assere, ad quantitatem alui patientis, & fo-  
 mentetur aluus. Bened. Victorius.

Balneum hoc materiam omnem vitio-  
 sam sub cute cōtentam calefacit, attenuat,  
 liquat & sudando elicit atque absumit, ne-  
 glectique exercitij vicem supplet. Caco-  
 chymicis valdè proficuum, maximè si hu-  
 morum

IV.  
 Vitiatas.

morum illuuias circa corporis habitum consistat. Valet precipue in affectibus frigidis & humidis, tumoribus laxis, hydropo, leucophlegmatia, ascite. In podagra pituitosa, scabie humida, lue venerea, & alijs similibus cutis infectionibus, in primis remedium accommodatum. Eius usus tamen noxius capiti, oculis, pulmonibus, pectori, naturis valde siccis, macilentis & gracilibus, biliosis, non purgatis, siti infestatis, pueris, senibus & ventre constipatis. Contra prodest obesis, crassis, phlegmaticis, robustis, purgatis & ætate consistentibus.

v.  
Vfus.

Usus huius liquoris qui ad balneum hoc adhibetur est trifarius. Vel enim super ferri laminam disponuntur aliquot lapides fluuiatiles candentes, in quos decoctum effunditur. Vel decoctum prius sub conopeum ponitur, atque postea in illud scilicet igniti injiciuntur. Vel, quod commodius, paratur decoctum in duobus lebetibus, qui vicissim calentes cum residentia decocti in stufam immittuntur. Atque hunc vaporem excipiat æger in sudatorio sub conopeo probè clauso, ac ibi sudet ad placitum. Egresso & siccato ægro, cubili tradatur. Reliqua omnia vsui balnei humidi respondent.

CAPVT

## CAPVT XV.

*De Cataplasmate.*

**M**edicamenta Externa eaq; fluida, quæ indifferentè pluribus applicantur, partibus, ad exitum perduximus. Videam⁹ iam etiam, qualia sint ea, quæ consistèntiam nacta sunt aliquo modo solidiorem & minùs diffuentem, ac à Cataplasmate incipiendo, ad Vnguenta, atq; illinc gradatim ad solidiora progrediemur.

Cataplasma verò medicamentum est topicum veterum malagmati consistentiâ & viribus admodum respondens. Multi quoque nostra ætate Cataplasmata, minus tamen rectè, (siquidem hæc duo remediorum genera longissimè inter se distent.) cū Emplastris confundunt. Chirurghi eadem ob consistentiâ Pulticulas vocant. Quanquam non desint qui Pultem & Cataplasma inter se distinguant. Dum Cataplasma ex pluribus

1.

*Quod sic.*

bus

bus & varijs simplicibus, rad. y. g. herbis, feminibus, fructibus, & alijs fieri ajunt: Pul-  
tem verò solummodò ex farinis, cum liquore quodam conueniente, oleo, aquà, melle vel butyro exceptis & coctis. Sed hæc differentia tanti non est momenti, vt ob eam, his duobus remedijs, suum cuique peculiare attribuendum sit caput. Cum farinæ leguminum frequentissimè etiam Cataplasmatibus, & quidem in quantitate satis magna, addantur.

*Descriptio* Est igitur Cataplasma medicamentum externum, topicum & molle, ad pultis consistentiam redactum.

*II. Differentia.* Cataplasma aliud Coctum, quod scilicet ad sui confectionem coctione opus habet; aliud Crudum, quod citra eandem paratur.

### Coctum.

*III. Compositio Materia Qualitas.* In Cataplasmate Cocto materia alia coquitur, alia verò non coquitur. Quæ coquitur; aut est Remota aut Propinqua. Remota; vel solida, vel Fluida. Solida, vt, varia simplicia, ex quibus coctione mucilago extrahenda, veluti, rad. herba, femina, fructus &c. inprimis mucilago-



ginosa viscida & lenta.

Fluida est liquor in quo hæc vegetabilia decoquenda: estq; vel aq. communis, hydromel, viinū, lac, serum, lixiuium, vel humor alius Medici scopo satisfaciens.

Propinqua autem materia est mucilago coctione extracta & per cribrum traiecta.

Materia deniq; quæ non coquitur, sed huic mucilagini traiectæ demum additur, est vel sicca & arida; vt, far. leguminum sem. lini, fœnugr. fab. hord. lentium, tritici &c. aut alij pulueres qualescūq; : vel mollis; vt, butyrum, adipēs, axung. seu, vnguenta offic. vitelli ouorum & similia: vel fluida; vt lac. succus quidam, mel, oleum vel liquor talis, qualem ad decoctionem adhiberi diximus.

Simplicia ad decoctionem assumuntur, *Quantitas* copia nunc maiore, nūc minore; prout magnam vel parvam cataplasmatum quantitatem parare libet: aliquando videlicet ad vnciam vnam vel alteram saltem, aliquando verò ad ℥̄ss. vel integram: quibus postmodum liquor, analogiā in Apozemate dicta, affunditur.

Mucilaginis extractæ quantitas etiam est varia. Quia si simplicia magna in copia fuerint

fuerint decocta, magnam : si verò parua, paruum etiam mucilaginis suppeditabunt molem.

Postremò quidam reliquorum mensurata definiunt, vt ad mucilag. extractæ, v.g. ℞. β. farinarum addant Vnc. ij. pulueris alterius Vnc. β. oleorum Vnc. ij. adipum & similium Vnc. j. β. Sed cum ab hac proportione Practici sæpiùs longè admodum recedant, satius est horum quantitatem cuiusq; iudicio liberam relinquere. Cum si Cataplasmatibus consistentia, ob pulueres in maiori, quam par est. copia additos, fuerit, aliquantùm siccior; facîle liquore conuenienti affuso possit dilui. Ob id etiam oleorum, succorum, aut alterius liquoris informantis mensura, rarò à Pragmaticis exprimitur, sed ferè industriæ medicamentarij committitur.

## PARADIGMATA.

LV.  
Formula

Cataplasma ad inflammationem in statu.

℞. Lappathi, parietar. chamem. melil. Ana.  
M. β. rosarum P. j. palmularum Num. x. Far.  
hordei

*hordei Pij. Contusa decoquantur in aq. ad  
spissitudinem. F. Catapl. Andern.*

**Aliud ad vulnera venenata,  
dolorem sedat & phleg.  
prohibet.**

*℞ Fl. verbasci, hyper. rosarum Ana Pij. fol.  
ruta, hyosc. Ana Mj. decoq. cum aceto, & F.  
Catapl. Quercet.*

**Aliud ad anginam pestife-  
ram.**

*℞. Nidi hirund. cum plumis & fimo, coq.  
ex decocto alth. ad pultis ideam dum veniat:  
adde olei amygd. dulc. anethi Ana. Vn. ij. ther.  
Drach. ij. croci Drach. ℞. cassia Vnc. ℞. M.  
F. Catapl. Heur.*

**Aliud emolliens.**

*℞. Malu. violar. Ana Mij. rad. alth. lil.  
Ana Vnc. iij. sic. ping. Num. v. Coq. ex aqua,  
ac cribro trajciantur, deinde adijce fl. cha-  
mam pulueris. sem. anisi Ana Vnc. j. fat lini vel  
Oo fœnugr.*

578 FABRICÆ RECEPTARVM  
*ſennegr. Vnc. ij. adip. anſer. ol. violac. vel cham-  
mem. Ana Vnc. ij. Coquantur in malagma.  
Heur.*

*Crudum.*

III.  
*Compoſitio*

Atq; tantum de cataplaſmate cocto, ſequitur nunc crudum. Hoc verò duplici paratur modo.

Sumuntur enim quandoq; ſimplicia recentia mucilaginofa ac ſucculenta, vel arida, in liquore tamen conuenienti prius macerata, plura pauciora; quæ poſtmodum ad pulſis qualiſiſtentiam, in mortario eadem contundendo, reducuntur. Atque huic muccagini eadem, quæ ſuperiori per coctionem extractæ, ſi libeat, addi poterunt. Si fuerit conſiſtentia ſiccior, cataplaſma, affundatur liquor aliquis quantitate ſufficienti.

Nonnunquam verò cataplaſma crudum ex duplici paratur materia: Informanda ſcilicet, & Informante. Illa eſt ſicca, aliquando & mollis. Sicca; vt farina, vel alij etiam pulueres ſuprà recenti, qui ad Vnc. ſ. Vnc. iij. vel plures, pro libitu ſcilicet aſſumi poſſunt. Mollis; vt, medullæ, axung. butyr. medulla panis in liquore macerata, pulpa  
pomi

pomi tosti, steruus bouinum, vng officinalia & similia alia: horum dosis est Vnc. j. ij. iij. vel plures.

Informans verò est fluida, vt mel, vinum, lac, oleum, vel alius liquor supra dictus. Huius quantitas sit sufficiens ad cataplasmatum formam iustam effingendam. Notandum autem interdum materiam mollem Informantis vicem supplere, si ad pulueres quantitate triplâ aut quadruplâ adijcatur: vt ex paradeigmatis duobus patebit.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula*Prioris modi*

## Ad dolorem oculorum.

℞. Portul. Plantag. vel solani Mij. contusa diligenter apponantur supra partem affectam.  
Andern.

## Aliud ad dolorem capitis.

O o 2

℞. Fel.

580 FABRICÆ RECEPTARVM

℞. *Fol. heder. Mj. ruta & M β. nucl. Persic.*  
*Num. x. aceti q. s. M. Bertald.*

### Aliud ad pleuresin.

℞. *Parietar. fol. caulium Ana part. equal.*  
*cum butyro F. Catapl. Idem.*

### Aliud pro ventriculo.

℞. *Absinth. Rom. Mj β. menth. Mj. cum*  
*opt. vino F. Catapl. Idem.*

### Aliud ad difficultatem v- rinæ.

℞. *Parietar. fol. raph. sifymb. aquat. Ana*  
*Mj. cum ol. scorp. simpl. F. Catapl. Idem.*

### Posterioris modi.

### Catapl. ad vermes.

℞. *Aloës*

*℞. Aloës Vnc. ℞. far. lupin. Vnc. j. sem. san-  
ton. Drach. j. ℞. scordij Mj. fell. tauri Vnc. j.  
sum melle F. Catapl. Bertald.*

### Aliud ad inflammationem.

*℞. Succ. semperuii ℞ j. vini crassi acerbi  
℞ ℞. far. hordei Vnc. iij. corr. mal. granati, su-  
mach. Ana Vnc. ℞. M. & F. Catapl. Rond.*

### Aliud ad dolorem podagri- cum.

*℞. Lact. capr. Vnc. v. vitell. ouorum Num.  
ij ol. rosac. Drach. j. croci Drach. ℞. medulla pa-  
nis q. s. ut recipiat catapl. formam. Potest &  
addi sem. pap. ad Drach. iij. aut opij Drach.  
℞. Fuchf.*

### Aliud ad hydropem.

*℞. Sterc. bouini ℞ j. sterc. capr. Vnc. iij. a-  
nis fœnic. carui Ana Vnc. ℞. F. Catapl. Rondel.*

### Aliud ad tumorem rubrum oculorum.

003

*℞. Mi-*

*R.* Micam panis albi, maceretur aliquot horis in aq. rosarum & lacte recenti muliebri, in pulvem vertatur, addatur medulla pomi tostati acidioris, adycepharum croci, quo flavedine ducat, F. puls. quæ sindone duplici, vel tenui linteo excepta tepide oculo dolenti imponatur.  
Heur.

v.  
*Utilitas.*

Cataplasmatum maximus usus ad calefaciendum, leniendum, laxandum, digerendum, maturandum, flatus discutiendos & dolores demulcendos. Fronti applicata magnam habent utilitatem ad ægros soporandos, hæmorrhagias narium sistendas, & cephalalgias mitigandas. Auribus verò & oculis; ad eorundem influxiones arcendas, inflammationes discutiendas & dolores minuendos. Collo; ad aginæ tumores emolliendos, & scrophulas ac strumas dissipandas. Thoraci; ad peripneumoniam, pleuritidis & omnium pectoris partium inflammationes mitigandas ac maturandas. Hypochondrijs; ad jecoris & lienis obstructions aperiendas. Abdomini; ad musculorum eiusdem & mesenterij tumores ac infarctus tollendos, ad flatus & aquas in hydropse exhauriendas, dysenteriam, colicam, iliacam, & passionis hystericæ crucia-



cruciatuſ ſedandus, vermes ex inteſtinis fugandos. Pectini; ad vrinam reſtagnantem pellendam. Scroto; ad ipſius aut teſticularum intumeſcentiam quamuis, ex inflammatioe ſcilicet, aut herniâ ſeroſâ ſeu flatulentâ auertendam. Artubus; ad dolores arthriticos abigendos. phlegmonas, œdemata. ſcirrhos, tumores flatuoſos, parotidas, tubercula, furunculos, phymata, bubones, abſceſſus aut diſcutiēdos aut maturandos ac ſuppurandos, contuſiones & luxationes firmandas.

Cataplaſmata ſuprà linteum extenſa calida partibus ſolent imponi; idque ſemel vel bis in die, vel etiam ſæpiùs, ſi opus videa-  
tur. Egelida adhibentur hypnotica & refrigerantia. Si integra cutis non ſit, primùm tenuelinteolum vnguento roſato vel populeo, vel de thutia illitum imponatur; hinc cataplaſma.

VI.  
Vſus.

## OBSE RVATIONES.

*Si hypochondrijs calefacientiæ & diſcutiētia  
cataplaſmata admoenda ſunt; id non niſi  
vacuato prius corpore, fieri debet. Attra-*

O o 4

hunc

*hunt enim aliàs ad partem affectam totius corporis excrementa.*

*Quæ tenuandi vi insignia sunt, non injicenda sola ubi restagnans materia crassior duriorq; fuerit. Nam attenuatis partibus rarioribus crassior materia in scirrhum concrescit. Igitur simul emollientia admiscenda.*

*Cataplasmata ex lacte parata, cruda potius, quam cocta conueniunt. Quia, ut monet Rondeletius, lac cum decoquitur inspissatur & pars aërea, que magis est anodyna, absumitur: remanet verò pars caseosa, que crassior reddita Emplastica sit, unde minus dolorem soluit, sed magis constringit. Huc accedit, quod serum cocturâ acre reddatur. Magis itaq; dolorem soluit lac frigidum & crudum, quam coctum: recens, quam acidum: & quod plus butyri habet, minusq; casei, ut vaccinum, ouillum, muliebre.*

•§(o)§•



CAP.



## CAPVT. XVI.

*De Linimentis ac Vngentis.*

**L**inimenta & Vnguenta reuera solâ consistentiâ inter se differunt. Horum enim crassior, illorum verò est liquidior. Quamuis enim quidam, inter Linimenta, <sup>Fuchsinæ</sup> & Vnguenta, & hoc discriminis ponant, <sup>et aliis.</sup> vt videlicet Linimenta sine cera ac igne; cum ijsdem autem vnguenta parari dicant: non est tamen illud perpetuæ veritatis.

Etenim non solum Linimentis interdum potest addi cera; (licet minori quantitate, quam fit in Vnguentis) sed & quædam vnguenta absq; cera confici possunt; vt apparet in vnguento Ægyptiaco, de Cynogl. Popul: & aliis. Sic etiam Linimenta nonnunquam decoqui poterunt, si nempe ad sui compositionem humida & aquosa recipiant; nec interim in Vnguentis semper necessaria est coctio; vt Vnguentorum apud

Oo § autho-

authores Practicos descriptiones passim extantes testantur. Et cum Vnguenta à Medicis ad vsum præsentem præscribi solita, modò sint consistentiæ crassioris, modò liquidioris: nos de Linimentis & Vnguentis simul tractationem instituire commodè possumus; siquidem vtrorumq; eadem alia compositionis ratio & methodus, idem in curando vsus ac emolumentum.

I.  
Quid sint.  
Nomen

Quemadmodum verò Linimenta ab illo nomen habent ab *linēdo*; sic Vnguenta nomen habent ab *ungēdo*. A Græcis dicuntur *Μύρα*, fortè quod ex myrrha olim conficerentur; vel, vt Chrysippo placet, *Μωρα*, hoc est, fatua: quod post crapulam & comotationes Veteres vnguentis communiter vti solerent. Græcorum verò *Μύρα*, cum illis compositionibus, quæ nunc publicitus vnguenta vocantur, minimè conueniunt. Siquidem Antiquorum *Μύρα* nec ceram nec resinam recipiebant, solummodò ex odoratis constabant, vnguentis nostris multò erant liquidiora, ac potissimum ad delicias & luxuriam adhibebantur. In convitiis proindè secundis mensis inferebantur, & conuiuarum pili iisdem inungebantur. Nostra verò vnguenta ad valetudinem ferè faciunt, consistentiæ sunt aliquo

liquo modò crassioris, vt partibus diutius in hæreant, non solum non ex odoratis tantum modò conficiuntur, vt etiam foetidissima quæq; interdum recipiant, ac deniq; sine oleo & cera rarius parantur. Atq; hæ remediorum species antiquitus dicebatur olea composita: eadem verò si ceram aut resinam accepissent, *Μυεγχοτα* vocabantur. Quare Vnguenta nostratia potius *Μυεγχοτα* quam *Μυεγ* appellanda videntur. *Descriptio*

Est igitur Vnguentum nostras medicamentum externum, topicum, mediæ inter oleum & emplastrum consistentiæ.

Vnguentorum aliud Alterans, aliud verò Catharticum. De priorj, vt potè magis familiari, prius. *II. Differentia*

### *Vnguentum alterans.*

Linimenta seu Vnguenta, quod etiam de Ceratis ac Emplastris dictum volo, adeo variis, ac vix aliud quicquam medicamenti genus, conficiuntur modis; vt proindè non ita facile ac expeditum sit, in ipsorum cõpositione tradenda versari: nostamen pæcipuos & magis vsitatos eorum componendi modos, ad certa quædam capita reducere conabimur.

EA

III.  
Compositio  
Materia  
Qualitas

Est autem materia Vnguentorum bipartita. Alia enim Informandæ, alia verò Informantis locum obtinet.

Prior triplex est: Fluida, Mollis, & Sicca seu Solida.

Fluida ex variis constat liquoribus, veluti sunt olea communia & destillata, decoctum seu infusum aliquod, succi expressi, aq. destillatæ, mucilag. extractæ, vinum, acetum, aqua vitæ, aut alius quidam humor; atq; horum sumitur modò vnicus, modò plures & diuersi.

Pro molli verò conueniunt butyrum, adipēs, medullæ, seu a, vnguenta offic. extracta, & similia: item & Emplastra ac Cerata in Medicinis asseruata.

Sicca deniq; & arida non est nisi puluis aliquis: isq; vel vegetabilis, vel mineralis: atq; aut Simplex, aut Compositus. Huc etiam referendi succi concreti & gummi, quanquam hæc rarò, nisi liquore soluta, vt post audiemus, vnguentis addantur.

Informans autem, quæ scilicet conuenientem huic remedio tribuit formam ac consistentiam, est cera. Et hæc plerumq; compositionem Vnguentorū ingreditur, rarius vero Linimentorum. Eligitur verò communiter cera flaua, eaq; mollis, pinguis

guis ac noua; vbi emolliendum & coquendum: nonnunquam candida, vbi constringendum & refrigerandum, quia hæc aceto fuit indurata. Idem quoq; in constructione Ceratorum & Emplastrorum obseruatur. Cera tamen alba propter duritiem Linimentis non addenda. Præter ceram quandoq; etiam Vnguentis, admiscetur pix aut resina quædam, si eadem pertinacius partibus adhæresce volumus.

*Ingredientia autem hæc, tum quæ materiam Informandam, tum quæ Informantem constituunt, ad eò varia inter se concurrunt analogiã, vt aliquid certi de hac concludere vix liceat. Interim tamen hæc ferè inter illa obseruatur proportio. Primò omnium fluida sumuntur, modò in maiori, modò in minori quantitate, Prout magnam, vel paruam vnguenti seu Linimenti copiam parare libet. Et vt hæc, reliqua mole multum excedunt, sic in his ipsis olea communia plerumq; præponderant. Destillata verò, item aqua vitæ, aut spiritus alii per alembicum elicit, ad guttas saltem aliquot in reliquorum Vnc. j. affunduntur.*

Ad fluidorum autem partes octo, adduntur molliũ partes duæ, tres, vel etiam quatuor

tuor in Vnguentis. Puluerum verò pars vna in Linimentis, duæ autem in Vnguentis; Puluerû verò pars vna in Linimētis. duæ autē in Vnguētis sed gummatû saltē pars semis.

Cera si ad Linimenta adhibeatur, id sit proportione ad fluida suboctuplâ: in Vnguentis verò subquadruplâ. At resinæ iisdem in pauca commiscendæ quantitate, quia aliâs Vnguenta ad Emplastrorum soliditatem deducunt. *Vt si, V. G. Fluidorum pondus sit Vnc. j. mollia adjiciantur ad Drach. ij. iij. vel i v. pulueres ad Drach. j. ij. gummi ad Drach. ß. cera ad Drach. j. vel ij. resina ad Drach. ß. Rarò tamen ceræ & resinę pondus in Recepta describitur, sed plerumq; de eo decernendo Pharmacopœjus arbiter admittitur. Modò enim majus requiritur, modò minus sufficit; prout multum vel parum de pulueribus, aut ceræ analogis massæ vnguenti fuerit additum. In genere quoq; in horum omnium proportione ad inuicem augenda, minuenda uè ad quatuor respiciendum: Ipsa scilicet Vnguentorum ingredientia, vsus, partem laborantem, & Tempus anni. Quædam enim, veluti butyrum, pinguedines & similia, oleo analogia censentur; quædam verò, vti seu, gummi, resinæ & pix, ceræ Si igitur vnguentum multum de illis recipiat, oleo-*

rum



rum dosis potest imminui: si verò de his, quantitas ceræ eò minor sit.

Olea etiam in majori ponenda quantitate, si metallicis aridis, vel acribus miscenda.

Tum quia illa multum olei ebibunt; tum vt horum acrimonia obtundatur. Cum linimenta ex vino, aceto, mucilagine, succo, aut simili liquore aquoso constant, nec illius humiditas aquea coctione absumatur nulla omninò, aut non nisi paucissimâ in quantitate ipsis cera addenda.

Sic si emollire aut laxare volumus, plus olej, aut ipsi respondentiu accipimus: si verò siccare, constringere, carnem aut cicatricè generare intendimus puluerù & ceræ quantitatem augemus. Interdum quoq; diutius & firmi<sup>9</sup>, interdum autem min<sup>9</sup> diu Vnguentum ad hæere volumus. Quando pars affecta, tenera & sensus exquisitj, vnguentum mollius; quandò verò robusta & agrestis, siccius, ad hibemus.

Vnguenta quinetiam tempore æstiuo ceræ plus, hyberno verò minus desiderant: quia tum aëris frigiditate spissiora euadūt. Atq; hæc de materiæ Vnguentorum tum *Preparatio.* Qualitate tum Quantitate dicta sufficiant. Eadem autem parantur aliquando per coctionem, aliquando citra eam.

Vnguenta cocta tali fere componuntur.

tur methodo. Liquores qui aqueam, & oleis inimicam admixtam habent humiditatem, veluti decocta, infusa, succi, mucilagines, vinum, acetum &c. coquendi cum oleis, vsq; dum eam omni, vel saltem majori ex parte deposuerint: postea pinguedines & similia, cum cera suprâ ignem liquata addantur. Lentiora verò gummi si adsint, ea prius ex aceto vel vino in succum verantur, ac vi ignis nimio exhausto madore, reliquis instillantur. Deniq; olea destillata & pulveres triti ac resinæ admisceantur: atq; sic omnia accuratè mista, in vnam massam conformem cogantur.

Vnguentorum verò crudorum conficiendi ratio est facilis. Si enī nulla recipiant aquosa, quorum suprâ facta mentio, aut non nisi minimâ in copiâ, eorum ingredientia, probè inter se, suprâ ignem lentum, miscentur. Sin verò horum, quædam admittant, eorum materia, tamdiu in mortario plumbeo, cum ejusdem metalli pistillo agitatur ac teritur, vsq; dum exactè inter se confusa fuerint. Et hæc Linimenta quibusdam in specie Nutrita vocantur. Quale est vnguentum de litharg. item & de cerussa dictum.

Postquam de accommodata Vnguentorum

rum

rum parandi ratione egerimus, subjiciamus  
nunc quoq; quædam Paradeigmata: & qui-  
dem eorum primum, quæ vi coctionis pa-  
rantur, postea verò & reliquorum.

## PARADIGMATA.

Vng. Ægyptiacum Mes.

IV.

Formula

℞ *Erug. Drach. v. mellis Drach. xiv. a-  
ceti fortis Drach. vii. Coq. omnia simul, do-  
nec fiat vng. spissum & colore purpureum.*

Aliud ad scabiem.

℞ *Vini boni ℔j. S. sulph. Drach. iij. thuris  
Dr. c. ij. salis Drach. iij. pingued porc. Vnc. iij.  
cera alba Vnc. j. Bulliant omnia donec tertia  
pars absumatur, sub finem adde styrac. liq.  
Drach. j. Sinito congelari pro Vng. Sen.*

Aliud Emphyreuma extin-  
guens

℞ *Ol. lardi, ol. buxyri Ana Vnc. 8. succ. fol.  
& bacc. heder. Vnc. ij. succ. cort. med. sambuc.  
Vnc. j. ol. sambuc. Vnc. iij. salis petra Drach.  
ij. Coq. ad aq. consumpt. & cum modico cera  
& liniment. Quercet.*

P

Aliud

## Aliud ad cephalalg. calidam.

℞ Succ. plantag. solani Ana Vnc. ij. aq. rosac. aceti Ana Vnc. ℞ ol. de nymph. rosar. Ana Vnc. iij. decoq. ad liquoris consumpt. post adde sem. lact. portul. coriandr. Ana Drach. ij. santali rubri gran. kermes, berber. Ana Drach. j. cere alba q. s. f. Vng. Varand.

## Aliud ad Erysipelas &amp; in inflammationem.

℞ Mucilag. sem. Psyllij. extr. cum aq. semperu. & pauco aceto Vnc. iij. succ. plantag. vel solani Vnc. j. ol. de nymph. papau. vel hyosciami Drach. iij. Coq. succi ad consumptionem, deinde adde pomata Vnc. ℞. M. Rond.

## Aliud pro lepra.

℞ Succ. fumar. lapathi acuti. chelid. maj. Ana Vnc. ij. ol. rosar. ℞ ij. Bulliant ad succ. consumpt. post adde litharg. Vnc. j. ℞. cerusse lota Vnc. j. sal. com. sulph. viui An Drach. iij. helleb. vtriusq. & sublimati Ana Drach. ℞. hydrarg. succo limō. extincti Vnc. ij. ol. de tartar. de vi-

de vitell. onorum, Ana Vnc. j. terebinth. Vnc. iij. M. in mortario & diu agitentur. f. in star nutriti, Varand.

## Aliud pro jecore.

℞ Sp. diatr. santal. ros. absinth. agrim. Ana Vnc. ℞. f. pulu. coq. ex aqua per sesquihoram, cum aqua tincta satis fuerit, coletur per lentem forti expressione, tum coque ad mellis crassitie, ac adde succi apij. cicb. sylv. lact. ana Drach. iij. Capb. Drach. j. cū cer. f. Vng. Heur.

## Aliud ad splenis duritiem.

℞ Rad. alth. ebuli Ana Vnc. j. fol. ruta, ceterach ling. ceru. Ana Mj. sem. vitic. Vnc. ℞. Coq. in s. q. ol. lilior. ad radic. perfect. emoll. deinde omnia in mortario contundantur, per setaceum mittantur, & adde ammon. in aceto fortis. dissol. Vnc. j. adip. gall. anser. medull. ceru. Ana Vnc. ℞. cum ol. lilior. vel de cappar. f. liniment. Bauh.

## Aliud ad ventriculum frigidum.

℞ Cyperi Vnc. j. rad. galang. Vnc. ℞. sum-  
Pp 2 viii

## 596 FABRICA RECEPTARVM

mit. major. orig. absinth. fl. chamom. anethi.  
 melil. Ana Mj. sem. anisi. bacc. lauri. junip.  
 contus. Ana Vnc. ℞. In oleis. q. per dies duos  
 vel tres macerentur, deinde coquantur & ex-  
 primantur, expresso adde ol. aneth. chamom.  
 Vnc. ij. pulu. nuc. mosch. garyophyll. squināthj.  
 An. Drach. ij. fl. anethi. sem. anisi An. Drach.  
 j℞. vini Vnc. iij. vel. iij. cerā q. s. Coq. omnia ad  
 consumpt. vini & f. Vng. Idem.

### Linimentum ad thoracis af- fectum frigidum.

℞ Ol. amygd. amar. lilior. vel jrini, vel  
 cheyrini Ana Vnc. ij. butyri rancidi loti Vnc. j.  
 axung. gallin. anat. Ana Vnc. ℞. mucilag. sem.  
 lini. fœnuigr. extr. cum aq. hord. & pauco vino  
 albo Ana Vnc. ℞. croci parum. M. Rondel.

### Aliud ad duritiem lienis.

℞ Empl. diachyl. s. de melil. Ana Drach. j.  
 Soluantur in oleo de cappar. adde ammon. a-  
 ceto dissol. Vnc. j. adip. gallina Vnc. ℞. ol. lil. alb.  
 de cappar. Ana q. s. f. linim. Sen.

### Linimentum pro capitis vulneribus.

℞ Mell.

℞ Mell. ros. Vnc. ij. ol. rosat. Vnc. j. tere-  
binth. lota. Vnc. ℞. M. Quercet.

### Aliud ad intertrigines.

℞ Medull. ceru. Drach. iij. ceruss. lota Drach  
ij ℞ butyr. rec. aq. ros. abluti Drach. ij. litharg.  
abluti Drach. ℞. myrrh. Drach. j. sum modico  
tereb. lota f. linum. Merc.

### Vnguentum ad pilorum e- ductionem.

℞ Axung. cunic. talpa aut vrsi Ana Vnc.  
j. axung. viperarum Vnc. ℞. fol. capill. ven. sicc.  
rad. canna vsta pulueris. vesparum & apum  
Ana Vnc. iij. ciner. fol. abrot. marrub. sem si-  
nap. Ana Drach. j. picis liquid. ladani An. Vn.  
℞. ol. lentisc. Vnc. iij. cerast. q. s. f. Vng. Varand.

### Vng. in febre pestifera.

℞ Ol. amygd. dulc. chamemel. Ana Vnc. j.  
vng. de alth. cum gum. Vnc. ℞. axung. hum. gu-  
mi elemi Ana Drach. ij. croci ℞ Et interdum  
spiritus viniparum M. Heur.

### Vng. ad colicam.

℞ Sa.

℞ Sapa Vnc. ij. sem. ansf. foenic. Anc Vnc.  
℞. mihridat. Drach. iij. cum pice f. Vng. Baub.

### Aliud ad superpurg. mentruorum.

℞ Ol. nenuph. Vnc. j. cydon. Vnc. iij. bol. Arm.  
acac sanguinalis An. Drach. iij. balaust. spong.  
bedeguaris, alim. Ana Drach. j. cera, accit  
Ana q. s. f. Vng. Rond.

### Aliud ad luem veneream.

℞ Pingued. gall. butyri rec. Ana Vnc. j. ol.  
chamem. laur. lilior. Ana Vnc. iij. thuris. ma-  
stich. myrrh. An. Vnc. ℞. Styrac. liquid. Drach.  
VI terebinth. lotie in aq. vita Vnc. iij. pingued.  
porc. ℞j. arg. vini Vnc. ℞. cera q. s. f. Vng.  
Varand.

### Aliud faciem ambustam le- niens.

℞ Vng. pomate Vnc. ij. mucilag. sem. pfl-  
lij cum aq. ros. extr. Vnc. j. capbura ℞j. ol. a-  
mgd. dulc. Vnc. ℞. M. Quercet.

### Nutritum ad tibiārū vlcera.

℞ Ol. rosarum cera alb. Ana Vnc. j. ℞. succi  
solani



folani Vnc. iij. cerus. lota Vnc. j. plumbi vsti,  
tuth. lota. rhuris Ana Vnc.ß. Liquefiant ad ignem,  
deinde conijciantur in mortarium plumbeum,  
& hore spatio agitentur. f. Vng. Sen. Nota: in hoc nutritio cera quantitas nimia videtur.

## Aliud humorū defluxionem & inflammationem prohibens.

R Succ. fol. nymph. semperu. hyosc. An. Vnc. ij. aq. spermat. ranarum, A. tapfi. barb. Ana Vnc. j. litharg. vel salis ejusd. Vnc. ij. ol. visci pomorum. rosat. omphac. Ana Vnc. ij.ß. aceti rosati Vnc. j. Ducantur diu in mort. plumbeo cum pistillo plumbeo. Quercet.

Adhibemus Linimenta vel Vnguenta vbi efficiaciūs, quàm cum oleis fieri possit, operari volumus. Diutius enim illa his adherent. Aut vbi pars ægra propter situm, vel teneritudinem, remedia alia facile non fert. Siquidem partem non ita, grauant, vt Catapl. Cerata ac Emplastra, neq; etiam fuliginum euaporationem, aded prohibent. Vnguentorum autem ac Linimentorum alia calefa-

V.  
utilitat.

cientia, refrigerantia, humectantia, siccantia: alia emollientia, digerentia, astringentia, reprimentia, maturantia, cathartica, sarcofin vel epulofin procurantia, corroborantia, anodyna, aut acopa.

In specie quædam emendant pilorum, errores, quando scilicet vel copiâ, vel defectu, vel alieno peccant colore. Quædam achores, tineam, favum, psudracia, & alia capitis vlcera remouent: quædam obliuionem, vertiginem, spasimum, tremorem, paralyfin, apoplexiam, paraphrenitidem, maniam, vigilas & capitis dolores sanant: quædam auditus grauitatem, tinnitum, vel alia ejus vitia, aurium vermes & cruciatus depellunt. Quædam anginæ inflammationes, scrophulas, strumas, bronchoecelas & quosuis gutturis aut colli tumores adimunt. Quædam dyspnœam, asthma, pleuritidem, peripneumoniam, empyema, tussim, iuuant. Quædam cordis intemperiem, febrium hecticarum siccitatem, malignarum venenositatem, aut putridarum horrores, ac rigores mitigant.

Quædam imbecillitatem ventriculi, inflammationem, inflationem, nauseam, vomitum, singultum & similia tollunt. Quædam jecoris, & lienis in temperie errata, co-

run-

rundem obstructions, tumores, hypochondriorum tensiones & hydropicorum flatus distendentes absumunt.

Quædam opitulantur intestinorum torminibus, hæmorrhoidum doloribus, alui fluxibus & ani resolutionibus. Quædam renum calori nimio, eorundem ac vesicæ arenulis aut calculo, nec nõ mictionis vitijs medentur. Quædam vteri cruciatus, præfocationem hysterica, & alia matricis mala alleuant. Quædam arthritidem, inflammationes, erysipelata, œdemata, scirrhos, sarcomata, bubones, anthraces, tubercula, abscessus & alios tumores quosuis; luem veneream, morpheam, lepram, herpetem, pustulas & quamcunq; scabiem; impetiginem, guttã rosac. lentig. vitilig. stigmata & omnis generis cutis næuos, ac denique, nulla non partium vulnera aut ulcera percurant. Sed cur tamdiu in vnguentorum dotibus recensendis hæreo? cum ad eò variæ ac multiplices sint. vt agrè reperire liceat affectum aut corporis partem, cui medelam linimenta facere non possint.

Inungimus plerumq; partes vnguentis tepidis: quia magis hoc modo leniunt atq; penetrant. Tempus verò inunctionis varium existit, pro affectuum diuersitate.

P 5 Aliquan-

## 602 FABRICÆ RECEPTARVM

Aliquando enim semel, aliquando sepius & multoties in die partē vnguento oblinimus. Inprimis dum ad membrorum æstum expugnandum admouentur, non eò vsque suprâ partem ægram relinqui debent, vsq; dum manifestò incaleant, sed subindè mutanda. Et vt variis inseruiunt affectibus vnguenta, ita etiam diuersis adhibentur partibus. Pectori autem in hædica, & totius corporis macie; item & spinæ dorsī inunguntur, vti quoque in conuulsionibus & febrium rigoribus. Non raro, tempore vsus, linimentis ad maiorē efficaciam acetum, vinum, aut spiritus quidam ad guttas aliquot affunditur.

## OBSERVATIONES.

Omnia serè vnguenta oleum, ceram vel terebinthinam recipiunt, nisi cum pinguis hæc repugnent scopo, vt si consistant ex septicis & causticis, auripigmento, sandaracha, sublimato &c. ad gangrenam, carnem putridam absumendam, polypum, vlcera putrida. Hæc enim septicorum vim extinguunt & mortificant: ideo tum cum aceto vel vino decoquantur.

Buty-

*Butyrum, pinguedines & axungia ac similia, unguentis seu linimentis adstringentibus in pauca quantitate addi debent, quia omnia laxant.*

*Olea & unguenta officinalia si ad unguentorum magistralium compositionem adhibentur, nonnunquam aq. stillatiua vel succo expresso alioque liquore conuenienti lauantur.*

*Quia lotio ea omni substantia aliena spotiat.*

*Axungie, medulla & reliqua pingua, pro Unguentis emollientibus & refrigerantibus debent esse recentes & sine sale; antiqua vero & salite in calidis & discutientibus admitti possunt.*

*Unguenta seu linimenta, que alia olea preter myrrha, aut balsamum accipiunt, raro oculis applicantur.*

*Existimant quidam nulla unguenta vel cerata stomacho esse admouenda sine galanga, ut nec cordi sine mace & croco, vel cerebro sine stœchade Arabica, aut iecinori absq. spodio, santalis vel absinthio; nobilis partis officio ducti. Dicimus id fieri debere, modo contractatis lex non violetur in causarum morbificarum amotione. Nam varia sunt astringentia, quibus roboris filum sustinetur, & que eque parti student, ac cum intemperie pugnant. Heur.*

Vn.

*Vnguentum purgans.*

III.  
Composi-  
tio.

Linimentum vel vnguentum catharticum, quod quia purgantia, ad sui compositionem recipit, noxios è corpore humores extrudit. Neque interim aliter ac præcedens paratur. Præstat igitur per exemplum potius, quam placita & decreta eius componendi & præscribendi modum declarasse. In catharticis tamen animaduertendum, assumi plerumq; ex ijs, ad hæc vnguenta, validiora, aut certè eadem alijs mitioribus jungi: quia alias vnguenta hæc aluum vix mouent.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula

℞. Rad. bryon, cucur. agr. Ana Vnc. j. De-  
coq. communiter, post adde colocynth. agar.  
puluer. troch. sem ebuli, scamon. Ana Drach.  
j. belleb. aut antim. ℥j. cera q. s. F. Vng. Varand.

## Aliud.

℞. Aloës, fell. tauvini Ana Vnc. j. pul. car-  
tha. Drach. ij. cum ol. lilic. & pauxillo cera  
F. lrim. Sen. Vel

## Vel vt Fumanellus.

℞ Tertbinth. aloës Ana Vnc. j. fell. taur. q. s.

## Vnguentum vomitorium.

℞. Facēs ol. lilior. ol. commun. antiqui & fœtidi Ana Vnc. j. dialth. Vnc. ℞. ammon. dissol. in ol. Drach. ij. succ. cucum. agr. vel raph. agr. vel oyclam. Drach. j. ceræ paruis F. Vng. Rond.

Conueniunt in ijs potissimum vnguenta cathartica, qui purgans medicamentum per os sumere nequeunt, ac interea purgatione opus habent. Sed cautè illis vtendum, nec præposterè & indiscretè ad quoscunque affectus, & quibuscunq; ægris ea adhibenda. Quia plerumque magno cum impetu & grauioribus symptomatis, ob cathartica vehemètia ex quibus constant purgant, vnde hypercatharsis, aut aliud incommodum de facili potest contingere.

Vnguenta hæc, si illinantur stomacho, pleraq; vomitu purgant, hypogastrio autem inuncta aluum deijciunt.

Communiter à Practicis vmbilico indubentur.

V.

V. E.

bentur. Hoc enim loci adhibita, quàm facillimè finem suum assequuntur. V

## CAPVT XVII.

## De Ceratis.

1.  
*Quid sint  
Nomen.*

**C**erata siue Cerota, *Κηρώλια*, quod magna ex parte ex cera consistit, dicta; & à Græcis veteribus, referente Galeno, Emplastris & Malagmata, ab Ægineta *Μυσακοτα* vocata sunt. Nuncupantur & à quibusdam *Κηρώλαια*, à cera & oleo, inprimis quæ multum olei, parùm verò ceræ recipiunt, quale est Infrigidans Galeni. Item & *Κηρώνια*, quanquam hæc in specie ex resinis, gummi, pulueribus ac cera componi velint, & firmiùs ipsis inharere emplastris. Ad horum igitur, Cerata hæc, classè, potiùs referenda videntur. Cum verò ceratorum non eadem semper sit forma, (Alia enim aliis liquidiora, aut tenacia magis.) fit inde, vt sapius vnguenta, cerata ac Emplastris inter se cõfundantur, dum Vnguentis cerati, aut e contrario ceratis solidioribus Emplastris; liquidioribus autem Vnguenti nomen accommodatur. Vti accidit in denominatione

Infri-



Infrigidantis Galeni, diachalciteos eiusdem, & cerati santalini, ac aliorum similia.

Ceratum autem, vt nunc communiter *Descriptio*  
à Modernis accipitur, est medicamentum  
externum, inter vnguentum & Empla-  
strum consistentiâ medium, ex cera, oleis  
& aliis interdum confectum.

Sunt verò cerata duplicia. Alia enim *II.*  
verè talia, quæ solum ex cera & oleo *Differen-*  
componuntur, ac simplicia vocari possunt: *tiâ.*  
alia minus, sed à similitudine sic denomi-  
nata, quæ præter oleum ac ceram, pulue-  
res, resinas & alia quoque recipiunt, ac  
proinde cerata composita dici merentur.

Cum cerata iisdem omnibus, quibus vn-  
guenta fieri possunt modis, modò ingredi-  
entium, iusta ac conueniens obseruetur  
proportio, nolimus iam dicta iterum pro-  
lixius repetere ac commemorare. Sed in  
mistorum analogiâ describendâ adeò vari-  
i sunt Authores, vt vix illa definiri ac regu-  
lis cõprehendi possit. Galenus pro oleorũ  
Vnciis duabus sumit ceræ Vnc. ß, resinæ  
Drach. ij, puluerum Drachmas itidem duas  
vel tres. Et tale ceratum idem humidum  
vocat. Rondeletius dicit ad oleorum  
Vnc. j. specierum Drachm. j. vel jß, ceræ  
verò

*III.*  
*Compositio*

verò Vnc. ß. vel paulò plus requiri, cum pauca resina. Imò Mercurialis vult, vt qualibet Vncia resinæ vel ceræ, accipiat pulueris Vnc. ß. olei verò tam parùm, ac quidem fieri potest, quia pròhibet consistentiam. Vnde sufficere ait, si pro ß. j. resinæ ac ceræ, admisceatur olei Vncia vna. Verùm à plerisq; hæc mistionis analogia obseruatur, vt nempe oleorum ad pulueres proportio sit octupla vel sextupla; ad cerã tripla, quadrupla, aut sextupla; ad resinã verò duodecupla aut decupla. Ita vt quantitate duplã in ceratis, respectu vnguentorum, pulueres, resinæ & cera liquoribus admisceantur. Ad hanc tamen analogiam, obseruandam nemo ita strictè obligatur, cum modò humidius modò siccus parare liceat ceratum; ita vt aliquando puluerum, aliquando oleorum, interdùm verò ceræ aut resinæ pondus augere possimus.

Proinde etiam ceræ miscendæ quantitas, vt plurimum Pharmacopœi artificio relinquitur.

Tota verò massa cerati minoris pendat. Vnc. ß. vel j. mediocris Vnc. j. vel ij. maioris Vnc. ij. vel iij.

Compositio autem ceratorum hoc etiam habet peculiare, & ab vnguentis alienum

num: vt interdum Cerata vel Emplastra officinalia; aut vtraq; simul; cum olei sufficienti quantitate malaxentur, & ad vsum præsentem pro cerato applicentur. In tabernis enim aromatariis asseruata arefcunt, ita vt, absq; affuso oleo, extendi minus commodè queant. Iunguntur ipsis aliquando & pulueres ad Drach. ß. vnam vel alteram. Eodem inodo nonnunquam & solum gummi aceto solutum, vel resina alutæ inducitur & cerati loco admouetur. Cuiusmodi puluis admisceri potest.

## PARADIGMATA.

## Ceratum ad Vulnere in locis neruosis.

*IV.*  
 ℞ Ol. rosati viol. chamem. Ana Vnc. j. axung. *Formula*  
 gall. medull. crurum vituli Ana Vnc. ß. ver-  
 mium terrestr. vino lotorum Vnc. j. butyri rec.  
 Drach. vi mucilag. alth. ꝑꝑ. Bulliant omnia  
 ad consumpt. mucilag. deinde colentur: co-  
 lat. adde litharg Vnc. ij. ß minis Vnc. iij. cera  
 alba q. s. f. Ceratū; addendo terebinth. Drach.  
 x. mastich. Vnc. ß. Arcæus.

Qq

Aliud

## Aliud ad fracturas cum vulnere.

℞ Resina, cere Ana ℥j. pulv. cort. tiliæ  
 Vnc. iij. succi gerani. Vnc. iij. Coquantur ad  
 ceræ consistentiam, quod super linteo, prius  
 oxorrhodino madefacto, apponatur vulnere  
 cum fractura. Quercet.

## Aliud in affectibus capitis calidioribus.

℞ Vng. popul. rosac. Ana Vnc. ℞. lauentur  
 in aq. nymph. adde mucilag. sem. psyllii, cydon.  
 sem. pap. albi contusi Ana Drach. j. ℞. cum ce-  
 ra q. s. f. Cerat. Cass. Bauh.

## Scutum stomachicum.

℞ Cinam. sel. caryophyll. Ana Drach. j.  
 galang. macis Ana Drach. ℞. nuc. mosch. ℥ij.  
 calam. odor. Drach. j. ℞. aloës ℥j. gall. mosch.  
 balaust. Ana Drach. ℞. ros. purpur. Drach. ij.  
 mastich. ladani Ana Drach. j. ol. mastich. è  
 mentha Ana Vnc. j. ℞. rosac. Vnc. ℞. cere Vnc. ℞.  
 resina terebinth. q. s. f. Ceratum. Fuchs.

bula

P. 2

Aliud-

## Aliud vulnera & ulcera detergens.

℞ *Maß. empl. diachalciteos Vnc. vi. ol. visci pomorum q. s. ut f. cerati instar, quod vulnere superponatur. Quercet.*

## Aliud ad tumores articulo- rum discutien- dos.

℞ *Empl. de melil. diachyli, jreati Ana Vnc. j. pulv. hermodactyl. chamap. lumbric. Ana Drach. ℞. ol. jrini vel chamomel, q. s. f. Cerat. Bauh.*

## Ad splenem induratum.

℞ *Ammon. in aceto forti soluti Vnc. j. ol. de cappar. lil. alb. & cere Ana q. s. f. Cerat. Idem.*

## Ceratum matricale

℞ *Galb. prep. Vnc. j. ℞. asa foetid. Vnc. ℞. myrrh. rubr. Drach ij. bdellij mollis Drach. j. matricar pulveris. artemis, Ana Drach. ℞. sem. lauci ℞.*

Q 9 2

G 100

*Gummi dissolu. in aceto. & f. Cerat. August.*

V.  
Vtilitas

Ad eosdem affectus, ad quos Unguenta, adhibentur quoq; Cerata. Sæpius tamen calefaciunt, emolliunt ac discutunt, quàm quod refrigerent aut adstringant. Quædam tamen fluxiones quacunq; corporis parte irruentes interceptiunt, & ad locum affectum deuolui vetant. Vocantur autem Cerata præcipuè in vsum, vbi medicamento- rum, veluti in Linimentis & vnguentis accidit, substantiam nolimus ita citò diffuere, aut eorundem vim dissipari: vel quando pars ægra propter molliem aut dolorem, vt in fracturis, emplastri duritiem, respuit, siue ob flexuram, vt affecto ventriculo, hepate &c. non admittit.

Ceratum capitale, fluxiones cerebri intercepti, cerebrum corroborat, humorem morbificum in caro, lethargo discutit, cranei fracturas conglutinat. Temporibus applicitum fluxiones in oculos, & dentes coërcet.

Scutum stomachale ventriculum infirmum reficit, ejus dolorem lenit, vomitiones compescit, cholera, ac fluxum alui quemvis, ventriculi vitio subortum, cohibet & concoctioni est auxilio. Hepaticum & splenicum eorundem obstructiones, tumores & durities emolliunt ac discutunt. Umbilicale & Inguinale hernias his locis occurre-

tes

tes curant. Uterinum matricis dolores frigidos placat, flatulentiam dissipat, uterum elocatum reponit ac propria in sede obfirmat, ejusdem fluorem restringit & abortum præcauet. Maximam quoq; Cerata præstant utilitatem, dum duros quosuis externos tumores emolliunt, dissipant, concoquunt, crudosq; abscessus maturant, ambusta, rupta, contusa, luxata, fracta & diuisa perferant atq; conjungunt.

Cerata ut ritè partibus applicari, & id quod præstare debent, efficere valeant varijs figurantur formis.

Orbicularem tenent figuram, quæ capiti, temporibus, utero ac umbilico aptantur. Stomachale inferius est rotundum, superius planum, instar scuti.

Hepaticum formam Lunæ *δισκοειδῆ*, in prima quadra, cum lumine crescit, representat. Splenicum linguæ bubulæ non est ab simile. Cætera longitudini & figuræ partis affectæ conformia esse debent. Extenduntur ut plurimum Cerata super alutam, interdum supra pannum xylinum, quia huic pertinacius inhærent. Extensa, oleo oblinuntur nonnunquam, aut puluere consperguntur, si minus firmiter illa cuti ad hæerere volumus. Scuta stomachica plerumq; è latere,

tere. quo ventriculo applicantur, sindone teguntur, & acu decussatim transmissâ, intersuuntur. In partibus pilosis ante Ceratorum admotionem pili prius radendi. Cerata quoq; aliquando diutius, aliquando minus diu gestantur, pro partis & affectus varietate. Quædam nunquam à parte remouentur, quædam interdum seponuntur, vt stomachalia tempore pastus. Aliquoties etiam recentari potest materia cerati, si diutius gestandum. Sed hæc omnia vsus practicus magis accuratè Medicinæ alumnus edocebit.

## CAPVT XVIII.

*De Emplastis.*

*I.*  
*Quid sint.*

*Nomen.*

**V**T Linimenta & Vnguenta consistentiæ saltem ratione differunt, ita etiam Cerata ac Emplastræ: quia hæc illis Solida & viscida magis sunt. Dicta sunt autè Græcis Emplastræ q. ἐμπλάστρα ab ἐμπλάσσω, id est, fingendo, subigendo, versando & malaxando; vel à materia Emplastica & glutinosa.

*Descriptio.*

Emplastræ igitur medicamenta sunt externa, vnguentis & Ceratis crassiora ac tenacia magis, quæ in lintea vel pelles expansa, firmiter corporis partibus adhærent.

Empla-



Emplastra cum Ceratis eandem habent materiam: nisi quod materia informans, ut cera, resina & similia, in majori hic, quàm ibi, respectu reliquorum, assumantur quantitate. Et quamvis non eadem semper missionis proportio in omnibus Emplastris à quibusvis Pragmaticis obseruetur hæc tamen magis communis, & inter reliquas quasi media est. Ut ad aridorum Vnc. j. sumantur olei, pinguedinum & similia Vnc. iij. ceræ lb. j. resinæ Vnc. viii. Atque ita ceræ ad resinam quantitas est sesquialtera, ad oleum quadrupla, ad pulveres duodecupla. Verum si resinarum aut puluerum major copia, aut oleorum minor accipitur; minore etiam ceræ opus est. Si emplastra ad emolliendum, relaxandum, vel dolorem sedandum præscribuntur, plus olei; si verò ad constringendum, siccandum, plus ceræ & resinæ adhiendum. Interdum cera prorsus omittitur, quando materia reliqua, ob resinas, gummi, & alia tenacia admista, per se in formam Emplastri cogi potest; nonnunquam resinam vel pice omnia excipiuntur. Plerumque tamè ceræ pòdus indefinitum relinquitur, non raro etià resinarum, aut aliorum, quæ videlicet corpus Emplastro

294      tribuunt.

buunt. Si quis enim in mixtionis analogia error fuerit commissus, coctione, aut plurius aridorum siue liquidorum admixtione, facillè corrigi potest.

*Preparatio.*

Doceamus jam etiam breuiter, quid factu opus sit, Emplastrum tale si quis componere voluerit. Primum, si cera Emplastrū ingreditur, caliquatur in oleo, si lithargyrium, & id quoque in oleo coquitur; deinde mucagines, succi, decocta, & similia, permiscenda, ac tamdiu coquenda, vsq; dum aquea & humidior ipsorum portio fuerit resoluta: tum resinæ & adipēs inducuntur, vt & gummi genera, ex quibus nonnulla pura miscentur, alia non nisi vino, oleo aut aceto macerata & percolata. Denique emplastro percocto & ab igne semoto terebinthina coniungitur, ita, vt nullam vel minimam ignis vim sentiat. Et postremò omnium singulis hisce confusis, & in legitimam consistentiam decoctis, igne subducto, pulueres creti paulatim inspergendi & sedulo rudicula versandi agitandiq; dum omnia in massam coeant, nec mollem, nec planè duram, sed lenram, glutinosam & adhaerentem; non ita tamen, vt partem cui admouetur, vel inquinet vel ab eadem non nisi maximà cum difficultate auellatur.

Non-

Nonnunquam quoque, vti supra in ceratis etiam admonuimus, Emplastra sunt solum ex cerato, aut Emplastro officinali, cum oleo parum humectato, & super igne liquato ac corio inducto. Nec non ex gummi cum pistillo calido vel oleo liquato: quibus etiam proportione conuenienti pulueres adiungi possunt.

Referuntur quoque ad Emplastra quædam compositiones, quæ citra ceram, picem & glutinosâ illa, ac non nunquam sine igne parantur: quarumq; materialia melle, mucaginibus, aut viscido quodam cremore, siue pauxillo saltem ceræ oleo liquatæ, malaxantur. Cuius generis est Emplastrum de crusta panis dictum, item de bacis lauri, & alia eiusmodi parari solita. Verum hæc Cataplasmatum potius ideam referunt, aut saltem inter Cataplasmata & Emplastra ambigunt.

## PARADIGMATA.

Empl. ad scirrhos & obstructions  
vetustas.

III.

℞. Fol. chamæp. Mj, rad. malu. cucum. agr. Formula.

Q 9 5

Ana

Ana Vnc. iij. Incidantur & macerentur in  
 ol. antiqui partibus duabus & una vini: deco-  
 que & in colar: decoquantur litharg Vnc. iij.  
 ad consumpt. vini: deinde dissolu. picis, colo-  
 phon. pingued. porci. Ana Vnc. vi. galb. opapan.  
 ammon. dissol. in ol. amygd. dulc. s̄ recentēs  
 sint lacrym. e. sin antiqua. in ol. violato, Ana  
 Vnc. j. iud. myrrh. styrac. propoleos, mastich.  
 cera Ana Vnc. ij. M. P. Empl. Malaxetur  
 cum lacte mulieris. Rondel.

### Aliud ad fluxum alui & vo- mitum.

℞. Mucilag gummi trag. cum aceto & aq.  
 plantag. extr. mius cydon. Ana Vnc. ij. cort.  
 mal. granat. balaust. gallar. alum. Ana Vnc. ℞,  
 acac. hypocisth. sang. drac. cort. myrob. bol.  
 Arm. Ana Drach. ij. nuc. mosch. cinam. cras-  
 fioris Ana Drach. j. cera q. s. F. Empl. s. art.  
 Varand.

### Aliud ad durities iccoris & splenis.

℞. Iuris decocti rad. lil. & alth. Ana ℞℞, ol.  
 laur. chama mel. Ana Vnc. iij. Coq. vsq. ad cō-  
 sumpt. iurium: deinde adde galb. ammon. suf-  
 finensis, bdellij ex aceto dilutorio Ana Vnc. ℞.

His

His iterum coctis dum nihil humidi superfit,  
admisceto propoleos, cerusse Ana Vnc. v. Vno  
generoso omnia subacta in unum cogantur.  
Andern.

## Aliud abstergens purgansq;

℞. Succ. Solani, marrub. plantag. ol. rosar.  
Ana ℞℞. Coq. omnia vsq; ad succorum con-  
sumpt. deinde adde cinerum resaccorū, sterc.  
caprilli vsti, calc. lotæ Ana Vnc. iiij, erug. lotæ  
auripig. puluerisati, aloës Ana Drach. iij, tere-  
binth. Vnc. ij, cere virid. q. s. M. F. Empl. Idē.

## Ad membra conuulsa ex re- pletionē.

℞. Resine. pic. naualis Ana Vnc. j, colophon.  
cera noua Ana Vnc. ij, olib. mastich. ceruss.  
Ana Vnc. ℞, sal. nitri, sang. drac. terebinth. ol.  
rosar. sal. ammon. ol. vitell. ouorū Ana Drach.  
ij, caphura Drach. j, matris perlar. Vnc. j, ca-  
rabes Drach. j℞, magnetis Vnc. ℞, vitrioli albī  
Drach. ij. F. Empl. s. art. Quercet.

## Aliud in cancriosis.

℞. Plumbi Drach. iiij, merc. crud. Drach. j℞,  
Fini

Fundantur simul foco & in puluerem vertantur. adde unguenti de tuthia Drach. vi. cere Drach. ij. terebinth. Drach. j. M. F. Empl. Heur.

### Ad foetum continendum.

℞. Terr. sigill. bol. Arm. in aq. ros. lot. Ana Vnc. j. mastich. sang. drac. Ana Vnc. ʒ. rad. bistort. balaust. gallar. nuc. cupressi. An. Drach. ʒ. ʒ. ungu. comitisse, cere & ol. myrtill. Ana q. s. F. Empl. lumbis admonendum. Baub.

### Aliud ad frigidos & diuturnos capitis dolores.

℞. Empl. de beton. Vnc. iij. pul. beton. cypert. ireos Florent. nigell. Ana Drach. iij. picis liquid. q. s. M. Applicetur capite raso. Idem.

### Aliud ad lienis duritiem.

℞. Ammon. in aceto acerr. dissol. Vnc. ʒ. pulu. ceterach. Drach. iij. empl. de mucilag. de melil. Ana Vnc. ʒ. ol. de cappar. q. s. F. Empl. Idem.

Empl.

Empl. sine cera ad fluxum  
ventris.

℞. Succ. cydon. pyror. agreſt. aceti Ana  
Vnc. iij, panis ꝑꝑ, coq. diligenter & contun-  
dantur & paſſentur, deinde adde maſtich.  
ſang. drac. bol. Arm. Ana Vnc. ʒ, far. leni.  
bord. Ana Vnc. j. mucilag. tragac. Vnc. ʒʒ, M.  
Coquantur leuiter, F. Empl. Rondel.

## Aliud ad hydropem.

℞. Panis nigri in lixiuio molliti q. s. sulph.  
vini & triti Vnc. ʒ, nitri Drach. ij, ſal. fabar.  
Drach. j, ſtercor. colum. in acetomacer. q. s. ol.  
later. bacc. laur. aneth. chamom. Ana Vnc. ʒ.  
F. Empl. VVECK.

Uſus ac vtilitas idem qui Ceratorum. In-  
uenta autem in primis Emplaſtra pro parti-  
bus, quæ tale remedium citra moleſtiam  
aut incommodum ſufferre poſſunt, & quã-  
do efficaciter admodum operari volumus.

IV. V.  
Vtilitas  
& Vſus.

## OBSERVATIONES.

Non purgato corpore cacochymo ſuſpectus  
eſt ceratoru vſus. In partem enim affectam to-  
tius corporis inquinamenta rapiunt.

Omne

Omne medicamentum emplasticum mordacitate vacare debet : quia alias herere poris vix poterit : sed excernetur facile, aliquam partem liquando ; aut humorem aliquem ex alio trahendo. Galenus.

Emplastrum raro adhibetur ad emolliendum, quia ipsius substantia non in se infert, sed foris insidens, qua subiecta sunt potius in se rapit & euocat. Fernel.

Ad fœtus retentionem plus valent aliquando unguenta, quam Emplustra. E. G. Cum mulier abortire solet ob sanguinis copiam & acrimoniam, aut caliditatem nimiam, quæ partes relaxat. Si emplustra tunc apponantur, suo contactu calorem argunt, plusq<sup>ue</sup> nocent quam iuuant. Rondel.

## CAPVT XIX.

## De Telis emplasticis.

1.  
Quid sint  
Nomen.

**T**elam emplasticam Medici Itali Sparadrappum, Galli Telam Gualteri, forsan ab auctore, Germani verò Durchzug vocant.

Est autem nihil aliud, quam linteum vetustate detritum, minimè tamen lacerum, materię emplasticę immersum, ac sæpius incul-



incolcatum, quod, vbi eâ satis vtrinq̃  
incrustatum, eximitur, extenditur, refrige-  
rari permittitur, læuigatumq̃ue ad vsũ  
asseruatur.

Nonnunquam pro Tela Emplastica ma-  
teria recens, pro re nata, à Medico præscri-  
bitur, ad quam eadẽ quæ ad Cerata ac Em-  
plastra, adhibentur: nõnunquam verò su-  
per ignem liquatur Emplastrum vel Cera-  
tum officinale in quod demogitur tela at-  
trita, quod si paulò durius sit, addi potest  
ipsi aliquid olei conuenientis.

II.  
Compositio

PARADIGMATA.

II.  
Formula

Ad diarrhœam grauidarum  
& vomitionem.

*℞. Mastich. el. Vnc. ij. Dissolu. in ol. rosa-  
rum. ac cum cera Vnc. ʒ. vel q. s. fortiter com-  
misceantur, quousq̃, venerint ad formam li-  
nimenti, deinde infundantur tela lineamun-  
de, applicentur ventri grauida. Neuius.*

Alia ad dolores podagr. di-  
ger. & leniendos.

*℞. Ol. rosac. Vnc. iij. chamom. Vnc. ij. ra-*

III.

nas virentes Num. iij. fl. chamom. melil. Ana  
Drach. ij. vini odor. cyath. j. coq. ad vini con-  
sumpt. colentur per serac. adde cera Vnc. ij. cui  
mixtioni tela immergatur. Baub:

### Alia ad fracturas.

℞. Far. volat. thuris, mastich. bol. Arm-  
picis Ana vnc. ij. adipis aut seni ariet. cera  
alba Ana ℞℞. Cera & seuo liquatis reliqua  
addantur, & tela sapius immergatur. Idem.

IV.  
Vtilitas.

Telarum Emplasticarum alia refrigerant, aut calefaciunt, alia adstringunt, repellunt, expurgant, digerunt, adglutinant siue cicatricem inducunt, alia ossa attrita aut luxata restitunt, solidant ac roborant. Frequenter autem ad fluxiones, in crura aut brachia irruentes, propulsandas in usum vocantur. In reliquis eadem cum Ceratis ac Emplastris vires obtinent: videturque solum modò excogitata in gratiam pauperum, qui iisdem ferè vtuntur, vt pareant sumptibus, quos alioquin in coëmendis pannis, altera sui parte tantum oblitis, faciunt.

V.  
Vsuus.

Conficiuntur hæ telæ pro magnitudine partis affectæ, atq; vel in modum fasciæ, vel

in modum fasciæ, vel alterius figuræ effinguntur; prout pars ægra exposcit. Applicantur autem prius tepesfactæ, vel suaveolenti re aliquâ suffitæ.

## CAPVT XX.

## De Dropacibus.

Quamquam Dropaces, Sinapissimi, Phœnigmi & Vesicatoria, quæ omnia in genere *πρωϊνά*, Ignita & Rubificantia dici solent, (Licet horum nomen postremum propriè Phænigmorum sit.) cum Emplastris, Cerotis aut Cataplasmatibus ratione compositionis planè conueniant; tamen ob ipsorum peculiare effectus separatim & de singulis in specie, vt aliis Authoribus, ita & nobis, verba facere, atquam breuissimè, placet. A Dropace igitur, vtpotè horum mitiori, initio ducto, postea quoq; reliqua explanabimus.

*Δρόπαξ* Latinis Picatio, à pice dicitur, & qui hoc medicamenti genus administrabant Veteribus Picatores vocabantur. Et si autem medicamenta depilatoria, *ψιλωδρα*

Rr

ali-

I.  
Quid sit,  
Nomen.

aliàs propriè dicta, etiam aliquando Dropaces appellantur, quod solà pice in oleo liquatâ, quemadmodum & Dropaces, interdum consistunt: differunt tamen hæc duo inter se non solum sine, sed & agendi efficacità. Psilothri enim actio, vt etiam Oribasius testatur, minor est quàm Dropacis.

*Descriptio.*

Est autem Dropax remedium externum, formâ Emplastri, quod certis quibusdam partibus impingitur, vt mediante calore, ac dolore, ipsis alimoniam ac vitam restituat, vel alia earundem vitia antiquata & firmata evincat.

*II.  
Differen-  
tia.*

Dropax alius Simplex, qui etiam Communis & *πιτλωσις* hoc est, Picatio appellatur: alius Compositus.

*Simplex.*

*III  
Composi-  
tio.*

Simplex fit ex pice carida sola liquata, cum modico, id est, parte quartâ vel quinta olei. Galenus hæc medicamina speciatim *πιτλωσις* nuncupare erat solitus. Aliquando loco picis, in corporibus præsertim duris ac robustis, adhibetur galbanum aut sa-  
gapenum.

Picis aut gummi quantitas respondeat magnitudini Dropacis: hæc autem amplitudini partis affectæ.

PARA.

## PARADIGMATA

## In convulsione canina.

℞ *Picis Vnc. j. ol. Drach. iij. F. Dropax A. I.* IV.  
Formula

## Alius ad vomitum perpetuum.

℞ *Picis part. iij. ol. cydon. part. j. Simul liquatis, & in aluta extensis. f. Dropacismus, qui calidus ventri applicetur. A. I.*

*Compositus.*

Dropax verò Compositus magis est medicamentosus, & præter oleum ac picem, alia quoq; recipit: ita vt eius materia in Excipiendam & Excipientem commodè dispesci possit. Excipienda est puluis aliquis calidus ac rubificans. isq; ex variis componitur. V. G. Pipere, pyrethro, castoreo, sinapi, veratro albo &c. quando calefacere: sulphure viuo, sale, nitro, cinerib. farmentorum & similibus, quâdo exsiccare: euphorbio, sinapi, cantharidibus, & hujus generis aliis, quando magis vellicare volumus. Dropacis tamen vis tertium caloris

III.  
*Compositio.*

*Materia Qualitates.*

Rr 2 ordi

ordinem superare non debet, quia eius finis est rubrificatio.

Excipiens est pix arida communiter cum oleo conuenienti liquata, his jungitur interdum cera, aut gummi, veluti galb. opopan. quando discutiendum: nonnunquam horum loco sumitur pix liquida, aut gummi solutum, resina, aut emplastrum officinale, siue ex hisce plura.

*Quantitas*

Pulueres ad materiam excipientem adduntur proportione suboctuplâ vel subdecuplâ. Quæ verò materia Excipientis quantitas esse debeat, in Dropace simplici docuimus. Nec non quæ pix & oleum inter se analogiam obseruare debeant. Reliquorum verò dosis & proportio nulla est. Cum modò hoc, modò illud in maiori accipiatur quantitate.

## PARADIGMATA.

*IV.  
Formula.*

*℞ Ol. rutac. Vnc iij. picis nigra ℔ j. Lique  
fiant in vase duplici, adde pyreth. sinapi, piper.  
alb. Ana Drach. iij. M, Extende in aluta.  
A. I.*

*Alius in paralyfi.*

*℞ Piper.*

℞ Piper. pyrethr. Ana Drach. j. sinap. eu-  
phorb. castor. Ana Drach. ʒ. picis naualis atq;  
olei Ana q. s. f. Drop. Sen.

### Alius.

℞ Pic. liquida. cera. colophon. Ana ꝯc. iij.  
bitum. Vnc. j. ʒ. sulph. viui Drach. iij. piper.  
pyrethr. Ana Drach. ij. Staphid. sylv. Drach.  
j. ʒ. euphorb. elleb. alb. Ana Drach. ʒ. Arida  
tusa liquefactis inspergantur, & f. Dropax.  
Fuchs.

Et si Dropaces ab huius ætatis Medicis  
rarò applicentur; tamen olim in quotidi-  
ano ferè fuerunt vsu, ita vt non modò prio-  
ris seculi Medici, sed & Poëtæ sæpius eo-  
rundem meminerint. Confert autem Dro-  
pax capiti applicitus ad cephalæam, verti-  
ginam, spasnum, epilepsiam, paraly sin-  
maniam, catarrhos diurnos, tineam. Si-  
quidem pilos capitis achoribus obsessi ex-  
tirpat. Malignum namq; fœtidum ac con-  
tagiosum hoc capitis vlcus, non nisi evulsis  
aut sæpius abrasis capillis, perfectè sanari  
potest. Fronti, aut aliis locis pilis obsitis,  
simplex inprimis impactus, loco psilothri  
est. Asthmatis, orthopnœæ, tussi veteri, pe-  
ctori adhibitus dropax auxiliatur. Ventri-  
culo agglutinatus cruditates diurnas,

v.  
Vtilitas.

R r 3 vomi-

vomitum crebrum, passionemq; cœliacam  
 compefcit. Artubus impositus frigidis  
 eorum dolores, chiragram, gonagram,  
 ifchiadem & podagram difcutit, membra  
 frigore & torpore languida fibiipfis refti-  
 tuit, partes corporis tabefcentes nec vim a-  
 limenti fentientes, earundem calorem na-  
 tivum marcefcentem excitando, & fan-  
 guinis copiam alliciendo ad vitam revo-  
 cat & recorporat. Refolutas verò, aut alio-  
 quin fuperfluâ humiditate, oneratas, cor-  
 roborat ac firmat. Si quidem humores quã-  
 titate ac copiâ noxios, à centro ad periphe-  
 riam, inftar medicamentorum *μελασσυγχις-  
 λικων*. euocat, ac poftmodum diflipat.

*VI.  
 Vfus.*

Ante appofitionem locus prius glaber,  
 reddendus in imbecillioribus: in robuftio-  
 ribus verò, etiam non abrafsis pilis adhiberi  
 potefit, nifi fortè capiti, aut mento, aut pu-  
 bi applicandus fit. Aliquando vt cutis at-  
 tenuetur pars affecta tepidâ fouetur, vel  
 balneo: aliquando prius pars fricatur aspe-  
 rius, fi contumax languor fuerit, aut affri-  
 catur fapone qui piper habet. Quod fi dro-  
 pacem noluerimus capiti pertinacius inhe-  
 rere, linteolum rarum & vehementer attri-  
 tum, inter picem & cutem interponendum  
 eff. Si verò aliàs parti contumacius imhæ-  
 refcat.



refcat, aquâ tepidâ locus ante ablationem Dropacis foueatur, eoq; remoto, pars decocto detergente calefiat, cui lenientia vt viola, malua &c. incocta quoq; sint.

Extēditur Dropacis materia in aluta, vel panno lineo, & calens adhuc applicatur, & prius quam exactè frigeſcat auellitur, ac deinde ad ignē rurfum calefacta, de nouo admouetur, atq; hoc toties repetitur, vſq; dū in tumorē ſe attollat caro rubedine aſperſa. Si modò eam ob cauſam Dropacē adhibemus, vt nimirum pars, quæ conſecta macie intabuit, humorē alimentalē proleſtet, ſpiritibus circumfluat, & q. reductâ animâ reuiuifcat: nō vt exhauriatur attracta materies. Etenim hoc in caſu nimi⁹ ille Dropacis vſus damnatur, cū, qui prius emicabat tumor, perpetuo medicamento vſu, ſubſideat, ac à rubore albefcat, qnod caloris & humoris diſſipati ſignum eſt. Si verò potius diſcutere quam attrahere voluerimus, tam diu in vſu perſiſtere debemus, vſq; dum ſufficientem materiæ vitioſæ quantitatem diſcuſſam eſſe animaduertimus, modò vires conſentiant. Quo citius pars in ruborem vertitur, eò facilius cedit morbus. Ita, vt contumax aut leuius fuerit, malum, ſemel, bis teruè quotidie, atq; per biduum, triduum aut. quadruduum, præ-

R r 4 fertim

fertim hyeme, applicandus dropax: æstate verò rarius, semel vel bis in die, aut etiam altero, vel tertio quoq; saltem die.

Si succum alibilem Dropace partibus inferre velint, practici, illo remoto, ilicò partem picatam ol. chamæmel. illinunt, ne alimentum allapsum exhaustur, vnaq; calor inductus exspiret, In oleo dissolui potest gummi tragac. aut simile quid, ut eò magis poros claudat.

## CAPVT XXI.

### De Sinapismis.

I.  
Quid sint,  
Nomen.

**Σιναισμις** à Sinapi nomen habet, quod Antiqui suos Sinapismos ex caricis & sinapi pararēt; vnde Archigenes Sinapismū, Cataplasma ex sinapi definit. Nos verò in tradenda doctrina Sinapismi, non tam ad veterem, quam Modernam Sinapismi conficiendi rationem respiciemus.

Descriptio.

Est igitur Sinapismus Medicorum nostratum medicamentum externum, consistentiā Cataplasma vel Emplastrum plastrum referens; quod foris impositum, cutim rubore suffundit, aut in vesicas at tollit.

Sina-

Sinapismus alius est mitior ac leuior, <sup>II.</sup> qui Græcis dicitur *σινιγμωδς*, q. medicamē- <sup>Differen-</sup> tum rubificans, siquidem in parte, cui ap- <sup>tia.</sup> plicatur, calorem ac ruborem accendit: alius Fortior, quem propriè Vesicatorium nominant, quia vesiculas excitat & cutim exulcerat. Prior Sinapismus est bipartitus: Simplex & Compositus: atque hic iterum à viribus & mixtionis modo diuiditur in Imbecilliozem, Fortiorem, & inter hos Medium. Nos primùm de Phænigmo, post de Vesicatorio agemus. Quanquam non desint, qui etiam Phœnigmos Vesicatoria vocitent.

### *Phœnigmus Simplex.*

Phœnigmus simplex ex solo sinapi tri- <sup>VI.</sup> to fit, vel alio vegetabili adurente. Id si <sup>Vfus.</sup> recens est, contusum per se applicatur; si verò aridum, in aq. vitæ, aceto, vel alio liquore conuenienti maceratum: apponitur.

### *Compositus.*

Phœnigmus verò Compositus vel fit formà Cataplasmatum, & quidem frequen-  
tius, vel Emplastri.

Rr 5

Si

Si priori modo, eius materia alia Informanda, alia verò Informans.

*Pheni-  
gms  
catapla-  
smaticus.  
Materia  
Qualitas.*

Pro illâ olim solummodò sinapi accipiebatur. hodiè verò & alia quamplurima medicamenta calida, quæ aliàs erodentia & pyrotica dicuntur, atque sinapi viribus, vel æmulantur, vel etiâ excedunt. Veluti sunt, rad. helen. pyrethr. zingib. bryon. scillæ, alii, thaps. cyclam. sem. nasturt. lepidii, vrticæ, thlaspi, anacard. piper, euphorb. sterc. caprillum, columb. sal. & similia.

*Tenuioribus utemur cum ilicò quod alget corpus calefaciendum est: crassioribus, ubi calor sensim elanguit. Nam hæc stabiliorem nec ita fugacè calorem imprimunt.*

Materia autem Informans varia est. Vt plurimum adhibetur pulpa ficuum; quia ficus natiuâ quadam facultate ad cutem attrahere putantur, tam si intus, quam si extrâ adhibeantur. Atq; ex his quoq; & sinapi Veterum constabat Sinapismus. Aliquando sumitur mel simplex, vel anacard. acetum simplex, scillit. oxymel. scillit. oleum aliquod, fermentum, spiritus vini &c. quibus nonnunquam iungitur mica panis, adeps, axung. anat. gallinacea, vel suilla, aut simile quid, vt reliquorum vim adurentem mitiget.

Acci-

Accipiuntur autem singula hæc mole *Quantitas*  
 vel maiore vel minore ; prout pars cui ap-  
 plicandus phœnigmus magis vel minùs  
 fuerit ampla. In specie verò notandum,  
*κοινωσις* reliquis non semper pondere eod-  
 em adiici. Si enim Phœnigmm parare  
 voluerimus blandiorem , qualis competit  
 pueris , mulieribus , & exquisitiore sensu  
 præditis , ac vbi non procul à peripheria  
 malum recessit ; sufficit partem vnã ru-  
 brificantium , ad reliquorum partes duas,  
 vel tres addidisse. Si verò mediocrem , su-  
 muntur ferè ex vtrisque partes æquales. Si  
 denique efficaciorẽ ac acriorem , quo in  
 robustioribus & naturis magis duris uti-  
 mur , adurentia pondere præpollerè debent:  
 ita vt horum sint partes duæ vel tres , reli-  
 quorum verò pars vna. Simul tamẽ ad *κοινω-  
 σις* vires , & in agendo efficaciam , at-  
 tendendum ; siquidem alia , aliis longè sunt  
 vehementiora.

Sinapifantia arida nonnunquam in li- *Preparan-  
 di ratio.*  
 quore quodam, veluti aceto, aut simili, ali-  
 quando macerantur , & demum reliquis  
 cõmifcentur. Sic quoq; , si mitiorem parare  
 libeat Phœnigmũ , vt acrimonia sinapis do-  
 meretur, aceto, antequã teratur , infunditur.  
 Etenim aceti vi, frangitur sinapi indomita  
 aduren-

adurendi potentia. Ficus sicca, si ad compositionem sinapismi assumantur, plerumque per diem in aqua tepida macerantur, postea expressæ contunduntur, quibus demum reliqua adduntur.

## PARADIGMATA.

IV.  
Formula

℞. Rad. bryon. cruda contus. vel cyclam.  
Vnc. j, axung. Vnc. ij. M. Ad dolorem ischia-  
dicum Bauh.

Alius.

℞. Sem. sinapios triti ex aceto, pulp. caric.  
prius aque acetose incoctar. Ana part. equal.  
Cogantur in Empl. A. I.

Alius.

℞. Sinap. Vnc. j, sem. nasturc. Vnc. ℞, fol.  
ranunc. flammula Ana Mj, caric. coct. in ace-  
to scillino Vnc. iij, fermenti acris Vnc. j. M.  
Bertald.

Alius.

℞. Sinapi in aceto fortissimo infus. Vnc. ij,  
caric.

*Garic. Vnc. iij. stercor. columb. in vino albo decocti Vnc. iij. mell. anacard. Vnc. j. Commixtis omnibus F. Sinap. Idem.*

Si verò ad Emplastri formam phœnigmm reducere volueris, eodem, vt in Emplastrorum confectione docuimus, procedendum modo. Pulueres enim pyrotici miscendi cum oleis conuenientibus, aut aliis pinguibus, quibus affunditur nonnunquam pauxillum aceti, vel spiritus vini; atque hinc omnia ceræ, vel etiam resinæ, aut harum loco, Cerati siue Emplastri officinalis, v.g. de mucilag. sufficienti quantitate incorporanda. Quanquam resinæ & gummi tenacia, hinc possint omitti; cum hoc Emplastri genus non necesse sit ita fortiter adhærere. Quâ verò singula hæc inter se analogiâ misceri debeant, ex superioribus patet.

III.  
Compositio  
Phœnigm.  
Emplastri  
cuius.

## PARADIGMA.

*R. Ol. costini Vnc j. ol. castor. euphorb. Ana Vnc. ℞. sinapi Drach. iij. ℞. fimi sylu. columb. Drach j. ℞. sagap. Drach. ij. euphorbij ℞j. sem. nasturt. Drach. j. ℞. castor. Drach. j. aceti Drach. ij. cum cera q. s. F. Empl. Fuchs.*

IV.

Formula

Phæ-

V.  
*Utilitas.*

Phœnigmus inſigne eſt remedium in affectibus contumacibus, ad humores tenaciter infixos, qui neq; mollientibus aut humectantibus vinci aut diſcuti potuere reuellendos, deriuandos, liquandos, à centro ad ſuperficiẽ trahendos ac reſoluẽdos. Veluti eſt cephalœa, hemicrãia, inſania, ſpasm<sup>9</sup>, morbus caducus, vertigo, lethargus, cataphora, catoche, paralyſis, oculorũ ſuffuſio aut epiphora, odontalgia, catarrhus: item *aſthma, orthopnœa, tuſſis diuturna.* In febribus quoque malignis venenoſitatem à corde ad peripheriam auocat. Ventriculi paſſiones longas, appetitum nempè proſtratum, nauſeam, vomitum continuum & lienteria corrigit. Maximo quoq; cum fructu adhibetur ad morſus & puncturas animalium venenatorum, carbunculos & bubones peſtiferos, cruciatus arthriticos & iſchiadicos: imò quemlibet dolorem diutiùs affligentem, & à frigida in primis cauſa ſubortum, vel proſuſ adimit, vel aliquo modo mitiorem reddit. Phœnigmus tamen medicamentum eſt potius pituitoſorum, quam cholericorum. Ob id huius uſus damnatur in iis, qui febre ardente aut hecica ſunt conſecti, aut alio morbo acuto, aut diuturno & calido emaciati.



clati. Neque etiam applicandus thoraci, si pulmones vlcus habeant, aut aliis partibus cartilaginosis aut excarnibus. Vlcera siquidem efferuntur, nimiâque sinapismi acrimoniâ exacerbantur: partes verò carnis vacuæ, si sinapismo obducantur, aduruntur, interdum etiam nigrescunt. Sed mirum est hoc æuo præstantis huius remediî silentium, vt Heurnius conqueritur, quod minimo ære comparetur, non profuturum nisi pluris venierit: quod ferrea hæc secula auro tantum mitescant; vel quod sæuitiæ malorum lenioribus blandiri placeat, differentibus magis occidionem quam prohibentibus; vt voluptati subscribamus.

Extenditur hoc medicamento genus super lineum, nonnunquam corium, si præsertim Emplastri formam referat. Ante ipsius verò applicationem, fricatur primum locus, aut fortius calidis fouetur, vt laxatis spiraculis celerius vim medicaminis excipiat. Tempus verò, quo parti Phœnigmus adhærere debeat, certò definirinequit, propter discrepantem partium tēperiem. Interim tamē, si affectus fuerit cōtumax ac diurnus, parsq; laborans sensu p̄dita obtuso, relinquendus sinapismus vsq; dum

VI.  
V/sem.

dum dolor aliqualis subsecutus fuerit, & locus altior liuidiorque, ac quasi rubore inflammatus euaserit, leuiter quoque à fottu pustulis exasperatus extiterit. Non tamen eò vsque progrediendum, vt pars euicta planè stupefcatur. Sin pars facile sentiat, fufficit eam in ruborem verfam, paululum intumuilfe. Proindè tum mens adhibenda negotio, fæpiusq; Phænigmus leuandus, ac pars infpicienda & explorandum, num *fuum fecerit officium remedium, maximè fi membri vis sentiendi, vt in paralyfi, fuerit hebetata aut abolita.* Quia aliàs pars immodicè aduritur ac exulceratur.

Quod fi celerius membris ipfam Phœnigmi vim imprimi volueris, fpongiis aquâ calidâ madentibus, ipfa foueto, incumbente etiamnum phœnigmo.

Post ipfius verò remotionem, ad ruborem delendum, inflammationem præcauendam, & dolorem demulcendum, linteolum, vel fpongia decocto leniente & refrigerante, vt maluæ, violar. fœnugr. &c. vel lacte, aut aq. & oleo rofaceo perfufa, parti imponatur; vel cataplafmate ex malua cocta & trita cum pane eadem tegatur: aut vnguento rofac. ceruffæ, cerat. fantal. fimilibus ite aliis, acrimonia phœnigmi eluatur.

luatur. In affectibus autem cerebri frigidis, locus oleis calidis foueatur.

*Vesicatorium.*

Dropace, Phœnigmus; hoc Vesicatorium <sup>I.</sup> *Quid sit* est vehementius. Dropax enim cutem attollit in tumorem; Phœnigmus eandem rubore suffundit cingitq; inflammatione; vesicatorium autem cutem exulcerando *vesicas & pustulas* excitat. Non loquimur autem hîc, de ijs vesicatoriis, quæ, concepto actuali igne partem exurunt, quale est ferrum ignitum, lana sordida carpta, postquam igne vehementer incaluit, ovum asatum, dissectum & impositum, aut arena littorea torrefacta exustaq;: sed de talibus, quæ ex medicamentis vi causticâ prædictis sunt composita, & ardoris potentialis efficacîa, humores proliciendo bullas ac papulas mouent.

Fiunt autem Vesicatoria ex iisdem, ex quibus Phœnigmi propriè dicti, imò & his acrioribus ac magis adurentibus, vesicantibus scilicet, pyroticis & Causticis aliàs dictis, veluti sunt ranunculus, morsus apij dictus, cantharides, fœx vsta, lac ficulneum, metalla acriora & similia, de quibus aliàs,

ss DEO

II.  
*Compositio*  
116.

DEO dante, pluribus & distinctius. Hoc interim notandum, pro vno Vesicatorio materiae Drach. j. aut ij. abundè sufficere; siquidem vesicatoria magnitudine coronati latitudinem vix excedunt. Sed hæc omnia melius Paradeigmatis, quam præceptis representabuntur.

## PARADIGMATA.

III.  
Formula.

## Vesicatorium Simplex.

℞ Flammulam, contunde & appone.

## Composita.

℞ Cantharid. ablatis extr. Drach. iij. melle panis crudæ ꝛnc ij aceti squillit. ꝛnc. ℞. Contundantur simul & f. pasta. Cass. Bauh.

## ALIVD.

℞ Euphorb. piper. sinap. Ana Drach. j. Excipe trita melle anacardino s. q. ad incorporandum. A. I.

VEL.

℞ Fermenti acris Drach. j. ℞. mucag. sens. lini, alth. Ana Drach. j. ol. lini Drach. ij. cantharid. abscess. alis & cap. Num. xii. aceti q. s. f. Empl.

VEL.

℞ Pulp.

☞ Pulp ficuum ex aceto, aut aq. vita co-  
 Etarum, fermenti vet. Ana ℞ B. rad. jreos.  
 cucum. asinini, bryon. rec. & crud. Ana Vnc. ij.  
 sem. urtica, nasturt. Ana Vnc. ℞. Contusa om-  
 nia referantur in Catapl.

## V E L.

☞ Pyreth. sinapi Ana Vnc. ij. euphorbi  
 Drach. ij. cantharid Drach. ij. fermenti, ca-  
 rricar. denudat. Ana Vnc. j. f. mixtura cum  
 lixiuo. Idem.

Ad eadem, ad quæ Phœnigmi, etiam Ve-  
 ficatoria conferunt: nisi quod hæc illis effi-  
 caciùs agant. Laudantur autem potissimū  
 ad reuulsionem, cum ceruici, occipiti, vel  
 ponè aures applicantur. Humores enim,  
 qui è capite, ad anteriores faciei partes, oculo-  
 los, dentes, & genas ferūtur, reuellunt: Ex-  
 tremis applicita, in febribus malignis ac pe-  
 stilentibus, venenum à corde auocant. In  
 bubonibus verò & carbunculis pestiferis,  
 parti inferiori è directo adhibentur ad ma-  
 teriæ virulentæ derivationem. v. g. si bubo  
 extiterit in inguine, cruri vesicatorium ap-  
 plicandum. Non minus quoq; ad eua-  
 cuationē comendantur. Humores namq;  
 ferosos ex quacūq; penè corporis parte ex-

IV.  
 Vesicæ

S f 2

han-

hauriunt. Hinc dolores ischiadicos & similes obliterant. Maximè verò conueniunt, si malum à causâ frigida ortum ducat.

*V. f. f. f.*

Vesicatoria itidem extenduntur super corium vel linteum, in formam orbicularem concisum, variisq; apponuntur partib<sup>9</sup>, quas causâ morbi & partiû constitutiões designant. Interdû enim adhibetur cruribus supra talû, aut femoribus supra genu, in parte domestica: nonnunquã brachiis, paulò supra carpum, aliquando humeris, scapulis, occipitio, post aures, aut syncipiti: tandemq; cuilibet corporis parti, dummodò non admodum sit tenera, & præterea quoq; immunis ab vlcere; siue aliis pathematis, supra in Phœnigmo, descriptis.

Inhærere debet Vesicatorium parti donec cutem colore suffundat cruento, eandemq; exulceret, & vesicas eliciat. Quòd si verò dolor vehemens cum rubore accesserit, tum linteolû succo maluæ, aut decocto fœnugræci, aliisue, insuccatû imponendû.

Vesicæ postmodum forcipibus vel acubus aperiendæ, atq; tamdiu aperte retinendæ, vsq; dum omnis humor peccans, quem vel reuellere, vel deriuare, vel euacuare cupim<sup>9</sup>, effluxerit. Id vt eò facilius consequaris, vnguentum aliquod, vel ficus, aut folium hede-

hede-

hederæ, tussilag. brassicæ torrefactum leniter, & oleo vel butyro illitum, ne resiccetur vel aquâ aut vino maceratum, superponito.

Hæc enim quia succosa, sicari vlcus non sinunt, ac proindè effluuium materiæ morbificæ promouent.

## C A P V T XXII.

### *De Cauteriis.*

SEquitur jam postremum, & omnium remedium acerbissimum ac crudelissimum medicamenti genus, in morbis tamen extremis, non minus vtile, quàm necessariū. Sæpè enim morbi tanta est ferocitas accotumacia, vt nullus medicamento sit locus, ita vt, consilio Hippocratis, ad ignem, tanquam remedium extremum sit confugiendum. Cum verò ignis actualis, etiam fortissimos quosq; animos terreat, Medicorum industria & sedulitas, potentialem, tanquàm præcedentis vicarium, adinuenit. Vocatur autem hæc medicamenta, quæ potentialem in se ignem latitantem obtinent, ab agendi vi & effectu quem præstant, *Kautēria* à *Kaiō* vro: vel à *καύω*, *καυώμενα*. Siquidem ignis actualis efficaciam exhibent, dum ipsorum ad motionem caro viua demoritur, mortua.

I.

*Quid sint.**lib. 7. aph. 6. 6. 6.**Nomen.*

Sf 3

abst-

absumitur, & pars sana perforatur Vnde & Ruptoria non injustè à Latinis dicuntur; vel cauteria potentialia, quod corpus adurendi, crustamq; excitandi vim habeant.

*Descriptio.* Est igitur Cauterium potentiale medicamentum externum, molle vel solidum, quod corpori impositum, ipsum adurit, escharamq; procreat.

*II. Differentia.* Cauterium aliud Molle, instar Vnguenti seu Emplastri; aliud verò Durum, & lapideum, instar pumicis.

## M O L L E.

*III. Impositio.* Pyrotici huius materiam statuimus duplicem: Vnam, Excipiendam & Informandam; alteram verò Excipientem & Informantem. Prior nõ est nisi pulvis causticus ac escharoticus, ex sublimato, sale ammon. alu. nitro, elleb. pumice, sandaracha, auripigmento, calce viva & similibus compositus: cui nonnunquam & mitiora quædam, in Dropace & Sinapismis recensita miscentur. Huius grana aliquot, vel ℥℥. plus minus, pro vno cauterio sufficit sumpsisse.

Posterior est vnguentum aliquod officinale, vt popul. rosat. Mes. vel simile: aut huius loco sumitur liquor quidam conueniens, vel adeps siue pinguedo quædam, siue ol.



ne ol. rosac. violac. &c. cui addi potest sufficiens quãtitas ceræ, vt fiat instar Vnguenti. Si verò formam Emplãstri cauterio inducere volueris, puluis Cerato aut Emplastro vsuali, vel cum olei & ceræ, aut etiam resinæ sufficienti copiã, excipiatur.

## PARADIGMATA.

17.  
Formula

℞ Squama, sandaracha, auripig. elleb. nigr.  
sem. vrtic. torref. Ana Denar. j. cum rosac.  
tritris utitor. Holler.

## V E L.

℞ Sublimati Drach. ij. ℞ lap. hemat. ʒ B. o.  
pij gr. v. vng. popul. Drach. ij. f. Vng. Baub.

## V E L.

℞ Calc. vine part. ij. (part. ij. Sen.) minij.  
part. j. Puluerisentur & cum lixiuo seu sãpo-  
ne fullonum q. s. formentur globuli. Idem.

## LAPIDEVM.

Polydãdala huius remedij est varietas, ac vix chirurgus reperitur, qui non secreti aliquid hãc jactitet, dum quisq; suum, suoq; modo paratũ laudibus effert, & omnium præstantissimum profiterur.

177.  
Compositio

S S 4

Para-

Paratur autem pyroticum hoc medicamentum aliquando ex lixiuio illo communi, è quo scilicet sapo niger coqui solet: aliquando verò ex aliò eoq; Magistrali, pro cuiusq; iudicio ex variis comparato. Ad hoc autem duplex concurrit materia: Solida scilicet, ac Fluida.

Solida seu sicca est multiplex: v. g. tartar. nitrum, alumen rochæ, sal gemmæ, vitriolum crudum, aut calcinat. minium, auripig. sublimat. calx viua, cineres sarmentorum vitis, fæcum vini, ficus, cali, tithymalli, aut aliarum herbarum calefacientium, aliaq; similia acria & caustica.

Atq; ex his sumuntur modò plura modò pauciora. Neq; inter illa certa proportio aut missionis analogia datur; cū nūc hęc nō illa ad libitum scilicet cōponentis, pondere exuperent. Imò tota quoq; materiæ moles aliquando est minor, ita vt VUC. vnam, vel alteram saltem pondere æquet; aliquando major, ita vt ad lb̄ β. vel etiam vltra ascendat. Si nimirum magnam cauterii copiam in futurum vsū simul parare libeat. Iungitur Ruptorio nonnunquam opium, vt ejus actio minori cum tædio & dolore sustineatur.

Loco fluidæ aliquando vsurpatur aq. simplex, sepi<sup>9</sup> autē lixiuū quoddā, v. g. illud, ex quo

quo supra smegmanigrum coqui diximus, quod communiter chirurgis capitellum vocatur, vel aliud; vt tithymallinum, ficulneum, aut è cineribus sarmentorum vitis, fæcum vini, aliisque herbarum calidarum, comparatum.

Sumitur verò liquoris huius quantitas sufficiens, id est, tripla quadrupla, siue etiam maior, ad materiam solidam. Parùm tamen interest, siue illum paulò in maiori vel minori quantitate affundas, quia omnia ad iustam consistentiam & duritiem inuicem coquenda.

Atque hæc est materia ex qua ut plurimum Cauteria lapidea constant; præparandi verò eadem modus hic est.

Si ex lixiuio, ex quo aliàs sapo niger *con-* *Prepara-* *titur.* fitur parare volueris, excipiendum id sartagine, & eò vsque coquendum, donec ad petream q. consistentiam deueniat.

Si verò fiat ex lixiuio alio, eoq.ue magistrali, atque demum parando. Accipitur aqua dulcis, vel huius loco lixiuium barbitonforum, aut aliud, ex supradictis, more consueto paratum, atque hic liquor calidus sexties, septies, aut etiam pluries speciebus antea enumeratis affunditur, & per pannum linteum satis crassum colatur.

Sf 5

Non.

Nonnunquam quoque species illæ, prius in liquore isto, ante colaturam, per horas aliquot, aut diem naturalem macerantur, aut in eodem parùm decoquuntur. Lixiuum hoc modo adornatum, postmodum in vase æneo ad liquoris consumptionem coquitur, ac vsq; ad lapidis ferè consistentiam vritur. Non enim tamdiu materia hæc decoquenda, vt liquor cunctus arefcat ac torreatur; nam ita & vis caustica, quæ spiritibus implicata est, exhauriretur. Itaq; antequam ad extrema ariditatis venerit, igni subducatur, dū superest liquor spissior instar mellis vel luti, qui fingi cauteria possint. Vbi refrixerit, scindatur in formam tesserarum maiorem, atq; hi lapilli indantur vitro orificii angustissimi, quod cerâ, alutâ, vel aliâ re diligenter obturetur, & loco sicco, ne in liquoré diffluant lapilli, reseruetur.

## PARADIGMATA.

17.  
Formula

*R. Lixiui quod coquitur in smegma nigrum q. v. Excipe sartagine, & vre in lapidē, qui tesserarum maiorem in formam scindatur, cum refrixerit, vitro rectē obturato reponatur. Admodum hoc cauterium commendat Heurnius.*

Aliud

Aliud Chirurgorum Pataui-  
norum, lapis infernalis ab  
aliquibus dictum.

℞. Lixiui cinerum quorumuis, calc. viva  
Ana ℥j, chalcantib. ꝑnc. iij. Bulliant ad con-  
sistentiam, in fine adde opij theb. ℥j. Coq. in  
lapidis duritiem. Casp. Baub.

Aliud.

℞. Ciner. sarmentorum ℥iiii. sal. gemmes  
ꝑnc. iij, calc. viva ℥j. Infunde per horas  
quat. aut quinq. in ℔xv aq. pluuia. omnia si-  
mul sæpè agitando: tum bulliant parum: atq.  
cum tota planè mixtura refrigerit, sexies  
aut septies per lintecum satis crassum coletur.  
Colatura limpidissima excipiatur areâ pelui,  
tamdiuq. concoquatur, donec in ipsius fundo  
relinquatur petrea quedam materia, ex qua  
pyrotica varia magnitudinis formentur. Re-  
nod.

Aliud.

℞. Lixiui ℔v i, saponis, vitriol. Rom. Ana  
ꝑnc. j.

*Vpc. j. Bulliant omnia simul in vase aeneo ad aqua consumptionem. Quod in fundo remanebit colligatur, atq; ex eo fiant cauteria diuersa magnitudinis. Ioan. Vigon.*

### Aliud.

*R. Ciner. cal: ℞ij, calc. viua ℞j, tart. sal. ammon. vitrioli Vngar. nitri Ana Vnc. ij, Lixiuij primi saponis q. s. superfundatur & tranſcoletur. Lixiuum colatum iterum ſuper nouas ſpecies fundatur & coletur: idq; tertio, vel quarto fiat. Tandem humiditas ſeparetur, & calx ſeu caput vſui ſeruetur: Sem.*

*v.*  
*Veritas*

Vſus Cauteriorum ad reuellendum, deſtriandum, euacuandum, attrahendum humores noxios & venenatos. Ad dolores capitis primarios & per conſenſum afficientes, oculos ferientes & metum ſuffuſionis aut cæcitatſ incutientes, tollendos; ad deſtillationes continuas in pulmones, & cæchexiæ ſcaturiginem perenni exhauſtione exſiccandam; ad hydropticorum aquas exhauriēdas, ad ſcrophulas, ſtrumas, alioſque tumores pituitoſos adapariendos & ſanandos, ad bubones, carbunculos venereos, peſtiferos, aut alios quoscuque, niſi

nisi dolore fatiget inflammatio, diuidendos ac rumpendos, ad istuum venenatorum virus domandum; ad abscessus & vomicas, ut pus suū euomant ac eructent, pertundendas. In primis ubi periculum ne os putrescat, aut pars materiæ copiā obruta vitietur. Ad hæmorrhāgias lethales compescendas. In malis denique variis, præsertim verò diuturnis, & quæ aliis expugnari auxiliis non possunt, cauteria inuruntur.

Cum in admouendis Ruptoriis, magna <sup>VI.</sup> requiratur diligentia, modo nullum ægro damnum inferre voluerimus, quid ante, quid intra, & quid post eorundem applicationem obseruare necesse sit, breuiter hic annotabimus.

Primò igitur omnium eligendus locus aptus, & qui Medici intentionem assequatur, cui cauterium inurendum. Neque enim semper parti affectæ imponuntur cauteria, si quidem aliquando, in loco longissimè ab eadem distante, adhibeantur, in primis si reuulsionis gratiā applicentur, veluti non rarò accidit, in excitandis vlcerebus, quæ in specie Fontanellæ dicuntur, sed de his in obseruationibus subsequenti- bus lectorem monebimus. Interdum igitur capiti iuxta futuram coronalem, affi-  
guæ

guntur, si catarrhi suffocatiui, aut morbi soporiferi negotium facessant. Eam autem futuram ostendit cuiusque propria manus. Si enim carpi fossula, ad nasi apicem ponatur, tum medius digitus extensus futuram feriet coronalem. Quandoque cervicis nuchæ applicantur, si ægrum fluxiones in oculos, dentes, & alias anteriores faciei partes procumbentes, infestent. Sæpè verò brachio inuruntur, in eiusdem parte inferiore, quatuor infra humeri caput digitis, vbi cauitas inter duos musculos occurrit, ad defluxiones in pulmones irruentes deriuandas ac euacuandas. Nonnunquam crura exustionem hanc experiuntur, quatuor digitis transuersis infra genu, parte vel externâ, vel internâ. Ut defluxionum materia reuellatur, aut crurum erysipelas prohibeatur. In hydropicis aliquando adhibentur abdomini, aliquando scroto, aut cruribus. Admouentur quoque super ea productione ampliore, quâ spermaticæ venæ feruntur ad testes, ad enterocèles curationem: vt caro noua in locum deperditæ succenturietur, quæ viam intestino descendenti intercipiat, & sic in loco proprio, intestinum labi solitum contineatur. Hæc autem curandi methodo multi



do multi circulatores incautos euirant, dum vasa seminalia simul cum productione, pyrotico identidem repetito, adurunt. In reliquis verò casibus, vt si abscessus diuidendi, vel bubones rumpendi, ipsi partibus agris cauteria applicanda.

Parre cognitâ, pili si adsint remouendi, & locus atramento notandus.

Postmodum huic imponendum, in vicinarum partium defensionem, emplastrû tripharmacum, contra rupturam, vel aliud conueniens, ad palmæ spacium, in cuius medio sit foramen, per quod minimi digiti apex transmitti possit, aut etiam minus amplum; atq; huic foramini indatur cauterium pisi magnitudine, vt cutē tangat, spuito prius si durius & lapideum fuerit madefactû, vel prius aëri exponatur, ac vbi paululum liquefcere inceperit imponatur.

Quidâ, vt minùs partes vicinas Pyroticum lædat, cauli pennæ anserinæ id includunt, & easdē circumquaq; linteis oui cādido & rosaceo inquinatis muniunt. Aliquando vbi latius explicāda est medela, & crusta amplianda, escharoticon nucis alueolo includitur, vt totum eius ventrem compleat, atque ita imprimitur.

Cauterio applicato aliud emplastrû superiniiciendû, vt & spleniû, cum charta lu-

foria

foria duplicata, plagulæ quoque & fasciæ adalligari possunt, compressionis causâ, n. scilicet cauterium, à parte conuenienti, ad alicnam, delabatur, vel etiam ne diffuat, siquidem lapideum tactu aëris eliquescit. Hinc si cauterium non satis potenter ex tua sententia agat, superius emplastrum malè cohærens, aëris quid trahat. Fiet enim tunc liquidius cauterium, & validius operabitur.

*Cum per horam dimidiam; integram, duas, tresuë, aut etiam plures hæserit cauterium, & actionem suam absoluerit.* (quod nunc citius, nunc tardius fit; prout cauterium magis minusuë efficax ac validum, corpus quinetiam magis aut minus durû) omnia remoueantur, eschara siue crusta apparens leuiter incidatur, & medicamentis laxantibus inungatur. Veluti est butyrum recens & insuisum, pinguedo gallinæ, vnguentum rosatum, cum folio brassicæ imposta; emplastrum diapalma, vel simile quid.

Aut.

*R. Folior. malu. viol. rec. Ana Pij. Coq. & consundantur, adde pingued. suille insulse butyri*

butyr. Ana Drach. vi. fermenti rec. Drach.  
j. croci. S. B. M. Sen.

## V E L.

Rad. alth. Vnc. ij. herb. malu. Mj. Arch.  
mom. melil. Ana Pj. Coq. in aq. q. s. terantur.  
cribro transmittantur, deinde adde sah. fo-  
nugr. lini, lupinor. Ana Vnc. j. Iterum ad cras-  
sitiem coctis, adde ol. chamam. aneth. rosac.  
Ana Vnc. j. Saxung. Et ad p. gallina. Ana Vnc.  
j. M. f. Carapl. Bänk.

Atq; hæc omnia bis in die renouanda,  
vsq; ad inter escharam & cutem sanam,  
circulus conspiciatur ac eschara delabatur.  
Sic crusta non cedat, sed malum in peius  
degeneret.

Ol. vitrioli, hyperic. nigell. Ana part.  
æqual. & pluma in ungue crustam, & caraplaf-  
ma molle ex sambuci & lapatis foliis super ad-  
de. Heur.

A decidua crusta, si fonticulum feruare  
volueris apertum, vt humor affluens exhau-  
riatur, pilula ex cera intrudatur, vel gra-  
num ciceris, aut pisum; siue spongia, me-  
dulla uè sambuci albumine oui conquassa-  
to bis aut ter imbibatur, deinde arcte lige-  
tur ac constringatur, atq; exsicceetur. Exic-  
cata sumatur particula magnitudine cice-  
ris,

T t

ris,

ris, & indatur. Hæc quotidie manè & vespere remouenda, locus abstergensus, pisfo recenti imposito, hederæ foliū, vel emplastrū parū ex diapalma superaddendū, & omnia, vti suprà dictum, diligenter fasciis & alijs constringenda.

Si caro excrescens pisum extrudat, tunc pilula ex cera & pipere, vel alijs acerbis cōfecta, indi potest, aut orbiculus ex radice gentianæ, vel similiter fabricatus. Si verò fontanella maior sit, quam necōssum, pilula minor imponenda, & quibus exiccans aspergendus.

Ac si forteat, antecolum in aqua rosarum in qua moschi granum, vel alterum dissolutum, madefactum, vel pisum in ea humectatum, imponendum. Quod si putredo accedat, emplastra frigida leuiter exiccantia, ex cerato albo & Infrigidante Galeni, superponenda. Sin verò dolor perferentiatur, anodynis, leuiter refrigerantibus & siccantibus vtendum, qualis est linimentum simplex ex Infrigidante Galeni & emplastro albo.

Aliquando vnicus, interdum verò plures, & quidem diuersis in locis inuruntur, fonticuli, veluti in brachio vtroq;, vel crure & brachio alterutro, aut alijs in locis, pro

rej necessitate. Atq; hi per totam plerumq; vitam retinentur aperti. Reliqua verò ex cauteriis inducta vlcera, si id quod præstare debuere, effecerunt, iterum carne replentur ac consolidantur, instarq; aliorum vlcerum curantur.

Atq; hîc de Cauteriorum applicandi modo nostra finem accipiat oratio. Plura qui nosse voluerit, alios adeat Authores, à quibus plenius & prolixius hæc de Cauteriis doctrina est pertractata. Neq; enim omnis huc pertinet:

## OBSERVATIONES.

*Cauteria si nimis fuerint vehementia, nec rite aliis mitioribus temperata aut castigata; febres, inflammationes, dolores intolerabiles, Syncopas, aut gangræna ac sphaceli calamitates invehunt.*

*Totum verò corpus, ante ipsorum applicationem sit euacuatum, ne humores impetu in partem vstam ruant, vel inflammatio ibidem excitetur.*

*Eo quinetiam tum demum tempore vsus cauterii ineundus, cum prius periculum fecimus cura medicamentis clementioribus: V. G. cum nec emollitione, nec maturatione, nec loci*

*Tt 2 - incisi-*

incisione, nec digestionem vitium eximi poterit; neq; etiam Rubescantia quicquam opis attulere. Quando metus imminet, ne pars, precipue os, materia mole obruta putrescat: tunc, inquam, ad austeram & asperam hanc curationem deueniendum.

Diligenter autem caueri debet, ne Cauteria capitibus musculorum, tendonibus, neruis, arteriis vel uenis, praesertim maioribus applicentur. Id enim si fiat, convulsio, dolor aut haemorrhagia mortifera consequitur. His plurimi scrophulas urentes, & sere simul arterias jugulares, ac mortem intulere. Et aetate quoq; & relique circumstantia semper ob oculos sint.

Cum inuruntur cauterio Fontanella, eo usq; peruadere earum vis cutem debet, dum subiecti muscoli membranula exedatur. Ut in his quibus in vitio sunt pedes, a perpetua acrioris materia incurSIONE, unde tadia plena ibi ulcera. Hac ne amplius fiant, Fontanella cruri impressa, ea regione, qua lorum caligas stringit, sed paulo depresso, eam labentem materiam exspuit. Sed, ut dixi, illa pellicula muscoli traicienda, ne acrior materia solita, qua ferebatur via, inter carnem & musculum elabatur in pedes. Quare ea cautio adsit, ne hac consociatio iuncta

a car-

à carne redintegretur: nam frustra Fontanella radiū generet homo sine commodo. Heur.

Longe deniq; alia est ratio Fontanellarum, quam reliquorum à Cauteriis inductorum ulcerum. Ille enim non parti afflicte, sed remotioribus ad revulsionem aut derivationem materia morbifica inuruntur: reliqua vero semper in loco agrotante excitantur. Ille partem adustam humectant, & potius labefaciunt: hæc vero siccant, corroborant, candemq; robustiorem reddunt, & vitæ densiorem. Eadem aperta seruantur dum in vitio perseverat pars, postmodum vero clauduntur: at Fontanella diu, imò toto vitæ curriculo ut plurimum gestantur; unde & illis nomen; quod tanquam ex perenni fonte mali scaturigo ipsarum beneficio exhauriatur

## EPILOGVS.

Atq; hæc sunt præcipuæ & magis vfitatæ medicamentorum compositorum formæ, quarum componendi methodum Medicinæ studiosus quiuis optimè perspectam habere debet, ut ad hujus normam, ipse quævis alia construere possit medicamenta composita.

Neq; enim iis assentimur, qui egregiè

Tt 3 suo

suo se muneri satisfacisse putant, & ad Me-  
 dicinam faciendam admodū probè instru-  
 ctos existimant, si magnam vndiq; ex Au-  
 thoribus Practicis formularum sarraginem  
 corradant; etsi interim simplicium è qui-  
 bus componuntur, methodi medendi &  
 rationis medicamenta inter se miscendi,  
 prorsus sint ignari. Quod si verò delictio-  
 ribus quibusdam nostro ex ordine viris, à  
 me non sit factum satis, illi idem, vel simi-  
 le argumentum, per me namq; facile lice-  
 bit. *methodo doctiore, ordine magis cohe-  
 rēte, Minerua magis culta, & verbis aptio-  
 ribus tractare poterunt. Vt hinc publicum  
 extet testimoniū, quam non tam ingenio-  
 si & prompti sint, in aliorum scriptis cavil-  
 landis, quam propriis edendis.*

*Gratiarum  
 actio.*

Tibi ego interim, ó DEVS, ago & ha-  
 beo gratias, quas possum mortali hoc pe-  
 ctore, maximas, quod me tam clementer  
 & benignè in labore hoc adjuueris.

Ingens sanè hoc tuum beneficiū, si meæ  
 indignitati oppono, imò majus, quam vt il-  
 lud cogitatione assequi, nedū oratione, aut  
 gratiarum actione satis celebrare possim.  
 Te omnium bonorum fontem & largito-  
 rem supplex veneror, ardentibusq; votis o-  
 ro atq; obtestor, vt in posterum in curando  
 suc-



Successum mihi largiaris felice, valetudine tuearis, aliaq; ad studia, & vitæ huius incolunitatem, necessaria, liberaliter suppedites; vt opera vocationis meæ, in sacrosancti nominis tui gloriam, & proximi salutem, diligenter & alacri animo obire queam.

A M E N.

Τὸ Θεοῦ Μὲνός δόξα.



Tt 4 In



# INDEX.

## A.

<i>Apoplegmatismus.</i>	450
<i>Apozema</i>	30
<i>Simplex alterans.</i>	37
<i>Simplex purgans.</i>	65
<i>Compositum.</i>	74
<i>Aqua caponis.</i>	264
<i>Aqua confortatiua.</i>	271

## B.

<i>Balneum.</i>	560
<i>Balsamus.</i>	433
<i>Bolus.</i>	276
<i>Catharticus.</i>	278
<i>Emeticus.</i>	284
<i>Alterans.</i>	286

## C.

<i>Candela Cyprie.</i>	423
<i>Cataplasma.</i>	573
<i>Causa componendorum medicamentorum.</i>	1
<i>Cauterium.</i>	645
<i>Ceratum.</i>	606
<i>Clyster.</i>	493
<i>Col-</i>	

# INDEX.

Collyrium.	538
Cucupha.	548
D.	
Decoctum Gallj.	118
Hidroticum.	126
Hordei.	85
Dentifricium.	466
Destillatum instaurans.	264
Dropax.	625
E.	
Eclegma.	309
Electuarium.	289
Emplastrum.	614
Emulsio.	258
Enema.	493
Epithema.	520
Errhinum.	404
F.	
Forus.	558
G.	
Gargarisma.	442
Gelatina.	320
H.	
Hordei decoctum.	85
Hydromel.	91
Hydrofaccharum.	103
I.	
Injectiones.	514
Tt 5	Insef-

# INDEX

<i>Inseffus.</i>	167
<i>Inlepus.</i>	179
<i>Insculum.</i>	107
	D
<i>Linimentum.</i>	185
<i>Lorio.</i>	553
	M
<i>Masticatorium.</i>	472
	{
<i>Medicamenta.</i>	26. 388
<i>Externa.</i>	
<i>Interna.</i>	
<i>Morselli.</i>	349
	N
<i>Nota Medicorum.</i>	70
<i>Nasalia.</i>	471
	O
<i>Odoramenta.</i>	430
	P
<i>Pesarium.</i>	468
<i>Phoenigmus.</i>	633
<i>Pileolus.</i>	548
<i>Pilula.</i>	326
<i>Pomum ambræ.</i>	455
<i>Pondera medicorum.</i>	4
<i>Potio.</i>	196
<i>Alterans.</i>	232
<i>Cathartica.</i>	197
<i>Diuretica.</i>	229
	Hydro-

# INDEX.

<i>Hidrotica.</i>	224
<i>Vomitoria.</i>	212
<i>Pulvis.</i>	373
<i>Alterans.</i>	377
<i>Catharticus.</i>	374
<i>Externus.</i>	384

## R.

<i>Recepta quid sit.</i>	16
<i>Receptarum species.</i>	25
<i>Rotula.</i>	349
<i>Alterantes.</i>	355
<i>Purgantes.</i>	349

## S.

<i>Sacculus.</i>	543
<i>Sapo.</i>	439
<i>Scutum stomachicum.</i>	543
<i>Semicupium.</i>	567
<i>Sinapisinus.</i>	623
<i>Sternutatorium.</i>	405
<i>Stupha seu Sudatorium.</i>	570
<i>Suffimentum.</i>	420
<i>Suppositorium.</i>	484
<i>Syrupus.</i>	146.
<i>Alterans.</i>	149
<i>Purgans.</i>	167

## T.

<i>Tabella.</i>	349
<i>Alterantes.</i>	355
<i>Pur-</i>	

INDEX.

<i>Purgantes.</i>	350
<i>Tela emplastica.</i>	622
<i>Fragæ grossa.</i>	382
<i>V.</i>	
<i>Vesicatorium.</i>	641
<i>Vinum medicatum.</i>	237
<i>Alterans.</i>	246
<i>Aromaticum.</i>	247
<i>Purgans.</i>	239
<i>Unguentum.</i>	585

FINIS.



Men-

Menda grauiora

OPERARVM INCV-  
riâ commissa sic  
emenda.

**P** Ag. 4. lin. 2. lege indicabimus. P. 7. lin. antipenult.  
expunge ꝑj. P. 13. lin. 17. leg muraria. P. 32. in mar-  
gine, explicatio. P. 41. lin. 25. decoctionem P. 43. lin. 11.  
exposcunt. P. 53. lin. 8. afficiant. P. 71. lin. 20. nimis. lin.  
24. pro eo. P. 78. lin. 18. Parisiensis. P. 79. lin. ult. pro vna.  
lege atq. P. 120. lin. 4. pro metallicū lege aquatile: Ita &  
in margine. P. 123. lin. 8. tympanite. P. 125. lin. ult. pro  
sena leg. agar. P. 147. lin. 5. pro rus lege rūs. P. 163. lin. 1.  
substituuntur. P. 217. lin. 21. dele di. P. 219. lin. 9. leg. Po-  
tio vomitoria composita. P. 227. lin. penult. tympaniti. p.  
244. lin. 8. dimidium. P. 271. lin. 1. eleuetur. P. 285. pro ad  
leg. vel. P. 295. lin. 18. sacch. opt. sacch. violat. P. 296. lin.  
8. expunge maj. excort. lin. 11. post frigid. insere. maj. ex-  
cort. fl. P. 297. lin. 1. fusiores. P. 304. lin. 3. post ℞j B. adda  
agar. alb. ℞ B. P. 327. lin. 13. leg. καλατὸβη. P. 415. lin. 2. ci-  
nam. lin. 4. mellis. P. 440. lin. 1. Ana. Drach. ij. p. 446. lin.  
2. pro ℞j. adscribe ℞j. lin. 16. iterum pro ℞j substituē ℞j.  
lin. sequenti leg. vel oxymel. P. 481. lin. ult. l. purgationes.  
P. 542. lin. 21. lienis. 22. obstructionem. P. 544. lin. 1. simi-  
li. P. 563. lin. 8. pro ℞ lege ℞ P. 570. lin. 15. Vaporarium. P.  
626. lin. 18. arida. P. 632. lin. 22. tolle plastrum. P. 633. in  
margine pro VI. Vsu: subroga III. Compositio.









1929/61

20.0

1929/61

